INVENTARIO N. 11603

BIBLIOTECA GIORGIO DEL VECCHIO
37
H
16
UNIVERSITÀ DI ROMA
ISTITUTO DI FILOSOFIA DEL DIRITTO

GIORGIO DEL VECCHIO
UNIVERSITÀ DI ROMA

PUBLII TERENTII
AFRI
COMOEDIAE VI

PVBLII TERENTII
AFRI
COMOEDIÆ SEX.

His accedunt
Notae atque obſeruationes
ad modum
IOHANNIS MINELLII,
planae intellectuque faciles.

EDITIO NOVA
priore & emendatione & adnotamentis,
quorum magna copia acceſſit, multo auctior.

PRAEMITTITVR PRAEFATIO
De Auctoribus notis *ad modum MINELLII*
adhuc inluſtratis.

Cum Privil. Reg. Pol. & Elect. Sax.

LIPSIAE,
Sumpt. MAVR. G. WEIDMANNI,
S. REG. POL. MAJ. & ELECT. SAX.
BIBLIOPOL. An. 1726.

BIBLIOTECA GIANCARLO ROMITI
UNIVERSITÀ DI ROMA

G45

BIBLIOPOLA

BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

QVum *Terentii* noſtri editionem renouamus, ſeculi noſtri conſuetudo fert, vt praefaminis argumentum aliquod perſonis noſtris haud indignum pertractemus. An-

te aliquem temporis decurſum ſcriptores veteres, quos *claſſicos* appellamus, inluſtrandos curare incœpimus, ad litterarum liberaliumque artium incrementum. Elegantioris doctrinae ſedes bonaeue mentis domicilium illud, *FRIDERICVS BENEDICTVS CARPZOVIVS* auctor nobis exſtitit ad iſtam adnotationum formam ingrediendam, quam *IO. MINELLIVS* adhuc ſecutus fuerat. Quod conſilium litteris elegantioribus ſalubre non iſta mente ediderat, vt in omnibus *Minellium* ducem noſtrum preſſius atque accurate intueremur. Sed hortatus eſt, vt illorum auctores inluſtrandi normam fugiamus, qui diſcrepantes lectiones cumulant; & cum de iuſta emendatione; tum explicatione fructuoſa ſimus ſolliciti. Tanti

atque

atque eminentissimi ingenii viri auctoritate suffulti, ipsum opus adgressi sumus, nec opera & studio nostro vnquam felicior successus defuit. Namque intra XIII annis circum datum spatium varios, eosque notae probatioris auctores in lucem publicam protulimus, qui commentariis ad iuuentutis vsum compositis explanati sunt. Sic anno MDCXCIX C. *Nepos* explicationibus non alienis opera *M. ANDREAE STVBELII* v. c. adornatus est, quem an. MDCCIV. MDCCVIII & MDCCXII 12. iteratum emendatumue habemus. Idem praeclarus vir an. MDCC. *Q. Curtium Rufum*, superiori nihil nitore stili concedentem curis suis inlustravit, qui an. MDCCVII. 12. iterum prodiit. *Ciceronis* selectas optimas atque elegantissimas ex omnibus ora-

tiones cum notis *CHRISTIANI JVNCKERI* an. MDCCI. in lucem emiſimus an. MDCCVII & MDCCXI. 12. iteratas. Quod inluſtrandi ſtudium eodem anno in *Juſtino* quoque poſuit, cuius editio ſecunda an. 1709 condita fuit. Quae iam nouis animaduerſionum luminibus illuminatae ſunt, *Terentii* fabellas idem *JVNCKERVS* explicatas an. MDCCII, 12. adnotationibus exhibuit, quae ſcholaſticorum captum non excedunt. Hiſce addidit *Virgilium*, ſimilem illis genere dicendi, quippe qui an. MDCCII. 12. noua facie ſecundo diuulgatus eſt. Secuti ſunt alii puræ Romanorum linguae auctores, *Cicero de officiis*, quem multarum artium ſcientiſſimus *TENZELIVS* interpretatus eſt, cuius commentarii an. MDCCIII. MDCCV.

MDCCV. MDCCVIII. MDCCXII, 12. editi atque iterati exſtant. *Plutarchum* de puerorum educatione & *Iſocratis* Attici Rhetoris orationes tres ad *Demonicum*, *Nicoclem* & quae inſcribitur *Nicocles* analyſi grammatica, interpretatione ſimplici ad textum græcum & paraphraſi perſpicua inluſtrauit anno 1704 *CHRISTIANVS IVNCKERVS* 8. *Flori* hiſtoriam romanam, cuius prudentiam ſcribendi doctiſſimus quisque admiratur, eiusdem *IVNCKERI* ad iuvandam rem litterariam promptiſſimi ingenium notis grammaticis ann. MDCCIV, 12 expoſuit. Anno, qui inſequebatur, opera & ſtudio *M. VHSE*, Rectoris Gymnaſii Martisburgenſis, *Ciceronis* epiſtolae ad diverſos, vulgo ad familiares explicatae prodierunt. *Salluſtio* vero &

Suetonio, quorum prioris sermo purus, elegans est atque incorruptus, an. MDCCVI. & *Horatio* an. MDCCIX *JVNCKERVS* adiecit obseruationes, ad intelligendos illos non vtiles modo, sed maxime etiam necessarias. Libros *Nasonis* tristium, siue quod alii praeferunt, de tristibus, M. *VHSE* & *Sulpitium Seuerum MDCCXI.* 12. Epistolas vero *Plinii* MDCCXII. 12. *M. JO. ERIDERICVS WEINICHIVS* notis grammaticis explicare operam dederunt. *Velleium Paterculum* recensuit, emendauit atque ei obseruationes criticas adiecit anno MDCCXII. *JO. GEORGIVS WALCHIVS* qui & *Dodvvelli* integros Velleii Annales praemisit. Idem praestitit paulo post in fabellis *Phaedri*, in quibus industriam non contemnendam contulit, quum istas accurate emen-

emendatas exhibuit aliorumque animaduerſiones e membranis optimae fidei depromptas in conſilium aduocauit. Notae, quas ſubiecit pagellis ſingulis, criticae ſunt & philologicae, ex ipſis fontibus romanae graecaeque antiquitatis teriuatae. Quamquam & alia adnotamenta addidit, methodo noſtra elaborata, ne ſupereſſet, quod impedimento poſſit illis eſſe, qui induſtriam ſuam in his auctoribus pertractandis ponere ſolent. Quamobrem quod tituli voces illas: *ad modum* JO. MINELLII prae ſe ferant, noſtri fuit inſtituti, quum id voluntati noſtrae, quae humanitas eius fuit, dare exiſtimauit. Editiones has, quas adhuc memorauimus, ab illis comprobatas fuiſſe, qui in ele-

gantiorem doctrinam incumbunt, vel ex eo colligere licet, quod pleraeque earum ſemel iterumque ſint iteratae. Grauiores quidem cenſuras interdum expertae ſunt, & modo methodum; modo ipſas obſeruationes accuſarunt, quod neque auctoritatis neque emolumenti cuiusdam eſſent. Sed ſtudiorum, quibus homines tenentur, magna eſt differentia, nec quicquid reperies, quod non ab alliis laudatur, ab aliis vero condemnitur. Nec ſiniſtra quorundam iudicia a cura noſtra nos deterrere potuerunt; quam potius magis magisque fouere eamque in litterarum bonarum commodum conſeruare annitamur. Quo nomine *Corn. Taciti* opera ſtudio *CL. HAUFFII*; *Eraſmi colloquia* labore *GUMPRECHTII*

PRECHTII illuſtrata in poſterum prodibunt. Et *WALCHIVS* noſter opera, diligentia & cura de commentariis in *Naſonis* libros Metamorphoſeon nititur, quos & ampliores & litterarum ſtudiis, quae a fabulis nomen habent, aptiſſimos deprehendemus. Idem, ſi fata diuina proſpere eueniant, producet in vſum & cenſuram eruditorum *M. Tullii Ciceronis* opera, quibus, quod ſatis abundeque iam conſtat, & aliorum & ſui ipſius animaduerſionibus munitus, ſplendidiſſimam lucem accendet. Verum, vt de rebus agam, quae ad hanc *Terentii* fabellarum editionem pertineant, facile lector optime, agnoſces, quid actum ſit, quidue ſuſceperimus. Cum prioribus obſeruationibus viri

ri cuiusdam adnotamenta, emendationesque, quas nobis ſubmiſerat, coniungere commodum & e re litterarum eſſe viſum fuit. Quae enim acceſſerunt notae, non minoris ſunt emolumenti, nec minus variam reconditamque antiquitatis hiſtoriam, item Philologiæ interiora in ſe continent. Ad hæc, quum repetendæ editionis conſilium iniremus, edocti ſumus, quod *CHRISTIANVS IVNCKERVS* in quibusdam aliquid humani paſſus ſit, qvippe quae labore mediocri ſanari & reſtitui poſſent. Ceterum, Lector optime, lucubrationibus hiſce vtere & fauore tuo ipſam in iuuandis litteris beneuolam voluntatem noſtram conſerua.

P. TE-

P. TERENTII VITA, EX AELIO DONATO.

TERENTIVS *Afer, Carthagine natus, seruiuit Ramae Terentio Lucano senatori, a quo ob ingenium & formam non institutus modo liberaliter, sed & mature manumissus. Quidam captum esse existimant, quod fieri nullo modo potuisse, Fenestella docet: cum in fine belli Punici, & ante initium tertii natus sit & mortuus: nec si à Numidis aut Gedulis captus sit, ad ducem Romanum peruenire potuisset; nullo commercio inter Italicos & Afros, nisi post delatam Carthaginem, cœpto. Hic cum multis nobilibus familiariter vixit, sed maxime cum Scipione Africano, & cum Lælio; quibus etiam corporis gratia conciliatus existimatur, quod ipsum Fenestella arguit; contendens vtroque maiorem natu fuisse: quamuis Cornelius Nepos aequales omnes fuisse tradat & Porcius suspicionem de consuetudine per haec faciat:*

Dum lasciuiam nobilium & fucosas laudes petit,
Dum Africani voci diuinae inhiat auidus auribus,

Dum ad Furium se coenitare & Laelium pulcrum putat
Dum se amari ab hisce credit, crebro in Albanum rapi
Ob florem aetatis suae; ad summam inopiam redactus est.
Itaque e conspectu omnium abiit, in Graeciam, terram vltimam.
Mortuus est Stymphalo Arcadiae oppido, nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Laelius, nil Furius.
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.
Eorum ille opera ne domum quidem habuit conducticiam.
Saltem vt esset, quo referret obitum domini seruulus.

Scripsit comoedias sex: ex quibus primam Andriam cum aedilibus daret, iussus ante Caecilio recitare, ad coenantem cum venisset, dictus est initium quidem fabulae, quod erat contemtiore vestitu, subsellio iuxta lectulum residens legisse: post paucos vero versus, inuitatus vt accumberet, coenasse vna: deinde caetera percurrisse; non sine magna Caecilii admiratione. Et hanc autem & quinque reliquas aequaliter populo probauit. Quamuis Volcatius de enumeratione omnium ita scribit:

Sumetur Heeyra sexta ex iis fabula.
Eunuchus quidem bis acta est, meruitque pretium

tium quantum nulla antea cuiusquam comoedia, id est, acto millia nummum. Propterea summa quoque titulo adscribitur. Nam Adelphorum principium Varro etiam praefert principio Menandri. Non obscura fama est, adiutum Terentium inscriptis a Laelio & Scipione, quibuscum familiariter vixit. Eandem ipse auxit, nunquam enim, nisi leuiter, se tutari conatur, vt in prologo Adelphorum.

Nam quod isti dicunt maleuoli, homines nobiles
Hunc adiutare, assidueque una scribere:
Quod illi maledictum vehemens existimant,
Eam laudem hic ducit maximam: cum illis placet,
Qui vobis vniuersis & populo placent.
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quisque tempore vsu est sine superbia.

Videtur autem se leuius defendisse, quia sciebat Laelio & Scipioni non ingratam esse hanc opinionem: quae tamen magis & vsque ad posteriora tempora valuit. Q. Memmius in oratione pro se ait: P. Africanus, qui in Terentio personam mutuatus, quae domi luserat ipse, nomine illius in scenam detulit. Nepos auctore certo comperisse se ait, C. Laelium quandam in Putelano Kalendis Martiis admonitum ab vxore, temporius vt discumberet, petiisse ab ea, ne interpellaretur. Tertius tandem ingressum triclinium, [illegible], non saepe in

A scri-

ſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi: deinde rogatum vt ſcripta illa proferret, pronunciaſſe verſus qui ſunt in Heauton.

Satin' pol proterue me Syri promiſſa huc induxerunt.

Santra Terentium exiſtimat, ſi modo in ſcribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Laelio vti potuiſſe, qui tunc adoleſcentuli fuere, quam Suplicio Gallo, homine docto, & qui conſularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popillio, conſulari vtroque ac poeta. Ideo ipſum non iuuenes deſignaſſe, qui ſe adiuuiſſe dicerentur: ſed viros; quorum operam & in bello, & in otio, & in negotio populus ſit expertus. Poſt editas comoedias nondum quintum atque trigeſimum egreſſus annum, cauſſa euitandae opinionis, quia vitebatur aliena pro ſuo edere, ſeu percipiendi Graecorum inſtituta moresque, quos perinde exprimeret in ſcriptis; egreſſus vrbe eſt, neque amplius rediit. De morte eius Volcatius tradit:

Sed vt Afer ſex populo edidit comoedias.
Iter hinc in Aſiam fecit; nauim cum ſemel
Conſcendit; viſus nunquam eſt: ſic vita vacat:

Q. Conſetius redeuntem e Graecia periiſſe in mari dicit, cum centum & octo fabulis conuerſis a Menandro. Caeteri, mortuum eſſe in Arcadiae Stymphalo, ſine Leucadia, tradunt, Cn. Cornelio Dolabella, M. Fuluio Nobiliore conſulibus, morbo implici-

plicitum, acri dolore ac taedio amissarum fabularum, quas in navi praemiserat, ac simul fabularum, quas nouas fecerat. Fuisse dicetur mediocri statura, gracili corpore, colore fusco. Reliquit filiam, quae equiti Romano nupsit. Item hortulos XX. iugerum, via Appia, ad Martis villam habuit. Quo magis miror Porcium scribere:

— — Nil Publius
Scipio profuit, nihil ei Laelius, nil Furius,
Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime:

Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam:
Saltem vt esset quo referret obitum domini seruulus.

Hunc Afranius quidem omnibus comicis praeferti Scribens in Compitalibus:

Terentio non similem dices quempiam,

Volcatius autem non solum Naevio, Plauto, & Caecilio, sed Licino quoque postponit, Cicero in Limone hactenus laudat:

Tu quoque, qui solus lecto sermone Terenti,
Conuersam expressumque Latina voce Menandrum.
In medio populi sedatis vocibus effers,
Quicquid come loquens; ac omnia dulcis dicens.

Item C. Caesar:

Tu quoque, tu in summis, o dimidiate Menander.

Poneris & merito, puri sermonis amator.
Lenibus atq; vtinam scriptis adiuncta foret vis
Comica, vt aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror & doleo tibi deesse Terenti.

Haec Suetonius Tranquillus, nam duos Terentios poëtas fuisse scribit Mettius: quorum alter Fregellanus fuerit Terentius Libo; alter Libertinus Terentius, Afer patria, de quo nunc loquimur. Scipionis fabulas edidisse Terentium, Valgius in Alfaeone ait:

Hae quae vocantur fabulae, cuius sunt?
Non has, qui iura populis recensens dabat
Summo honore affectus, fecit fabulas?

Duae ab Apollodore translatae esse dicuntur Comico; Phormio, & Hecyra: quatuor reliquae a Menandro: ex quibus magno successu & pretio stetit Eunuchus: Hecyra saepe exclusa, vix acta est.

VETERVM.

Scriptorum de TERENTIO iudicia.

ORATORVM.

Cicero lib. 7. Epist. 3. ad Atticum.

SCentus sum, non dico Caecilium (malus enim auctor Latinitatis est) sed Terentium; cuius Fabellae propter elegantiam sermonis putabantur a Laelio scribi.

Idem

Idem in Laelio ex persona Laelii.

Verum est, quod in Andria familiaris meus Terentius dixit, *Et mox:* In obsequio, quoniam Terentiano verbo lubenter vtimur, comitas adsit.

Tuscul. quaest. lib. 3.

Multa Terentius e Philosophia sumpsit.

Lib. 1. de Finibus.

An Synephebos ego potius, Caecilii aut Andriam Terentii, quam vtramque Menandri legam?

Lib. de optimo gen. Oratorum.

In re quod optimum est quaeritur, in homine dicitur, quod est. Ita licet dicere, & Ennium summum Epicum poëtam, si cui ita videtur, & Pacuuium Tragicum, & Caecilium fortasse Comicum. Oratorem genere non diuido: perfectum enim quaero. Vnum est autem genus perfecti, a quo qui absunt, non genere differunt, vt ab Attio Terentius, sed in eodem non sunt pares.

M. Terentius Varro apud Nonium.

In argumento Caecilius poscit palmam, in ethesi Terentius, in sermonibus Plautus.

Plinius Iunior Lib. 1. Epist. 16.

Legit mihi nuper Pompeius Saturninus epistolas quas vxoris esse dicebat. Plautum vel Terentium metro solutum legi credidi.

Quintilianus lib. 10. Instit. Orat. cap. 21.

In comoedia (Latini) maxime claudicamus:

licet Varro muſas, Aeli Stilonis ſententia, Plautino dicat ſermone locuturas fuiſſe, ſi latine loqui vellent. Licet Caecilium veteres laudibus ferant, licet Terentii ſcripta ad Scipionem Africanum referantur.

HISTORICORVM ET GRAMMATICORVM.

T. Liuius lib. 30. ab V. C.

SEcutus Scipionem triumphantem eſt pileo capiti impoſito P. Terentius Culleo: omnique deinde vita, vt dignum erat, libertatis auctorem coluit.

Velleius Paterc. Hiſtor. lib. 1.

Nam niſi aſpera ac rudia repetas, & inuenti laudanda nomine in Attico circaque eum Rom. tragoedia eſt: dulcesque Latini leporis facetiae, per Caecilium, Terentiumque & Afranium, ſub pari aetate nituerunt.

Corn. Nepos ad Donatum.

Aequales Terentii Scipio & Laelius. Et: Auctore certo comperi, C. Laelium quondam in Puteolano Cal. Martiis admonitum ab vxore, temporibus vt diſcumberet, petiiſſe ab ea, ne interpellaretur; ſerius tandem egreſſum triclinio, dixiſſe, non ſaepe inſcribendo magis ſucceſſiſſe ſibi, deinde rogatum vt ſcripta illa proferret, pronunciaſſe verſus qui ſunt in Heautontimorumeno.

Sa-

¡Satin' pol proterue me Syri promissa
huc induxerunt.

Fenestella ibid.

In fine secundi belli Punici, natum Terentium, & ante tertii initum mortuum. *Et Donatus:* Cum Scipione Africano & C. Laelio familiariter vixisse Terentium negat Fenestella; contendens vtroque maiorem natu fuisse. Santra quoque Terentium existimat, si modo in scribendo adiutoribus indiguerit, non tam Scipione & Laelio vti potuisse, qui tunc adolescentuli fuere, quam Sulpicio Gallo, homine docto, & qui consularibus ludis initium fecerit fabularum dandarum: vel Q. Fabio Labeone, & M. Popilio, consulari Vtroque ac poëta. Ideo ipsum non iuuenes designasse *(in prologo Adelphorum)* sed viros qui se adiuuisse dicerentur: quorum operam & in bello, & in otio, & negotio, populus sit expertus.

Eusèb. Chron. interprete D. Hieronymo.

Ptolemaei VI. id est Philometoris, regno, decessit P. Terentius, quo tempore Aristarchus, Homericorum ille versuum censor, floruit.

Agell. I. 17. cap. 14.

Vera & propria huiusmodi formarum exempla, in lingua latina M. Varro esse dicit, vbertatis Pacuuium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis Terentium.

Idem lib. 17. cap. 21.

Neque magno intervallo postea Ennius, &

juxta Caecilius & Terentius, ac ſubinde Pacuvius & Pacuuio iam ſene Attius, clariorque tunc in poematis eorum obtrectandis Lucilius fuit.

Seruius Honoratus in I. Aeneidos.

Sciendum eſt Terentium, propter ſolam proprietatem, omnibus Comicis eſſe praepoſitum.

POETARUM.

Afranius in Compitalibus.

Terentio non ſimilem dices quempiam.

Portius poëta.

Ipſius ſublatis rebus ad ſummam inopiam redactus eſt.

Itaque e conſpectu omnium abiit in Graeciam, terram vltimam.

Mortuus eſt in Stymphalo Arcadiae oppido, nil Publius.

Scipio profuit, nihil ei Laelius, nil Furius

Tres per idem tempus qui agitabant nobiles facillime.

Eorum ille opera ne domum quidem habuit conductitiam

Saltem vt eſſet, quo referret obitum domini ſervulus.

Cicero in Limone.

Tu quoque, qui ſolus lecto ſermone Terentî

Conuerſum expreſſumque Latina voce Menandrum

In Medio populi ſedatis vocibus effers:

Quie-

Quicquid come loquens, ac omnia dulcia dicens.

C. Caesar.

Tu quoque tu in summis, o dimidiate Menander,
Poneris, & merito, puri sermonis amator.
Lenibus atque vtinam scriptis adiuncta foret vis
Comica, vt aequato virtus polleret honore
Cum Graecis, neque in hac despectus parte iaceres.
Vnum hoc maceror & doleo tibi deesse Terenti

Ausonius in Protreptico ad Ausonium nepotem, De studio puerili.

Tu quoque, qui Latium lecto sermone Terenti
Comis, & astricto percurris, pulpita socco;
Ad noua vix memorem diuerbia coge senectam.

Et Epistola ad Vxsulum.

Protulit in scenam quod dramata fabellarum,
Arcadiae medio qui iacet in gremio.

Ouidius in Ibin.

Comicus vt periit liquidis dum natat in vndis.

Quod Domitius de Terentio accepit vel Menandro Bapt. Egnatius de Eupoli, de quo Suidas & Aristoph. Scholiastes. Turnebus de Menandro lib. IX. Aduerf. c. XIX.

Volcatius & L. Consentius apud Donatum, redeuntem e Graecia periisse in mari Terentium dicunt, cum CVIII. Fabulis conuersis a Menandro.

Horatius lib. 2. Epist. 1.

Ambigitur quoties vter vtro sit prior; aufert
Pacuuius docti famam senis, Attius alti:
Dicitur Afrani toga conuenisse Menandro.
Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi:
Vincere Caecilius grauitate, Terentius arte.
Hos ediscit, & hos arcto stipata theatro
Spectat Roma potens; habet hos numeratque poëtas.

Quo loco Acron sic ait:

Vincere Caecilius grauitate) Caecilius libros vicit antiquiores, alta verba & sonora in suo carmine ponere solitus. *Terentius arte.* id est proprietate verborum, & artis Grammaticae. Vnde principatum inter omnes Comicos habere dicitur.

Volcatius Sedigitus apud Agell. lib. XV. c. XXIV.

Caecilio palmam statuo de Comico:
Plautus secundus facile exsuperat caeteros:
Dein Naeuius, quin seruet pretium, tertiu'st.
Si quid quarto detur, dabitur id Licinio.
Post insequi Licinium facio Atilium.
In sexto sequitur hos loco Terentius.

Loci MENANDRI, quos TERENTIVS Latine est imitatus, collectore And. Schotto.

Andria ACT. I. SCENA I.

FEci seruo vt esses libertus mihi. *Versus Menandri legitur etiam in Elenchis:* Ἐγώ σε δοῦλον ὄντ' ἐδησ' ἐλεύθερον.

ACT.

ACT. I. SCENA II.

Nihil me fallis. *Menander apud Donatum,* Νῦν δὲ ἐδὲν λέληθάς με ἄν.

ACT. II. SCENA II.

Olera & piſciculos. *Menandri verba e Perinthia huc pertinentia, quae ab Athenaeo l. VII. Dipnoſophiſt. referuntur:*

Τὸ παιδίον ἐδ' εἰσῆλθεν ἐψητεὺς φέρον.

Intrat puer minutos piſciculos ferens.

ACT. III. SCENA III.

Amantium irae, *Explic. Victor. Var. lect. l. IV. c. XIV.*

Ὀργὴ φιλέντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον.

Amantium irae exiguo durant tempore.

ACTVS V. SCEN. IV.

Sycophanta. *Menander* Γεωργῷ:

Καὶ συκοφάντης ἐυθὺς ὁ τὸ τριβώνιον
ἔχων καλᾶσαι κἂν ἀδικέμενος τύχῃ.

Cui veſtis ſqualida, ſycophanta dicitur
Statim, quamuis patiatur ipſe iniuriam.

Eunucho ACT. I. SCENA I.

Sed ipſa egreditur, *Menander in prologo fabulae, Thais inſcriptae, elegantiſſimis verſibus eius ἦθος expreſſit, quos Plutarchus in commentario, de audiendis poëtis, refert hoc modo:*

Ἐμοὶ μὲν οὖν ἄεισε τοιαύτην θεὰ,
Θρασεῖαν ὡραίαν δὲ, καὶ πιθανὴν ἅμα,
Ἀδικοῦσαν, ἀποκλείσασαν αἰτοῦσαν πυκνά,
Μηδενὸς ἐρῶσαν, προσποιουμένην δ' ἀεί.

ACT. II. SCENA II.

Is quaestus. *Menand.* πρώτιστα δ' ὁ κόλαξ ἄριστα πάντων.

Cum adulatore agitur nunc omnium optime. Nec sursum. *Menandro est,* στρέφεσθαι ἄνω κάτω. *Sic enim:*

Ὡμην ἐγὼ τὰς πλησίας, ὦ Φανία,
Οἷς μὴ τὸ δανείζεσθαι πρόσεστιν, ἐ σίνειν
Τὰς πύλας, ἀδὲ στρεφομένας ἄνω κάτω.
Οἱμοι λέγειν.

Versus hi ita recte leguntur in Plutarchi libellis non modo impressis, verum etiam M. S. duobus περὶ ἐυθυμίας. *Nam apud Stobaeum cap. XCV. mendose legitur,* στρεφομένας ἂν πύλας.

ACTVS IV. SCENA VI.

Sed tu quod cavere possis. *Translata a Menandro sententia cujus hi citantur a Stobaeo senarii:*

Εὖ ἠδεύ μοι φαίνεταί δηλαμένη.
Τὸ νοᾶν μὲν ὅσα δεῖ, μὴ φυλάττεσθαι δ' ἅπαξ.

ACT. V. SCENA X.

Quoduis donem praemium. *Menander.*

Εὖξαι τί βάλλα πάντά σοι γενήσεται.

Elige quod optes, optata feres omnia.

Heautontimor. Prologo.

Hodie sum acturus. *Menander quoque* Ἑαυτὸν τιμωρούμενον *scripsit, teste Stobaeo,* λόγῳ ιδ'. *Cicero Tusc.*

III. Quid ille Terentianus se puniens? *id est,* ἑαυτὸν τιμωρούμενος? *Quod autem poenae ge-*

nus

mus sit τιμωρία, *explicat Agell. lib. VI. Noct. Attic. cap. XIV.*

ACT. I. SCENA II.

Periculum ex aliis. *Huc pertinet illud Menandri:*
Βλέπων πεπαίδευμ' ἐς τὰ τῶν ἄλλων κακά.
Mala intuens aliorum doctus ego fui.

ACT. III. SCENA I.

Aliena melius vt videat. *In hanc sentent. Menandr.*
Οὐδεὶς ἀφ' ἑαυτῷ τὰ κακὰ συνορᾷ, Πάμφιλε,
Σαφῶς, ἑτέρου δ' ἀχριμονᾶντος ὄψεται.
Aperte sua mala nemo videt, o Pamphile,
Sed alterius peccata conspicabitur.

ACT. IV. SCENA I.

Nil tam difficile quin quaerendo. *Menander apud Stobaeum* Λόγῳ, κ.
Ἅλωτα γίνεται ἐπιμελείᾳ καὶ πόνῳ ἅπαντα.
Omnia queunt laboribus & industria comprehendi.

ACT. IV. SCENA IV.

Ius summum summa iniuria, *Cicero 1. Off. Ex quo illud.* Summum ius, summa iniuria, *factum est, iam tritum sermone prouerbium. Muretus testatur etiam sic in suo M. S. legi,* Summa iniuria est. *Menander apud Stobaeum sermone μέ.*
—— —— ὃς δ' ὁρῶν τὰς νόμους
Λίαν ἀκριβῶς, συκοφάντης φαίνεται.
—— —— qui leges intuetur nimis
Nimis accurate, ille sycophanta prorsus est.

Adelphis ACT. [illegible] SCENA V.

Erubuit, salua res est. *Menander.*

Ἐρυθριῶν παῖς χρηστὸς εἶναί μοι δοκεῖ.
Qui erubuit esse mihi videtur vir bonus.

ACT. V. SCENA IV.

Duxi vxorem. *Huc spectat illud Menandri apud Stobaeum.*

Τὸ γυναῖκ' ἔχειν, εἶναί τε παίδων, Παρμένων.
Πατέρα, μερίμνας τῷ βίῳ πολλὰς φέρει.
Vxorem habere, & liberorum, Parmeno,
Patrem esse, curas multas in vitam inuehit.

Phormione: ACT. I. SCENA IV.

Fortes fortuna adiuuat. *Menander apud Stobaeum,*

Τόλμῃ δικαίᾳ καὶ θεὸς συλλαμβάνει.
Audaciam iustam vel adiuuat Deus.

ACT. II. SCENA I.

Iniuriam audisti. *Menander Mysogyno,*

— — ἔμνυμί σοι τὸν ἥλιον.
Ἣ μὴν ποιήσειν σοὶ γραφὴν κακώσεως.
— — iuro solem tibi.
Iniuriarum me tibi scripturum dicam.

Ratione, Rationem, *quod est in Palatino codice magis placet. Nam ita quoque citat Victor. l. V. c. XX. vbi inter alios versus Menandri hunc adducit:*

Τὸ γὰρ τρέφον με, τοῦτ' ἐγὼ κρίνω θεόν.
Nam quod me alit, id ego plane iudico Deum.

Hecyra. ACT. IV. SCENA IV.

Amarae mulieres sunt. *Hoc Menander apud Stob.*

Φύσει γυνὴ δηκτήριόν ἐστι καὶ πικρόν.
Natura mala mulier atque effraenis est.

DAN.

DANIELIS HEINSII
Ad Horatii de Plauto & Terentio iudicium Dissertatio.

At noſtri proaui Plautinos & numeros, &
Laudauere ſales; nimium patienter vtrumque,
Ne dicam ſtulte, mirati: ſi modo ego & vos
Scimus inurbanum lepido ſeponere dicto,
Legitimumque ſonum digitis callemus & aure.

DUrum equidem iudicium, & quod non nemo hac aetate de leporum omnium parente, ſummo critico ac maximo poëtae excidiſſe nollet: cuius tamen vernae melius de Plauto iudicabant, quam qui familiam in literis tueri hac aetate creduntur. Qui nec ſaeculi, quo vixit, & quo, cum poeſis tum Latina lingua, ad ſupremum culmen ac faſtigium euecta fuit, ignorare potuit iudicium, vir tantus, & quod rei caput arbitror, principibus, qui inter ſe quotidie de iis iudicabant, intime familiaris ac Amicus. Auguſto autem, optimo ingeniorum iudici, tam gratus atque acceptus, vt non raro lepidiſſimus homuncio ab eo diceretur, & quem, ſi antiquitati habenda hic fides, etiam habere ab epiſtolis optauit. Qui cum contra tanti Terentii fecerit fabellas, vt & integras ex iis ῥήσεις deſcripſerit, & vbique accomodet, ſoli denique artem tribuat? hominis ἀνθάδες potius quam eruditi eſſet, ita diſſentire a tanto viro, vt ne cauſam quidem prius cognoſcendam crederet. Quare videamus ſaltem, quid adferri pro vtroque poſſit.

poſſit. Ne vel Flacci iudicium in poſterum, vt ſolent, aut Terentium ſecure nimium damnare quidam pergant in Comoedia. Omnia autem pro Horatii iudicio, qui Plautum ſic amamus, vt e manibus rariſſime putemus deponendum, dicentur potius quam noſtro. Ac de numeris quidem nonnulla Donatus, qua etiam in parte haud parum veteribus nonnullis placuit Terentius. Rufino quidem Grammatico, cum inquit:

Agnouit metrum, ſeruatque Terentius artem:
Nam prologos trimetro didicit componere verſu,
Scenarumque actus primos pede claudit eodem.

Quanquam certe Fabius, non ſtetiſſe intra trimetros deplorat. de quo forte alias dicturi ſumus. Alterum priusquam veniamus, quaedam praemittenda erunt. Cum eaedem Comoediae propemodum ſint partes ac Tragoediae, finis quoque ex parte idem, ex parte diuerſus, multa eſſe vtriusque communia neceſſe eſt. Delectare enim ac docere eſt Comoediae: neque minus Comici διδασκαλοι & κωμῳδιδασκαλοι, quam Tragici a Graecis dicuntur. Nec mouere riſum ſane conſtituit Comoediam, ſed plebis auceps eſt, & abuſus. Nam Ridiculum, vt recte Ariſtoteles, *vitium eſt & foeditas, doloris expers, quae partem in homine aliquam corrumpit abſque morbo.* Sicut foeda & detorta facies, ſi nullo cum dolore id fiat, riſum mouet. Vnde ipſum quoque riſum, omnes fere antiquiſſimi philoſophi indignum ſapiente iudicarunt. Adeo vt Plato, tanquam ſacrilegum, tra-

duce-

ducere non dubitet Homerum, qui ridentes introduxit Deos: quod in homine non τῆς κατὰ λόγον verum τῆς κατὰ αἴσθησιν, quemadmodum philosophi loquuntur, διαδέσεως sit signum, a quo longe abest Deus: μισεῖ ἡ ἀσία λόγε, καὶ ἀντόνυς. Vnde Thespis:

Ὁρᾷς, ὅτι Ζεὺς τῶν δε πραττεύει θεῶν,
Οὐ ψευδὲς, ἀλλὰ κόμπον, ἐ μωρὸν γέλων
Ἀσκῶν, τὸ, δ' ἡδὺ μᾶν ἐκ ἐπίσταται.

Quare diuinitus ab Aristotele dictum est, partem turpitudinis esse, id quod est ridiculum. Diserte enim ait, ὅτι τὸ γελοῖον, μόριον τῆ αἰσχρῆ ἐστιν. Ita quae vel in verbis autorum vel sensibus, vel in sermone hominum & factis, aut detorta sunt aut deprauata, animos plebeios vehementer mouent, & hoc ipso risum vt plurimum excutiunt. Ideoque inusitata dicta & obscoena, optimorum cauillationes, singulorum contumelias, sententias peruersas, ideoque inexpectatas, aliaque id genus (qualis imitatio dictorum vel factorum, & inprimis improborum) risum maxima in Comoedia, quam Veterem dicebant, expressisse constat. Quod intelligunt qui genium ridiculi intelligunt atque indolem. Cuius segetem largissimam vel vnus Aristophanes suppeditat. Qui non modo Plautum, sed quoscunque hac in parte superauit, omnesque τῆ γελοίᾳ modos ac figuras lepidissime expressit. Denique vt acetum, nisi vinum sit corruptum, bonum nunquam erit; ita quae sincera sunt & vera, risum nunquam excitabunt. Apposite Quintilianus,

nus, vbi de Ridiculo: *Et hercule omnis falsa dicendi ratio, in eo est, vt aliter quam est rectum verumque dicatur.* Quare & compositus ad risum sermo, ab oratione recta, quam πολιτικὴν magistri vocant, quam longissime abeat necesse est. cuius propriae virtutes, ἡ σαφήνεια, ἡ ἐπιείκεια, ἡ ὠφέλεια, ἡ ἀλήθεια, *perspicuitas, aequitas, simplicitas, veritas,* ponuntur. Qua in parte supra admirationem omnium Menander apud Graecos, Terentius Romanis fuerit necesse est, qui vt viris sapientibus ac eruditis voluptatem potius afferrent, quam quacunque ratione risum extorquerent, duplici incunditate vtilitatem (imitatione vitae scilicet humanae, & inimitabili lepore) condierunt. Metu enim Macedonicae potentiae, licentia antiqua, vt obseruant Critici, defecit. Cuius locum occupauit Noua. Cuius & formam nondum penitus vidisse absolutam, sed iam concepisse animo, putatur Aristoteles. Eius vero vnicum propositum, humanos nosse atque imitari mores. Quo & D. Hieron. Epistola ad Furiam, de viduitate seruanda respicit, cum inquit: *Nec mirum, hoc figulum sensisse de vasculo, quod ipse fabricatus est, cum etiam Comicus, cuius finis est humanos mores nosse atque describere, dixerit: Sine Cerere & Libero friget Venus.* Omnis autem imitatio, vt postea dicemus pluribus, natura placet & delectat. Hoc enim proprium est hominis, vt recte Aristoteles, qui & μιμητικώτατόν τῶν ζώων, merito ab eo dicitur. loci vero, si petantur vndique,

que, moleſti ac frigidi, aut theatrales fiunt, ſi a vita ſint alieni. Qui vt plebi forte, ita doctis placere ac ſapientibus non poſſunt. Conſtantis enim viri ac ſapientis animus, laxari vult, non ſolui. Illam autem conſtitutionem ἡαῳ τὴν, vt cum Stoicis hic loquar, ἐν ταυτῷ τὰ ἤθεα μονὴν, riſus ſoluit. Quem praeclare, τῆς περιχαρείας ὑποφέιχυτιν τῆς ψυχικῆς, antiqui vocant. Ideoque & Socratici, quorum libri pennarium leporum omnium fuerunt, ac facetiarum, quod e Xenophonte & Platone etiam hoc tempore apparet, χαριεντίζεθαι, non γελωϛοποιᾶν, ſolent. Ac ne ipſi quidem Siculi, ad feſtiuitatem nati, & qui primi omnium Comoediae putantur inuentores, alium illius finem, quam τὸ χρήσιμον, id eſt, vtilitatem poſuerunt. De Epicharmo Theocritus:

Πολλὰ γὰρ ποτλὰν ζωὰν τοῖς πασὶν ἔπε
χρήσιμα.
Μεγάλα χάρις αὐτῷ.

Id quia ſecus in Comoedia Antiqua, ſtatim defecit. In qua omnia a veritate & conſuetudine aliena, hoc eſt, vere γελοῖα, & ad riſum erant comparata. Quis non ridet, cum exemplum vitae, pater omnium virtutum, ipſa innocentia, probitas, ac virtus, Socrates ridetur? cum in corbe feſtiviſſime philoſophatur? cum, quot pedes pulex ſaliat, ſubtiliter ac geometrice metitur? Pleraque enim falſa de ſententiis opinionibusque veterum philoſophorum, & ad riſum facta aut excogitata ſunt. Quae praecipue hunc excitare ſolent. Ideo nec omnes Plauti, tantam materiem riden-

ridendi, quantam vna quaeuis ex Aristophanicis, suppeditat. Alteri enim omnia, alteri pauca per leges licebant. Caeterum, vt modo dicebamus, quicquid maxime ab agendi consuetudine aut dicendi alienum est, risum maxime mouere solet. In sententiis, qualis illa Comici Nebulonis:

Καί τοι πρότερον τὸν Δί' ἀληθῶς ἤμην διὰ κοσκίνου ἀρᾶν.

In verbis, vt cum furaciſſimus seruus, κλεπτίστατος a domino vocantur, qui laudare taciturnitatem in eodem videtur.

Ἀλλ' ἔ σε κρύψω τῶν ἐμῶν γὰρ οἰκετῶν
Πιστότατον ἡγοῦμαί σε καὶ κλεπτίστατον.

Quod ipsum aliquanto castigatius Nero extulit, qui de tali seruo, *Nulli apud se plus fidei haberi* dicebat: *nihil enim ei neque incluſum neque ſignatum esse. Vox enim* κλεπτίστατος, tantum abest, vt sermoni conuenire possit, ὥστε ἀδὲ αὐτὴν τὴν διάλυσιν (dicerent subtiles harum rerum iudices) πολιτικὴν εἶναι, hoc est, vt ne quidem voce alia quae eam exprimat, consuetudini aut vsui accommodare possit. Itaque corrumpit vocem, plane vt faciem, qui sic mouere risum cogitat. Qualia prope infinita Aristophanis. Exemplo sint diminutiua, quae tam diligenter tertio Rhetoricorum in illius Babyloniis Rex Criticorum Aristoteles notauit: χρυσιδάριον, λοιδορημάτιον, ἱματιδάριον, καὶ νοσημάτιον. Quod & in sermone eius passim & in sensibus obserues, quos non raro risus causſa effert corruptisſimos. Saepe tamen

tamen cum illudit aliis. Quare voces, phraſes, ſenſus, etiam ſtructuram, Nouae, vt imitari cuiuis tutum eſt: ita Antiquam ſi quis imitari velit, maximo delectu ac iudicio eſt opus, quod ſi quisquam, recte Ariſtoteles notauit. Atque haec cauſſa, cur, vt multo perfectior vtiliorque, ita minus ridicula, ſit Noua. in qua omnes, vt iam abſoluta, acquieſcunt. Cum antiqui Comici, iis pariter quae dicunt, & dicendi ratione, vrbanitatem, quia nihil aliud ſpectarunt quam ridiculum, plerisque in locis, imprudenter excedant: ideoque & vitium plerumque, quod βωμολοχίαν dixit Ariſtoteles, incurrant. Qui vir magnus Ethicorum quarto, vbi de vrbanitate agit, quae in primis locum in his habet, eosdem & vrbanos & honeſtos vocari ait: εὐτραπέλους, enim, quaſi εὐτρόπους dici. Sicut autem de corporibus ex motu, ita ex vrbanitate iudicari de animo: vtrum nempe honeſtus ſit an turpis. Qui de corporibus locus, cum obſcurus nobis videretur, neque quicquam in recentibus ſcriptoribus, qui interpretati eum ſunt, praeſidii ad manum eſſet, ad Andronicum Rhodium, cuius Paraphraſin in illos libros plane admirandam, primi & edidimus, & in Latinum conuertimus ſermonem, vt ſaepe alias, confugimus. Qui hoc modo: ἡ δὲ μεσότης, εὐτραπελία, καὶ οἱ ἔχοντες, εὐτράπελοι, οἷον εὔτροποι· καὶ γὰρ τὰ ἤθη δοκεῖσι τοιαῦτα κινήσεις· ἔστι δὲ αὖτ᾽ οἱ παίζοντες ἐμμελῶς, καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε. ὥσπερ γὰρ αἱ κινήσεις, τὰ σώματα χαρακτηρίζουσιν, οἷον, πῦρ μὲν ἡ ὰς.

ἡ εἰς τὸ ἄνω κίνησις καὶ πᾶν κεφον. βαρὺ δὲ ἡ εἰς τὸ μέσον, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως· οὕτω καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω καὶ φαινομένων τὰ ἀνθρώπε κινήσεων, αἱ ἕξεις τῆς ψυχῆς φαίνονται καὶ τὰ ἤθη. Quod est ex interpretatione nostra: *Medium vero* εὐτραπελία, *id est, vrbanitas, quique in eo excellunt,* εὐτράπελοι, *quasi* ἔυτροποι, *hoc est, bene morati, dicuntur. Etenim potissimum a moribus videntur esse hi motus. Hi autem sunt, qui concinne, & quemadmodum, & cum oportet, iocantur. Sicut enim corpora distinguunt sui motus; vt, exempli gratia, ignem & quicquid leue est, motus qui in altum fertur, graue contra, motus qui ad medium, eodemque modo in aliis; ita ex iis qui extra sunt, & qui in oculos incurrunt hominum motibus, habitus quoque apparent animae & mores.* Quia autem risus iis, vt plurimum, qui minus sunt honesti, quales homines plebeii sunt aut scurrae gratus esse solet; hinc fit, inquit idem Aristoteles, vt qui scurriles sint, vrbani etiam dicantur. Addit autem, quod spectare huc propius videtur: *Discrimen vero ex Antiqua Comoedia apparet & Noua. Nam in illa id quod obscoenum, in hac autem, quod suspicionem tantum eius mouet, risum quoque exprimit. quae non parum differunt ad venustatem.* Idem de cauillis quoque addit & conuiciis. Quibus abstinuisse Plautum constat, cum obscoenitate nemini concedat. Huius autem in vtroque ex Aristotelis iudicio discrimen videamus. Byrrhia apud Terentium Andria.

Ego

Ego illam vidi virginem forma bona
Memini videri quo aequior fum Pamphilo,
Si fe illam in fomnis quam illum amplecti maluit.

Vides in his, non obfcoenitatem, fed fufpicionem rei parum verecundae, τὴν ὑπόνοιαν quae tam eft honefta, vt a quauis virgine id, vrbanitate falva, difci poffit. Quid enim fuauius, *quam in fomnis amplecti?* & quidem, fi de viro & formofa coniuge dicatur? Non enim dicit βινεῖν, quod Ariftophanes dixiffet, nec quae in re tali Plautus vfurpare folet, qui nec honefte ea dicit, & obfcoene circumloquitur. Nam qualia funt ifta Cafina?

OL. Vbi locus fumptus porro eft, continuo ftricto
gladio. atat! papae! papae! CL. quid id
papae?
OL. Flagitium oh erat maximum. gladium ne
haberet metui: id quaerere occaepi.
Dum gladium ne habeat quatro, arripio capulum.

Nam caetera in quibus plane loquitur, praefertim cum de venere ἀφρήτῳ agit, ea vero, ne commemorare quidem malo. Puto autem fatis effe manifeftum, etiam cum circumloquitur, quae parum funt honefta, ne honefte quidem, & cum honeftarum aurium faftidio, id fieri. Vides ergo paffim veteris imaginem. Etiam, de quo mox paulo poft, dicacitate ac maledicentia. Quae Athenis partim leges, partim metus, partim ipfa emendauit ratio: cum tamen fola rifum feliciffime mouerent. Nouae autem rex princepsque Menander fuit:

cuius expressa imago ac effigies Terentius. Quem cum vterque accepisset, Aristophanis virtutes, hac mercede expressit Plautus, vt nec omnes posset, (quod & linguae diuersitas & Romanorum leges, & tempora, ac Rerumpublicarum ratio vetabat, sublata iam maledicendi libertate, quae praecipua, quod nemo nescit, τῷ γελοίῳ pars est,) & quaecunque in Aristophane Plutarchus, a communi consuetudine loquendi abhorrere notat, retineret. Nam & κατὰ τὸν λεκτικὸν, vt Critici loquuntur, καὶ τὸν τῆς διανοίας τρόπον θυμελικὸς est, & theatralis, non πολιτικὸς, neque τῇ κατὰ τὴν ἀλήθειαν ἰδίᾳ διαιρέσει. neque pauciora addidit, in quibus dum ridiculus videri vult, frigidus ac odiosus fit. quod non nostrum, sed Horatii iudicium est, & Donati, quos vtrosque emunctae naris, vtrosque Criticorum primos suo tempore fuisse, constat. Sed & in dicteriis, de quo iam dicebamus, ita Veterem Comoediam amauit Plautus, vt ad eam saepe flectat, & quod proprium in illa erat, ἐτεωνύμως, & expresso nomine; aut circumscribendo, non tam vitam hominum, quam hominem perstringat. Vt in illo:

Etiam Epidicum quam ego fabulam aeque ac me ipsum amo.

Nullam aeque inuitus specto, si eam agit Pellio.

Sed & crudelissime infelicem Naeuium Milite excepit:

Nam os columnatum poetae inesse audiui barbaro,

Cui

Cui bini custodes semper totis horis accubant. Videor audire κώδιον Κρατίνε, & quae reliqua in veteri Comoedia occurrunt, ὅση κόνις. Nam ad Aristophanis τὸ ἐνδιάβολον, frustra sana aspirauit. Quis enim risu non emoritur, cum vinositatem Cratini excepit Irene?

Εἰ. Τί δὲ Κρατῖνος ὁ σοφὸς ἔστιν; Τρ. Ἀπέθανεν,
Ὅθ' οἱ Λάκωνες ἐνέβαλλον. Εἰ. Τί παθών; Τρ. Ὅτι, τί;
Ὠρακιάσας (ἃ γὰρ ἐξηνέχετο.)
Ἰδὼν πίθον καλαγνύμενον οἶνε πλέον.

Id est:

P. Sapiens autem Cratinus quid agit?
TR. Obiit,
Cum Laconas huc irruerent. P. *Quo morbo?*
TH. *Quo?*
Misere pallere coepit (ferre enim hoc non potuit)
Frangi cum videret vno plenum dolium.

Alter enim vitium Cratini ridet: alter Naeuii miseriam. Ridiculum autem a miseria prudenter Aristoteles se iungit. Risus enim cum atroci alicuius malo aut calamitate si coniunctus sit, immanis fit ac barbatus. Illa autem plane extra nouae legem Comoediae:

Qui periurum conuenire vult hominem, mitto in comitium;
Qui mendacem & glorioſum, apud Cloacinae sacrum.

& quae deinde sequuntur. Quod profecto est a pulpito ad plaustrum redire. Legat caetera qui volet. Sed haec ὡς ἐν προθεωρίαις μέρα, obiter sint dicta. Nunc, ingenii exercendi causa ac iudicii, ad singula eamus, & vtrumque paulo quam plerique accuratius, inspiciamus. Primum in Comoedia Tragoediaque est dispositio. Neque dubitandum, quin cum Aristoteles de dispositione disputat Tragoediae, etiam Comoediae ex iis conuenire pleraque existimauerit. Nisi quod vt Tragicus disponit, ita Comicus quoque inuenit. Alter enim accipit ab aliis, alter ipse sibi dat, quod disponendum est, nisi si ab alio desumat argumentum. Certe apud Graecos. Nam latini fabulas Graecorum, dispositione aliquantulum plerumque immutata & personis, expresserunt. Vt cum e Menandri Eunucho, suam paucis immutatis Terentius expressit. Ea ratione, vt Dauus, Parmeno, Chrysis, Thais, Chaerestratus hic esset Phaedria. Plautus in Tragico comico Amphitryone, more Tragicorum, fabulam accepit & disposuit: sed & nomina retinuit ex parte, quod non solet in Comoedia: ex parte, fecit. Vnde raro inuenisse argumentum Tragicus poeta dicitur. (quod aut e relatione aliorum aut e scriptis, vt plerique ex Homero aut Cyclo Epico, petebat.) contra autem Comici. Aristoteles, τὸ δὲ μύθους ποιεῖν, Ἐπίχαρμος καὶ Φόρμις ἦρξαν. Ita eam vocem non vt quidam hic accipio, Μῦθος enim, vt vbique fere Aristoteli, non drama est, sed ea actio, e qua drama constituitur, ἡ πρᾶξις,

πρᾶξις, ἡ τῆς πραγμαλέας σύστασις. Quomodo & accipit, cum dixit, μῦθος δ' ἐστὶν εἷς, ἐχ' ὥσπερ τινὲς οἴονται, ἐὰν περὶ ἕνα ᾖ. Et ipse, πολυμύθους eos vocat, qui vel varias, vel quae tempore eodem, ab alio, non vno, & eodem, gestae sunt, coniungunt. Ideoque fabulam eligere, & electam recte ac ordine disponere, vt prima virtus, ita primum maximumque opus est. In Amphitryone maneamus. Nam vt argumentum hoc accepit, ita ipse ex animi sententia disposuit. Quare potuit, vt voluit, ligare fabulam ac soluere. In ea igitur diuina δέσις. mira enim ratione impeditur fabula & intricatur actio. At transitio quae non est Tragica sed Comica (μετάβασιν vocauit Aristoteles) pars quae opponitur τῇ δέσει, (quam & λύσιν, seu solutionem vocant) ex sententia succedere non potuit. Quare impeditus & oblitus suã, ire cogitur ad Deum: hoc est, ἀπὸ μηχανῆς fugere, quod est vltimum refugium Poëtae, cum τῶν δέσιν, hoc est, nodum, quem ligauit ipse, soluere non potest, & rem parum prouide tractauit. Nam caeterae quae ibi adhibentur machinae, ad scenae & choragii ornatum, καὶ τὴν ὄψιν, vt philosophus de iis loqui solet, referuntur: quale est brontium, & ceraunoscopium, quorum altero ad tonitru, hoc ad fulmen exprimendum, in Amphitryone opus fuit. Finem vero quae a machina, lubentius in Tragico quam Comico excusat Aristoteles. quia argumento Tragicus astringitur, quod accipit. Quamquam ne huc quidem eam fecit gratiam,

cum inquit: Φανερὸν οὖν, ὅτι καὶ τὰς λύσεις τῶν μύθων ἐξ αὐτῆς δεῖ τῆς μύθου συμβαίνειν, καὶ μὴ, ὥσπερ ἐν τῇ Μηδείᾳ, ἀπὸ μηχανῆς, καὶ ἐν τῇ Ἰλιάδι τὰ περὶ τὸν ἀπόπλουν. id est: *Manifestum ergo est etiam exitum fabulae, e fabula ipsa peti debere, non a machina vt in Medea, aut quemadmodum in Iliade, in iis quae circa reditum Graecorum fiunt.* Medeam autem, non Euripideam, sed alterius intelligit poetae. Idem & Horatius, e Pariano credo Neoptolemo, e quo pleraque praecepta sua in hoc scripto hausit, fugiendum monet.

Nec Deus interfit, nisi dignus vindice nodus
Inciderit.

Vbi *nodus* est ἡ δέσις, quae interdum ope humana solui non potest. Qui quidem, nisi praeter Poëtae voluntatem aut ex argumenti euentiat necessitate, non a Deo, quod cuiusuis etiam imperitissimi est hominis, verum à poeta solui debet. Rursus, sicut pictor primo ambitum delineat, deinde singula absoluit, ita sapiens poëta actionem suam circumscribit. Primum, vt sit tota: hoc est, vt principium, vt finem habeat, & medium: quae in minimis quoque esse possunt. Minima autem sensum vix admittunt: magna nimium dispergunt. Sic formicam vix videmus: in conspectu elephanti, visus vix colligitur. Quare Comoediae Tragoediaeque magnitudo, & periodus, vt cum Philosopho hoc dicam, e natura vtriusque & ratione peti debent. Et mutatione prima, hoc est, cum infelicitate

tate ad felicitatem in Comoedia, contra autem in Tragoedia mutari potest actio: ita vt ex argumento nihil, quod ad rem spectet, praemitti sit necesse. Summus Aristoteli ambitus vnius Solis est: potest esse aliquot horarum. Qua in parte admirandus Sophocles Terentiusque. Plautus vero nonem menses vno dramate complexus est, vt vix maior ampliorque Homericae Iliados quam Amphitryonis sit periodus. Alcumena autem concipit & parit. quod si fieret vbique, nullo episodio iam opus esset: ideoque nec ars esset, scribere Comoediam. Praeterquam quod sit monstri instar, & cum ratione ac natura pugnet, vt quae simul & concipiat & pariat. Qualia nonnulla in scriptore hoc summus Criticorum Caesar Scaliger notauit. Atque haec vitauerant poëtae Graeci, quorum scripta hic tantopere commendat Flaccus: Technici Graecorum, quomodo vitanda essent ac cauenda, saepe inculcarunt suis. Plautus susque deque habuit, vt in Captiuis. Quam incuriam Poëta cum videret, continere se non potuit, quin exclamaret:

— *vos exemplaria Graeca*
Nocturna versate manu, versate diurna:

contra negligentiam suorum & incuriam grauissime taxaret. Quidni enim qui hoc tum agebat, quod ante eum Aristoteles; qui vbique Euripidem & alios in istis reprehendit: nam de Comicis quae scripsit, hodie non extant. Porro simul ac Poëta Actionem habet, locum quoque vt actioni det, necesse est. Quo siue loco, fieri nil potest. Hic autem

tem locus, σκηνὴ δράματος a Criticis vocatur, cuius finem transilire nefas. Nemo enim tempore eodem, quod a Plauto recte dicitur, alibi atque alibi versari potest: nisi aliquid monstrosum fiat in Comoedia Idem tamen, cum Curculionis scenam Epidauri posuisset, Romam transit in eadem, & in Romanorum mores, scenae suae iam oblitus, libere inuehitur & quidem, vt antiqui Comici, tributim. Ita vt & singula describat loca. Act. IV. Scena *Aedepol.* Iam τὰ ἄλογα in Fabulis quam multa? Ita voco, quae nil verisimile habent. Tale est, Soſiclem Menaechmum, qui veniret e Sicilia, surreptum, item qui in Illyria iam habitaret, habitu, eodem tempore, ita simili fuisse, vt dignosci a spectatoribus non possent, cum nil simile haberent istae gentes. Quod vitium, ne a chorago quidem emendari potest. Nam Mercurius Amphitryone & Iupiter, Dii sunt: quibus omnia concedi, etiam hic solent. quare incurrere τὸ ἄλογον non possunt. Vbi enim Dii agunt, cessat ratio. Quiduis enim posse eos, nemo est, qui non intelligat. In Terentio, cui soli artem Flaccus noster assignauit, nihil tale. Omnia cum iudicio, cum ratione, circumspecte, ex arte, & cum cura. Nam & Fabulae insignem fere cum agnitione mutationem habent: quas inter τὰς μὴ ἁπλᾶς siue πεπλεγμένας, esse perfectissimas necesse est, qualis & in reliqua vbique dispositione est. Quod ad dictionem autem quis negabit, quaedam esse in Plauto, quae nec locum extra scenam, neque

vsum

vſum niſi inter hiſtriones habent: vnde ſolo & exiguo theatri ambitu circumſcribuntur? Nam & ἀγωνιστικὸν in foro, neque minus γραφικὸν, ſive vſitatum in ſcribendo characterem, longe excedunt. quo vbique Noua, & iam emendata, reſpicit Comoedia. Quare Varro cum ſermonis laudem illi tribuit, idem quod vbique in ſcriptis, quanti faceret antiquitatem, profitetur: vt qui σὰ ἀπηρχαιωμένα, quae in Plauto partim aeuum quo haec ſcripſit, partim quae plerisque placet, ipſa deſita excuſat, antiquitas commendat. Vnde & ipſe, qui ſic iudicauit, vt nimium antiquitatis in ſcribendo ſtudioſus neque ſatis aeui ſui memor, Varro ab antiquis Criticis notatur. Qui cum ſentiant ſic, iudicentque, nobis qui ab illis merito pendemus, equidem tacendum reor. Autor de Cauſis eloquentiae corruptae: *Neminem nominabo; genus hominum ſignaſſe contentus: ſed vobis vtique verſantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt, quibus eloquentia tui Auſidii Baſſi, aut Seruili Noviani, ex comparatione Siſennae aut Varronis ſordet.* quod ex vocibus antiquis patet, quas ex libris eius Critici legerunt. Cum non pauca alia ex ſcriptis eius peti poſſint. Ideoque Cicero, qui de aetatis ſuae & ſermone & venuſtate maxima cum cura iudicabat, laudem hanc Terentio ceſſiſſe merito pronunciat. Sic enim ad Atticum: *Secutus ſum, non dico Caecilium;* Mane vt ex portu in Piraeeum: *malus enim Latinitatis autor eſt: ſed*

Terentium, cuius fabellae propter elegantiam ſermonis, putabantur a Laelio ſcribi.

Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Pireaeum.

Et Seruius, proprietate caeteris praepoſitum, hunc notat. Idem de ſententiis, quas διανοίας vocant, iudicari poteſt. omnes enim fere Plauti & θυμελικαὶ ſunt, & ab vſu alienae, quales paſſim habet. Inprimis cum philoſophatur καὶ γνωμοτυπεῖ. Vt ecce:

Inſanum eſt malum, in hoſpitium diuorti ad Cupidinem.

Vere ſcenicum & illud:

Et poſtremo, niſi me auſcultas, atque hoc, vt dico, facis,
Tute pone te latebis facile, ne inueniat te honor.

Et quis illud extra ſcenam vſurpare auſit?

Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.

Quare nunquam effugient quin ſint inepti, qui haec & alia id genus, ad ſerium dicendi genus transferunt. Conſequuntur enim, quod non vident, vt inuiti riſum moueant. Quod non pauci hodie inſcriptis maximo molimine a lectore impetrant. Sequitur τὸ ἦθος, quod, vt docet Ariſtoteles in oratione, vniuscuiusque inſtitutum indicat & voluntatem. Quod in ſingulis repraeſentare, niſi viri aut prudentis aut philoſophi, nullius eſt. Nam quemadmodum e ſingulis experientia, ita nemo ſingulorum mores ſine hac exprimit. Quare omnium accuratiſſime & optime, quid ſit facere

faceret, vt sit ἠθικὴ oratio, Philosophus ostendit. quod vel solum tanti est, vt nihil minus nonnulli, qui ad Rhetoricarum suarum leges magnórum quoque & sublimium ingeniorum orationes exigere audent, hac in parte videant: in qua, ad ipsius quoque antiquitatis stuporem, Afer iste regnat. Recte ergo Varro: *In argumentis Caecilius poscit palmam, in ethesin Terentius.* Significat enim, Caecilium εὑρετικὸν aut potius ἐνοικονόμητον fuisse: quemadmodum ἀνοικονόμητος nonnunquam prae reliquis videtur Plautus, cui sermonis idem assignauit laudem. Quod si quicquam sapimus, Terentium est Plauto praeferre. Vt cum eum, qui excellit in maiori, magis quam qui in minori, dicimus excellere. Neq; causa fuit alia, quare, quod obseruant veteres, idem Varro, etiam Menandro, in quibusdam praetulerit Terentium. Exempli causa, Adelphorum initio. Neque immerito. Mirifice enim, cum alibi, tum ibi regnat τὸ ἠθος, Idem Varro, cum Tragoediae, Comoediae, ac Satyrae effingat formas, quid de nostro iudicet, diserte expressit. Vbertatem enim tribuit Tragoediae, quam dat Pacuuio: gracilitatem Satyrae, quam tribuit Lucilio: mediocritatem vero, Comoediae quam dat Terentio. Vt si quis vberrimo sermone genere heroicum definiat poëtam: & hoc tribuat Virgilio. Aulus Gellius lib. 7. cap. 13. *Vera autem & propria eiusmodi formarum exempla, in lingua Latina, M. Varro esse dicit, vbertatis Pacuuium, gracilitatis Lucilium, mediocritatis*

tis Terentium. Quae est de Comoediae, quemadmodum in scholis loquimur, essentia. Cum Plautus saepe Tragico, nonnunquam quoque serio, vtatur. Quanquam ibi sane sermo, vt priore loco a Varrone accipitur. Sermo enim & τὸ ἦθος differunt, vt homo prudentissimus, & foemina quae pure loquitur. Qualis dicitur Gracchorum mater. Vnumquemque enim recte exprimere, & humanam optime delineare vitam, summus atque extremus viri atque autoris maximi conatus est. Recte Grammatici ad Sophoclem: Ἔστι δὲ τοῦτο μέγιστον ἐν ποιητικῇ, δηλοῦν ἦθος. *Est autem illud maximum in poetice, exprimere ethos.* Debebat addidisse, *in Dramatica praesertim.* Et Horatius tam multis, vitam Tragoediae τὸ ἦθος esse docuit. Aristoteles vero, cum in Tragoedia, post Actionem, (quam Fabulam plerumque vocat) quae essentiae pars prima partem essentiae secundam constituit, τὸ ἦθος. Mirum est autem locum Varronis a nemine intellectum. Qui cum palmam in argumentis Caecilio concedit, principem Comoediae haud dubio Caecilium constituit. Quare? Pars Tragoediae praecipua est Argumentum. Aristoteles modo μῦθον, modo τῶν πραγμάτων σύνθεσιν, vocare solet: qui & multis probat, eum, qui hac parte excellit, etiamsi caeteris destituatur, Dramaticum poëtam dici posse. Pars secunda est τὸ ἦθος, quod cum Terentio, assignat Varro, locum illi proximum concedit. Quod non potest, ignorare, qui antiquos

quos Criticos, imprimis autem Aristotelem, cum cura legit, ac intelligit. Sermonis enim laus, quam Plauto tribui ab eo volunt, tantum abest, vt cum reliquis conferri possit, vt postremo loco, & post τὴν διάνοιαν, ponatur. Quare ex sententia Varronis qui hic Aristotelem expressit, primus est Coecilius, secundus est Terentius; quos deinde Plautus sequitur. Quod debebat, cogitasse Siren aeui nostri Iustus Lipsius, qui profecto locum summi Romanorum Critici non penetrauit. τὸ ἦθος autem Plauto Horatius abiudicat, cum inquit:

——— *aspice Plautus*
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi.

Et videtur Charinum habuisse in animo, qui Mercatores, τὸ μανικὸν καὶ τὸ ἐρωτικὸν confundit, ἦθος, hoc est, ita amat, vt Menaechmus furit. Furere autem prae amore, Comoediae non ἦθος, sed Tragoediae est πάθος: vt ex Phaedra aliisque patet. Quare? quia πάθος aliquod immane expectatur, quod Tragoediam constituit, vt μετάβασις conueniat furenti. Sed haec triuiales non intelligunt: qui summum virum Aristotelem tam facile contemnunt, quam nos & iudicia illorum & magistros merito contemnimus. quibus persuasum est, omnem veram eruditionem ex hoc vno fonte limpidissimo petendam. Charinus autem Plauti, ad frigiditatem vsque calet, quam non potuit vitare. Qualia sunt ista, Scena *Diuum atque hominum*.

——— *iam Cyprum veni*, &c.

Idem:

Porro proficiscor quaesitum, nunc perueni Chalcidem.

Video ibi hospitem Zacyntho. dico quid eo aduenerim:

Rogito quis eam vexerit, quis habeat si inaudiverit.

Hospes respondit, Zacyntho ficus fieri non malas.

Vides hominem tam tristem, vt festiuus esse quaerat. At diuinus hac in parte, duos amatores in Eunucho, suo more, Phaedriam & Chaeream diuinitus vtrumque ἠθοποιεῖ. Quare cum poetae omnes, quorum imitatione constat institutum ac consilium, pictorum instar teste Criticorum Rege ac Principe, aut similes, aut (quod non raro euenit, vel imperite καὶ ἐξ ἀδυνάτου, vel captandi risus caussa) nunc peiores, quam sunt, exprimant, nunc meliores, seruos peiores Plautus, vt plurimum Terentius hos semper similes non meliores; meretrices vero partim similes partim meliores aliquando introducit. Similes, vt Thaidem: meliores, vt Bacchidem. Parasitos semper deteriores & voraciores Plautus, nunquam meliores. vt & Dossenus, qui hos solos propemodum curabat, in personis reliquis ἐκπίπτων. Phormio Terentianus plane est admirandus: vt & Gnatho Plautini quia risum quaerunt, veritatem & sermone & tententiis amittunt. Tres virtutes enim sermo, quem non fi-

ne

ne cauſſa ἠθικὸν dixerunt Graeci, nos Moratum dicimus, Aequitatem, nempe, Veritatem & Simplicitatem poſtulat: quae τὸ ἐνδιάθετον, hoc eſt, id quod vnicuique eſt inſitum, ob oculos proponit, cum ridiculum, vt violentum, quia a natura alienum, quod recte de eo Ariſtoteles pronunciat, corruptum ſit, & a corruptis cauſis, quod iam dixi, moueatur. Moratum quia ſimile eſt naturae, leniter delectat: quod aetatum ſingularum, hominum, ac nationum, totiusque vitae, ſimulachrum quoddam ac imaginem, in ſcena repraeſentat. Plane vt pictura, quae a vero abit, & vel cubitalem naſum, vel diſtortum os facere repraeſentat, riſum mouet: ſimilis delectat. Atque hoc eſt, quod omnes tribuunt Menandro, quem Terentius expreſſit. Vt Hermogenes: Παρά τε αὐτῷ Μενάνδρῳ ἂν μυρία ἔυροις τοιαῦτα καὶ γυναῖκας λεγούσας, καὶ νεανίσκους ἐρῶντας, καὶ μαγείρους, καὶ παρθένους ἀρυπλομένας, καί τινας, ἄλλους. ὅλως τε διὰ τὸ ὑποπίπτειν τῷ ἠθικῷ λόγῳ καὶ τῶν ὁμοίων, ταῦτά γε πάντα ἢ τάγε πλεῖστα αὐτῶν, ὑποκεῖσθαι τῇ ἀφελείᾳ δεῖ. Quemadmodum Hieronymus Menandrum & Terentium cum maximo iudicio coniungit. Ad Paulum enim: *Poetae aemulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium.*

Audi orationem patris irati. Heaut. Act. V. Scena *Si vnquam.*

——— *non ſi ex capite ſis meo.*

Natus

Natus, itidem vt aiunt Mineruam esse ex Ioue,
ea caussa magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem
fieri.

Et quae sequuntur. Audi mitis viri potius quam boni:

Auscultа, ne me obtundas de hac re saepius.
Tuum filium dedisti adoptandum mihi.
Is meus est factus, si quid peccat, Demea,
Mihi peccat: ego illi maximam partem feram.
Obsonat, potat, olet vnguenta de meo.
Amat? dabitur a me argentum, dum erit com-
modum:
Vbi non erit, fortasse excludetur foras.
Fores effregit? restituentur. discidit
Vestem? resarcietur. est, Disgratia,
Est vnde haec fiant, & adhuc non molesta sunt.

Et diuina illa:

— — credo hercle: nam ingenium noui tuum
Liberale. sed vereor ne indiligens nimium fies.
In qua ciuitate tandem arbitrare te viuere?

Et quae sine motu animi & suauissima voluntate legi non possunt. Hecyra:

— — odiosa haec est aetas adolescentulis:
E medio aequum excedere est, postremo iam nos
fabula
Sumus. Pamphile, senex atque anus.

Et caetera: pluscula sunt enim. Quis cum illa Phormione legit, non vxorem honestam adulterii agnoscit?

— nil

— — an quidquam hodie eſt factum indignius,
Qui mihi, vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.
Haeccine erant itiones crebrae, & manſiones diutinae,
Lemni? haeccine erat quae noſtros fructus minuebat calamitas?
Quid? ego aequo animo cupio miſera in hac re defungier.
Sed quid ſperem? aetate porro minus peccaturum putem?
Iam tum erat ſenex, ſenectus ſi verecundos facit.
An mea forma atque aetas iam magis expetenda eſt Demipho?
Quid mihi nunc adfers, quamobrem expectem, aut ſperem porro non fore?

Et quandoquidem ſimplicitas, maxima moratae orationis virtus, ſi intendatur, ſuauitatem parit; nemo ſine incredibili ac ſumma voluptate illud Bacchidis leget:

— — recte amaſti, Pamphile,
Vxorem tuam, nam nunquam ante hanc diem meis oculis eam quod noſſem, videram.
Perliberalis viſa eſt.

Ideoque fabulae Terentiae, doctiorem hiſtrionem, quam reliquorum deſiderabant. Semper enim quae morata eſt oratio, τῇ ὑποκρίσει fulcienda. Nam quae moribus affectibusque deſtituitur,

tur, teſte Philoſopho, eſt ἀνυπόκριτος, neque vlla fere apud eum ſyllaba extat, quae non animi aut affectus alicuius, ſit index. Iam vt ad lepores, ſales, gratias, & venuſtates veniamus; certum eſt, fere omnes eas tolli a ridiculo, non ſecus quam in vita ab exceſſu morum virtus, ab exceſſu apparatus, in ſcena tollitur voluptas. Quare Menandro ac Terentio lepores tribuunt antiqui, ſales Plauto Horatius concedit: quos nonnunquam inurbanos eſſe notat. Audi Paterculum: *dulcesque Latini leporis facetiae per Caecilium Terentiumque & Afranium, ſub pari aetate floruerunt.* Graeci χάριτας & χαριεντισμοὺς vocant. Remiſſiores ſunt enim, quam vt riſum violenter moneant: circumſpectiores, quam vt frigeant. Ab ſurdum enim ſaepe cauſſa eſt riſus, aut inuſitatum. Contra autem ſermo, qui & vſitatus & moratus, quique leniter decorum ſeruat, ſicut eo ipſo ſit venuſtus & delectat, ita quidam eminere ioci poſſunt. Qui quidem in hoc Afro, (niſi Laelio eos potius ac Scipioni tribuendos putes,) & Menandro, ſi iudicium Horatii & antiquorum ſequimur, ex eodem ſale, e quo nata Venus eſt, deprompti videntur. Ecce ſtatim Andria Act. V. Scena *Mitte.*

— *Dauo iſtuc dedam iam negoti. S. non poteſt.*
P. Qui? S. quia habet aliud magis ex ſeſe & maius.
P. quidnam? S. vinctus eſt.
P. Pater, non recte vinctus eſt. S. haut ita iuſſi.

Iam Gnathonem vide, qui cum putidos Thraſonis

nis mores Phaedriae ac Chaereae expoſuiſſet, contra autem illi perſuaſiſſet, & iam gratias ineptus homo ac ridiculus haberet.

——— bene feciſti: gratiam habeo maximam,
Nunquam etiam fui vſquam, quin me omnes
amarent plurimum;

reſpondet ad vtrumque conuerſus:

Dixin' ego in hoc ineſſe vobis Atticam elegantiam?

Certe tota ſcena tertia tertii Actus in Adelphis, in qua luditur a Syro Demea, diuina eſt. Qualia enim illa?

——— mihi quidem non placent;
Et clamo ſaepe. ſalſamenta haec Stephanio
Fac macerentur pulchre.

Plane enim praeter expectationem omnia. Iam cum Vetus Comoedia, nihil aeque ac παρῳδίαν amet, quae plerumque & acerba eſt, & extra ſcenam quaeritur, vrbaniſſimus virorum rationem, qua exactione ipſa, parodiam, lepidam ſane & venuſtam, peteret, inuenit. Nam cum Demea dixiſſet:

——— fit ſedulo,
Nihil praetermitto, conſuefacio: denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas
omnium
Iubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi.
Hoc facito,

& quae ſequuntur; Reſpondet Syrus:

Conſeruis ad eundem praecipio modum.

Hoc

Hoc ſalſum, eſt, hoc aduſtum'ſt, hoc lautum'ſt parum.
Illud recte: iterum ſic memento: ſedulo
Moneo, quae poſſum, pro mea ſapientia.
Poſtremo tanquam in ſpeculum in patinas Demea
Inſpicere iubeo: & moneo, quid facto uſus ſit.

Ita ſane & Plato, & Xenophon, omnesque Socratici iocantur, nunquam frigide, nunquam obſcoene, nunquam inepte, nunquam putide. Videamus iam Plautina quaedam. Ac Plutarchus quidem illud tanquam frigidum ex Ariſtophanis Theſmophoriazuſis, de Euripidis matre adducit:

Ἄγριαι γὰρ ἡμᾶς, ὦ γυναῖκες δρᾷ κακά,
Κ' τ' ἐν ἀγρίοισι λαχάνοις ἀυτὸς τραφείς.

Cui illud, quamuis non in ſimili omnino genere, adiungas licet:

Nam mulier olitori nunquam ſupplicat, ſi quae eſt mala:
Domi habet hortum & condimenta ad omnes mores maleficos.

Rhetores θυμελικὸν, ſiue theatrale vocarent. Ridiculum enim potius quam feſtiuum eſt: & vt ſit feſtiuum, nemo vere in his ſubactus dixerit venuſtum eſſe. Ab vſu enim quam longiſſime remotum eſt. Iam vero, cum, in verbis frigidum aut in rebus; de verbis Ariſtoteles, de rebus alii egerunt. Frigidum autem iam vocamus, non magniloquentiae vicinum illud vitium, (quanquam illud quoque habere hic locum poteſt) quod diſcedere

dere ab vrbanitate dicitur. Quod vt non nihil a dicendi hic magiſtris abeamus, modis ſit pluribus Vel in frigida translatione. Vt cum dentes *calceati* dicuntur. Capt.

Cum calceatis dentibus, veniam tamen.

Et cum victus, *ſenteis eſitare, & ſcrupoſam viam commeare*, dicitur, quae ſane frigent. Vel in minimis alluſiunculis & longe petitis. Vt Poenulo:

Ml. *Aſſum apud te eccum. AG. At ego elixus ſit volo.*

& quod illi placuit non ſemel:

— *magis calleo quam aprugnum callum callet.*

Item:

— *callum aprugnum aeque callere non ſinam.*

Et:

Quanta ſumini abſumendo, quanta calle calamitas!

Et Curcul.

— *facite ventum vt gaudeam:*
PH. Maxime. CU. Quid facitis? quaeſo. PH. ventum. CU. nolo equidem mihi.
Fieri ventulum. PH. quid igitur vis? CU. eſſe, vt ventum gaudeam.

Quas cum Grammatici Latini, qui citius coelum digito, vt ita loquar, expugnaſſent, quam vt minimam Horatii Oden expreſſiſſent, Morologias in Plauto dixerint nondum video, quare Horatio, at ſummo maximoque Poëtae, ita Critico incomparabili, quem acutum doctumque virum ipſe D. Hieronymus ad Pammachium vocauit, idem non licue-

licuerit. Eius sane generis sunt, quae in Aristophane accusat, quaeque triuialia potius, quam vt viris eruditis, etiam in scena placere, aut debeant aut possint, accuratus censor Plutarchus iudicavit: Καὶ γὰρ ὁ μὲν ἀπαίδευτος καὶ ἰδιώτης οἷς ἐκεῖνος λέγει ἁλίσκεται. ὁ δὲ πεπαιδευμένος δυσχεραινεῖ. λέγω δὲ τὰ ἀντίθετα, καὶ ὁμοιόπλωτα, καὶ παρονομασίας· τούτοις γὰρ ὁ μὲν μετὰ τῆς προσήκοντος λόγου καὶ ἐλιγάκις χρῆται, ἐπιμελείας αὐτὰ ἀξίων. ὁ δὲ πολλάκις, καὶ ἐκ ἐυκαίρως, καὶ ψυχρῶς. Et adducit exemplum: vt cum, τὰς ταμίας, λαμίας vocat. Nam quae ille de Menandro, ad Terentium fere omnia referri possunt. In quo nihil putidum est aut ineptum. Quanquam multa quae notauit, potius Antiqui Comici virtutes, quam illius, de quo ibi iudicauit, vitia censenda sunt. Princeps enim inter illos fuit, & ad leges eas plane se composuit. Quod de Plauto nemo dicet. Est & frigidum, quod longe ab eo abest, quod aut esse aut posse fieri putatur. Quale est, *pugno frangere elephanto brachium, horiola in coelum peruenire.* Est & frigidum, cum ita a familiari sermone oratio recedit, vt ad vsum amplius transferri nequeat. Tale est illud ibidem:

Si ante lucem ire occipias a meo primo nomine,
Concubium sit noctis, priusquam ad postremum
peruenetis.

Crescit tamen frigidum, cum addit alter:

Opus

Opus face eſt & viatico ad tuum nomen, vt te praedicas.

Quae ſi pedem vnum extra ſcenam feras; protinus putiſcent; neque ad vllum applicari poterunt. Qualia nec Scipio nec Laelius, flos nobilitatis, vel in ſcena, approbaſſent. Plutarchus certe extra liberalium theatra ac doctorum, libere relegat. Ridiculi enim ac inepti ſunt, qui plebeis tantum ſcribi Comoediam exiſtimant, cum non minus eruditis ſcribatur. Quod & Flaccus ſciuit: qui non ſine cauſſa,

Creditur ex medio, quia res arceſſit, habere
Sudoris minimum, ſed habet Comoedia tanto
Plus oneris, quanto veniae minus.

deinde autem Plauti & Doſſenni vtitur exemplo, quos ſecuros de indiciis doctorum ait. Et haec ad diuinum, vt iam dixi, ac ſubactum in his Principem, cuius nec iudicium nec caeterorum ignorare ea tempeſtate potuit. & cuius iudicium vereri debuiſſet, niſi idem aliorum fuiſſet. Iam illa Epicharmi imitatio; vt feſtiuiſſima, ita, ſi ſit frequens, frigore non caret. quae fit, cum vel falſa opponuntur, aut ſubiectum idem eſt cum praedicato. Vt cum Epicharmus dixit:

Τότε μετὰ ἐν τήνοις ἐγὼ ἦν, τότε δὲ παρὰ τήνοις,

Tunc inter illos ego eram, tunc apud illos.

Bis enim idem dicit. quae eſt fraus in verbis praeter expectationem. Idem autem eſt cum praedicato ſubiectum; vt in illis Curcul. Act. IV. Scena IV.

Quoi

Quoi homini Dii sunt propitii, ei non esse irator puto.

Sticho:

Emalis multis malum quod minimum est id minimum est malum.

Captiuis:

Hos quos videtis stare captiuos duos.
Hi stant non sedent.

quae iam docti collegerunt. Vnde & istam summi Critici censuram meruit:

Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi Dicitur.

Quanquam sane, alibi non inuenuste iis vsus est. Quae Menander tamen, & imago eius de quo nunc agitur, Terentius, tanquam cum periculo coniuncta, serio fugerunt. Haec pro viro maximo Horatio; neque aduersus Plautum dicta sunt. quem amamus, suspicimus, diligimus, ac veneramur. Verum, vt iudicium sic acuamus, simul vt acutiisti, quod videntur sibi, ita facetissimum scriptorem ament, legant, tractent atque ediscant (quod & recte & ordine ab iis fieri fatemur: neque enim satis commendari potest) vt nec plane & vbique veteribus probasse se meminerint; &, quod hic praecipue spectamus, de Horatio eiusque crisi, minus libere loquantur: Terentii autem miram ac probe ineffabilem amoenitatem, elegantiam, iudicium ac venustatem, intelligere paulatim discant. Cuius incredibiles lepores, vt Iosephus Scaliger dicebat olim, vix centesimus eruditorum quis-

quisque videt. Nec cum illo simul & Afranium, antiquum Comicum, condemnent, cuius verissimum atque absolutum extat iudicium,

Terentio non similem dices quempiam.

Nobis eruditi ignoscent, quod haec fusius: si cogitent praesertim, munus veri Critici esse ac censoris, non literulam eiicere alibi, aut innocentem syllabam damnare, vocem tollere alibi aut emendare, sed sincere de autoribus, ac rebus iudicare: quod & solidae & absolutae eruditionis est. Quo, ni fallor, omnes aspiramus, neque vlla in re magis antiquitas praeiuit nobis. De autoribus autem Comicis, vter melius iudicare potuerit, isne qui aetate illa vixit, quo ad summum culmen poesis peruenit, qui Poeta summus, summus Criticus, familiariter cum Caesare Augusto ac Maecenate vixit, eorumque atque aliorum quotidie de his iudicia audiuit, an qui hodie harum rerum plane imperiti iudicant; ipsi viderint.

Idem lib. De Constitutione Tragoediae, vbi de morato agitur sermone.

LOnge autem omnibus palmam hac in parte Terentius praeripuit, Cuius, sine summa voluptate, moratum nec legere nec recordari possumus sermonem. Sane prae reliquis scriptoribus decorum intellexit: ac pene solus quae ab Aristotele Rhetoricorum secundo de moribus praeclare obseruata

Nunc eſt profecto, interfici cum perpeti me poſſum.
Ne hoc gaudium contaminet vita aegritudine.

Senis qui in aduerſa verſatur.

Quid hoc (malum) infelicitatis, nequeo ſatis decernere,
Niſi me credo huic eſſe natum rei, ferundis miſeriis,
Primus ſentio mala noſtra: primus reſciſco omnia:
Primus porro obnuntio, aegre ſolus, ſi quid ſiet fero.

Foemina honeſta, quae adulterii meritum convincit.

An quidquam hodie eſt factum indignius?
Qui mihi vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt ſenes.

Et quae ſequuntur. Vides ſermones, qui, quod eleganter ſint morati, intimos ſenſus pertentant. Hoc intereſt, quod pro perſonarum ratione, quibus grauioribus Tragoedia vtitur, iſti quoque variant.

P. TERENTII ANDRIA,

ACTA *a)* LVDIS MEGALENSIBVS *b)* M. FVLVIO ET M. GLABRIONE AEDILIBVS CVRVLIBVS, EGERVNT. *c)* L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS MODOS FECIT *d)* FLACCVS CLAVDII F. *e)* TIBIIS PARIBVS DEXTRIS ET SINISTRIS *f)* ET EST TOTA GRAECA, EDITA *g)* M. MARCELLO, C. SVLPICIO COSS. *h)*

Notae in Terentium.

ANDRIA.

Titulus.

a) Acta fuit haec Comoedia, *b)* eo tempore, quo celebrabatur festum Deae Cybelés, siue deae Magnae. *c)* eam. *d)* musicam fecit. *e)* filius, *alii legunt* libertus. *f)* per tibiam dextram pronuntiabatur gravitas dictionis, veluti per siniſtram leuitas. Igitur vbi dextra & siniſtra tibia fabula acta inscribitur, ibi miſtim ioci & grauitates denuntiabantur, *g)* habita. *h)* consulibus.

Perſo-

Perſonae.

PROLOGVS.
SIMO ſenex Pater Pamphili.
SOSIA ſeruus libertus Simonis.
DAVVS ſeruus Pamphili.
MYSIS ancilla Glycerii.
PAMPHILVS adoleſcens, filius Simonis & amator Glycerii.
CHARINVS adoleſcens, amator Philumenae.
BYRRHIA ſeruus Charini.
LESBIA obſtetrix.
GLYCERIVM meretrix.
PASIBVLA Chremetis filia, & amica Pamphili.
CHREMES ſenex, Pater Glycerii & Philumenae
CRITO hoſpes ex Andro.
DROMO ſeruus Simonis.

Perſonae mutae.

ARCHILLIS ancilla, adſtetrix Glycerii.
CHRYSIS meretrix.
NIGERATVS adoleſcens.
SERVI aliquot Simonem e foro redeuntem comitantes.

Scena eſt Athenis.

Andriae Argumentum.

C. SVLPICIO APOLLINARI AVCTORE.

Sororem falso creditam meretriculae,
Genere Andriae, Glycerium vitiat Pamphilus:
Grauidaque facta, dat fidem, vxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat
Gnatam Chremetis. atque vt amorem comperit,
Simulat futuras nuptias; cupiens, suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Daui suasu non repugnat Pamphilus,
Sed ex Glycerio natum vt vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat:
Mox filiam Glycerium insperato agnitam
Dat Pamphilo hanc, aliam Charino coniugem.

Aliud Argumentum.

M. ANT. MVRETI.

CHremes, & Phania fratres Athenienses fuerunt. alter eorum Chremes, profecturus in Asiam, Pasibulam filiolam, quam tum vnicam habebat, fratris fidei credidit. Profecto eo, contingit, vt in Graecia magni bellorum motus excitarentur. quos fugiens Phania, cum, imposita secum in nauim puella, ad fratrem iter cepisset, vi tempestatis facta naui, apud Andrum insulam eiectus est. Ibi applicat se ad Andrium quendam, hominem haud magna in re, a quo tamen benigne

gne humaniterque exceptus, non ita multo post moritur. Hospes Andrius relictae apud se puellae commutat nomen, & pro Pasibula Glycerium nominat: cumque per aliquot annos eam cum filia Chrysside, pari vtramque studio educasset, decedit ipse quoque de vita. Chrysis, quae se & orbam & inopem videret, abrepta secum Glycerio, Athenas nauigat. vbi cum aliquandiu vitam lana telaque toleraſſet, ad postremum, adolescentum blanditiis & pollicitationibus victa, quaestum corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter caeteros Pamphilus, Simonis filius, probus & liberali praeditus ingenio adolescens: qui non Chrysidis ille quidem, sed ipsius Glycerii mirifico quodam amore percussus primus solusque cum ea rem habuit, fidemque iam grauidae dedit, eam sibi vxorem fore. Susceperat & postea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eamque (iam enim nubilis erat) Pamphilo, bona adolescentis impulsus fama, collocare cupiebat. Quid multa? vltro ad Simonem venit, cum eo negotium confecit, inscio Pamphilo, de communi senum sententia faciundis nuptiis constituitur dies. Adhuc haec erant, cum Chrysis moritur. Ibi primum Simo de filii amore cognouit. Nam cum ambo vna in funus prodiissent, accidit, vt, posita in ignem Chryside, Glycerium se, prae doloris impatientia, eodem coniectura videretur. Accurrit Pamphilus, eamque mediam amplexus, ita consolari coepit, vt plurimas minimeque dubias totius rei si-

gnificationes daret. Itaque venit ad Simonem postridie Chremes, conditionem renunciat: comperisse se, Pamphilum peregrinam illam habere in vxoris loco; nescius, ex se natam esse eam, quam ita contumeliae caussa peregrinam nominarat. Gaudere, ea re intellecta, Pamphilus: dolere contra ac ringi Simo. Aduenit interea dies, qui nuptiis initio fuerat praestitutus. Simo, veteratoria quadam calliditate, simulandas sibi, ad pertentandum filii animum, nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, veram sibi obiurgandi illius caussam fore; quae ad eum diem nulla satis iusta fuerat: sin annueret, facile se, quod vellet, a Chremete impetraturum; atque ita vero nuptias, Diis adiuuantibus, factum iri. Praeteriens igitur apud forum, securo iam & nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi domum, ac Deos comprecare: vxor tibi ducenda hodie est. Hoc dicto, velut improuiso quodam iaculo sauciatus adolescens, quid ageret, aut quid consilii caperet, nesciebat: cum ad eum Dauus, vafro admodum ac versuto ingenio seruus, animaduersa senis astutia, accurrit. Erat tum vna cum Pamphilo Charinus, qui adolescens miro quodam amore Philumenae incensus, frustra saepe tentatis illius nuptiis, ad postremum audito eam eo die nupturam Pamphilo, in summam desperationem adductus, eum orabat, si se saluum vellet, vt vel eam ne duceret, vel saltem nuptiis dies aliquot produceret. Pamphilus eum sua quidem caussa bono esse animo,

atque

atque omnia ad impediendas nuptias moliri iubebat: ſe, quantum in ſe eſſet, effecturum, ea vt ne daretur ſibi. Aduenies, vt dixi, Dauus, Charinum iam ſpei plenum, abire ad ambiendos ſenis amicos iubet, deinde ſeorſum Pamphilo coniecturas ſuas aperit, perſuadetque vt patri dicat, ſe paratum eſſe vxorem ducere. nam eo pacto, inquit, & patri omnem iurgandi occaſionem praecideris, & non erit tamen verendum, ne nuptiae fiant: numquam enim Chremes tibi, ſemel repudiato, filiam ſuam iterum commiſſurus eſt. Haec ita de ſerui conſilio acta, longe aliter cecidere ac putabantur. exorat enim Chremetem Simo. ita res in verarum nuptiarum diſcrimen adducitur. Forte eo ipſo die Glycerium exactis temporibus, puerum peperit, eum puerum Dauus, cum aliter nuptias diſturbare non poſſet, praeſoribus aedium Simonis ab ancilla collocandum curat. In eum cum incidiſſet Chremes, & e Pamphilo natum eſſe cognoſſet, rurſum abducit animum a nuptiis. Turbae maximae concitantur: donec aduenit Crito Andrius, qui, quod Chryſidi genere proximus fuiſſet, ad cernendam illius haereditatem Athenas venerat. eius interuentu Chremes filiam agnoſcit. Ita, ſumma omnium laetitia, Charino Philumena, Glycerium Pamphilo nubit.

PROLOGVS.

POeta cum primum animum ad ſcribendum appulit 1,
Id ſibi negotî credidit ſolum dari 2,
Populo vt placerent, quas feciſſet fabulas 3.
Verum aliter euenire multo 4 intelligit:
Nam in prologis ſcribendis operam abutitur 5,
Non qui 6 argumentum 7 narret, ſed 8 qui male-voli
Veteris 9 poete maledictis 10 reſpondeat.
Nunc, quam rem vitio dent 11, quaeſo, animum aduortite 12.

Me-

1 Quamprimum poeta Terentius animum ſuum applicauit ad ſcribendam hanc Comoediam. 2 putavit, ſe hoc cum primis debere agere. 3 vt populo placerent commoediae, quas feciſſet. 4 multo aliter fieri. 5 male hoc loco vox *abuti* in malam partem explicatur, quaſi idem ſit ac *deperdere*, quum ipſe ſenſus potius ſuadet, ſumendam eſſe in b. p. pro *ſtudioſe adhibere*, *diligenter conferre*. Quo ſenſu etiam cum caſu auferendi conſtruitur, vt eſt apud Nazarium Panegyr. dict. Conſt. cap. xxx. p. 270. edit. Cellarii, 6 vt Cicer. Lib. x. epiſt. ad diuerſos 6. n. 8. idem de officiis I, 8. Et poſt voces *dignus*, *indignus* ſemper fere apud probae notae auctores *qui* pro *vt* vſurpatur. 7 ſummam Comoediae ſuae. 8 vt 9 eſt enallage numeri, ſingularis quippe pro plurali, pro: *maleuolorum veterum poetarum*, quod patet ex paullo poſt ſequentibus: *quam rem vitio dent*. 10 calumniis, prauis ſermonibus. 11 quam rem illi veteres poetae obiiciant Terentio. 12 attendite diligenter.

13 Grae-

Menander 13 fecit Andriam & Perinthiam :
Qui vtramuis 14 recte norit, ambas 15 nouerit.
Non ita sunt dissimili argumento sed tamen
Dissimili oratione sunt factae ac stylo 16.
Quae conuenere 17, in Andriam 18 ex Perinthia 19
Fatetur 20 transtulisse 21, atque vsum 22 pro suis 23.
Isti id 24 vituperant factum atq; in eo disputant 25
Contaminari 26 non decere fabulas.
Faciunt 27 nae intelligendo vt nihil intelligant :
Qui cum hunc 28 accusant 29 Nœuium 30 Plautum,
31 Ennium. C 6 Ac-

13 Graecus poeta. De eius comoediis vid. Phaedri Lib. v. fab. 1. adde interprett. non solum illius comoediae, quae Perinthia dicitur, sed eius quoque, quae vocatur Andria, omnino auctor est. 14 alteram ex illis comoediis. nam *vternis* h. l. est *vter*. 15 facile intelligere poterit. 16 sermo in vtraque dissimilis est. 17 quae argumento inter se coniuncta fuerunt. 18 suam Comoediam. 19 Comoedia Menandri. 20 Terentius. 21 transscripsisse, vertisse ex Graeca lingua. 22 esse. 23 quasi ipse ea inuenisset. 24 hanc translationem ex graeca in latinam. 25 contendunt, volunt. 26 commisceri inuicem. 27 hi poetae veteres. 28 Terentium. 29 est vetustissimus Comicus. Cuius epitaphio inscriptum est ipsius opera hoc epigramma :

Immortales mortales si foret fas flere,
Flerent Diuae Camaenae Naeuium Poetam :
Itaque postquam est Orcino traditus thesauro,
Obliti sunt Romae lingua latina loquier.

vid. Gellium N. A. I, 24. quamquam alii aliter legunt, vt Gronouii. 30 Cicero de Offic. lib. 1. *Duplex omnino est iocandi genus ; vnum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum : alterum elegans, vrbanum, ingeniosum, facetum : quo genere non modo Plautus noster & Atticorum antiqua Comoedia, sed etiam philosophorum Socraticorum libri sunt referti.* Plura sunt apud Taubmannum.

Accusant, quod hic noster auctores habet 32,
Quorum aemulari 33 exoptat negligentiam
Potius, quam istorum obscuram 34 diligentiam.
Dehinc vt quiescant 35 porro 36, moneo, & desinant
Maledicere, malefacta ne noscant 37 sua.
Fauete, adeste aequo animo 38, & rem cognoscite,
Vt pernoscatis, ecquid spei sit reliquum 39,
Posthac quas faciet de integro comoedias,
Spectandae an exigendae sint vobis prius 40.

31 Naso lib. II. Trist.
Ennius ingenio maximus, arte rudis.
adde Petrum Scriuerium in collectaneis veterum Tragicor. qui Ennii vt & Naeuii fragmenta edidit, item aliquot abhinc annis Francis. Hesselius, cui Vibium Sequestr. quoque debemus. 32 quorum auctoritatem hic noster Terentius est sequutus. 33 imitari. 34 ignobilem, contemtam, nimis accuratam. 35 desinant maledicere. 36 in posterum. 37 quae ego coram toto orbe exponam. 38 audire nos benuole. 39 quid sperandum sit. 40 an illae Comoediae, quas facies nouas Poeta, spectandae sint potius a vobis, an vero reiiciendae.

ACTVS I. SCENA I.

SIMO, SOSIA.

Si. Vos 1 isthaec intra auferre 2: abite. Sosia,
Adesdum 3; paucis te volo 4. *So.* dictum 5 puta:
Nempe

1 Serui. 2 portate. 3 mane heic mecum. 4 pauca ego volo tecum loqui. 5 persuadeas tibi, quod iam dictum sit a te, quod iam ad me dicere cogitas; scil. argumentum eius est, vt curentur recte haec.

Nempe vt curentur recte haec. *Si.* imo aliud 6.
So. quid eſt,
Quod tibi mea ars 7 efficere hoc poſſit amplius? 8
Si. Nihil iſthac opus eſt arte ad hanc rem, quam 5
paro 9:
Sed iis 10, quas ſemper in te intellexi ſitas 11,
Fide & taciturnitate. *So.* exſpecto, quid velis.
Si. Ego poſtquam te emi a paruulo 12, vt 13 ſem-
per tibi
Apud me iuſta & clemens fuerit ſeruitus,
Scis: feci, e ſeruo vt eſſes libertus 14 mihi, 10
Quod habui ſummum pretium 15, perſolui tibi,
So. In memoria habeo 16. *Si.* haud muto factum 17.
So. gaudeo,
Si tibi quid feci, aut facio, quod placeat, Simo: &,

6 longe aliam rem a te poſtulo. 7 *Geſchicklicheit.* 8 amplius quidquam praeter hoc. 9 meditor, in mente habeo, factam volo. 10 iis artibus iam opus habeo. 12 a prima tua aetate, quum adhuc puer eras. 13 quomodo. quam. conf. Eunuch. l. 2. v. 47. *Scis, quam intimum habeam te, & mea conſilia vt tibi credam omnia.* 14 Haec manumiſſio non eſt publica, quae alias dicitur *magiſtratus*, & fit per praetorem & vindictam; ſed privata ſeu *amicorum*, quum faceret dominus, vt quidam e ſeruo eſſet ſibi libertus. Plura videas apud *VVilhelmum a Loon* de Manumiſſione Seruorum apud Romanos, Vltraiect. 1685. 12. 15 praemium probitatis tuae, nempe libertatem, quae libertas omnino eſt maximum bonum. Florus IV, 2, 25. *Mox dedentibus ſeſe ablata omnia praeter, quam potiorem omnibus habebant, libertatem.* 16 ſcil. hoc beneficium. 17 non immutabo hoc beneficium meum.

Id gratum fuiſſe 18 aduerſum te, habeo gratiam.
Sed mi 19 hoc moleſtum eſt: nam iſthaec commemoratio 20
Quaſi exprobratio 21 eſt immemoris benificî 22.
Quin tu vno verbo dic, 23 quid eſt, quod me velis.
Si. Ita faciam; hoc primum in hac re praedico tibi,
Quas credis eſſe has, non ſunt verae nuptiae 24.
So. Cur ſimulas igitur? *Si.* rem omnem a principio audies:
Eo pacto 25 & gnati 26 vitam, & conſilium meum
Cognoſces, & quid facere in hac re te velim 27.
Nam is 28 poſtquam exceſſit ex ephebis 29, Soſia,
Liber-

18 quod ad te adtinet, reſpectu tui. 19 mihi. 20 narratio huius beneficii. 21 *Vorwurff.* 22 quaſi ego immemor eſſem iſtius beneficii. 23 quaenam ſit cauſſa, cur me aliis dimiſſis, hic ſubſiſtere infferis. 24 hae nuptiae non ſunt verae, quas tu tamen credis veras eſſe, vid. totius rei nexum pluribus in praemiſſo Mureti argumento huius Andriae. 25 hoc modo. 26 filii mei. 27 quid velim, te facere in hac re. 28 filius. 29 poſtquam factus eſt adoleſcens. Ephebus, dicitur ab ἐπὶ & ἥβη pubes ſeu aetas, in qua ſuccreſcere incipiunt, ſeu Ephebus eſt, qui ad pubertatem venit. Xenophon Lib. I. παιδ. μέχρι μὲν δὴ ἓξ ἢ ἑπτὰ ἐτῶν ἀπὸ γενεᾶς, οἱ παῖδες ταῦτα πράττουσιν. ἐκ τούτου δὲ, εἰς τὸν Ἔφηβον ἐξέχουσαι. *Exercent autem in his ſe pueri uſque ad ſextum ſeptimumue decimum aetatis annum, a quo iam tempore Ephebo rum albo adſcribuntur.* vid. Briſſonius de regio perſarum Princip. L. II. §. 105. ſeq. & C. Nepos Epaminond. II. confer. interpretes. 30 po-

Liberius viuendi fuit poteſta 30. nam anteas
Quî 31 ſcire poſſes aut ingenium 32 noſcere,
Dum aetas, metus, magiſter prohibebant 33? *So.* ita eſt.
Si. Quod plerique omnes faciunt adoleſcentuli,
Vt animum ad aliquod ſtudium adiungant, aut equos
Alere, aut canes ad venandum, aut ad philoſophos 34:
35Horum ille 36 nihil egregie praeter caetera
Studebat 37, & tamen omnia haec mediocriter 38.
Gaudebam. *So.* non iniuria: nam id arbitror
Adprime 39 in vita eſſe vtile, vt ne quid nimis 40.
Si. Sic vita 41 erat: facile omneis perferre ac pati 42; Cum

30 poteſtatem accepit viuendi in maiori libertate. 31 quomodo. 32 mores eius. 33 eum retinebant ab hac liberius viuendi ratione. 34 animum adiungant 35 Quum h. l. *ſtudere* cum genitiuo conſtruitur, putarem Terentium id vſurpaſſe pro *ſtudioſum eſſe*, aut locutum per ellipſin, ita vt ſubintelligas, *ſtudio exercitio, culturae* aut aliud quidpiam. Semel hac ratione iſta vox apud Ciceronem, quod memini, occurrit. 36 filius meus. 37 ipſe autem has res quidem omnes tractabat, ſed aequaliter, ita, vt nullam prae altera magis amaret. 38 moderate. 39 praeſertim. 40 fiat. Plin. VII. epiſt. 9. 15. *Aiunt enim* MVLTVM LEGENDVM ESSE, NON MVLTA confer. Phaedr. Lib. III. fab. XIV. quum ἐπιμύθιον addit:

Sic luſus animo debent aliquando dari,
Ad cogitandum melior vt redeat ſibi.

41 eius. ſic ille ſolebat viuere. 42 ſtudebat placere omnibus.

43 cum

Cum quibus erat cumque vna 43, iis ſeſe dedere 44,
Eorum obſequi ſtudiis 45, aduerſus nemini 46,
Nunquam praeponens 47 ſe aliis, ita facillime
Sine inuidia inuenias laudem, & amicos pares 48.
So. Sapienter vitam inſtituit. namque hoc tempore
Obſequium amicos 49, veritas odium parit 50.
Si. Interea mulier quaedam abhinc triennium 51
Ex Andro 52 commigrauit huc viciniae 53
Inopia & cognatorum negligentia 54
Coacta, egregia forma 55, atque aetate integra 56.
So. Hei vereor, ne quid Andria adportet mali.
Si.

43 cum quibuscunque conuerſabatur. 44 hos amare ſolebat. 45 voluntati, deſideriis. 46 nemini aduerſabatur. 47 praeferens, ex quadam animi ſuperbia. 48 efficias tibi. 49 Lucianus Hermotim. p. 543. Tom. I. edit. Graeuii. Ἐγὼ δὲ τογε τοσοῦτον οἶδα, ὡς ἀ πάνυ ἐσιν αὐτὴ (ἀλήθεια) τοῖς ἀκούσιν, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖται ὑπὸ τῶ ψεύδες παρωπολύ. ἐυπροσωπότερον γὰρ ἐκεῖνο. *Ego vero hoc tantum ſcio, ipſam* (veritatem.) *audientibus non valde eſſe iucundam, ſed a mendacio plerumque obſcurari: quod quia ſpecioſius, ideo iucundius eſt.* 50 efficit, attrahit. 51 ante hos tres annos. 52 Inſula Archipelagi. 53 in hanc noſtram vicinam. 54 propter inopiam & quoniam a cognatis ſuis negligebatur. 55 quae eximiam pulcritudinem corporis habebat. 56 in flore ſuae aetatis.

57 caſte

Si. Primum haec pudice 57 vitam, parce, ac duriter 58
Agebat: lana ac tela 59 victum 60 quaeritans.
Sed poſtquam amans acceſſit, pretium 61 pollicens,
Vnus & 62 item alter; ita vt ingenium 63 eſt omnium
Hominum a labore procliue ad libidinem,
Accepit 64 conditionem, dein quaeſtum occipit 65,
Qui 66 tum 67 illam amabant, forte, ita vt fit, filium
Perduxere illuc 68 ſecum, vt vna 69 eſſet, meum,
Egomet continuo 70 mecum 71: certe captus 72 eſt;
Habet. obſeruabam mane illorum ſeruulos

Venien-

57 caſte. 58 laborioſe. Haec vox non adeo frequens eſt, & notat perpetuum laboris ſtudium, ita, vt nullam corporis noſtri rationem habeamus. 59 *mit ſpinnen und ſticken oder wircken.* 60 *Lebens-Mittel und Unterhalt.* 61 mercedem amoris. 62 *Item* ponitur per pleonaſmum, qui non ſolum comicis ſed oratoribus quoque communis eſt. Cato R. R. 98. *Et item ligneum ſuppellectilem omnem ſi vnges non putreſcet.* 63 *ingenium* animi facultatem naturalem veteribus notat; ſpecialius philoſophi aliter id accipiunt. 64 illa mulier. 65 incipit illa viuere ex quaeſtu meretricio. 66 illi, qui. 67 illo tempore. 68 ad hanc mulierem. 69 in ſocietate eorum amoris. 70 ſtatim. 71 haec cogitabam: eſt ellipſis, quae etiam orationibus nota eſt, vt illa apud Ciceronem III, 4. de finib. oſtendunt, vbi leguntur: *ſed fortuna fortes*, ſcil. *adiuuat.* 72 profecto filius etiam meus captus eſt amore erga hanc mulierem.

73 quae-

Venienteis, aut abeunteis. rogitabam, heus puer,
Dic sodes 73 quis heri Chrysidem habuit 74. nam
Andriae 75
Illi id erat nomen. *So.* teneo. 76 *Si.* Phaedrum,
aut Cliniam
Dicebant 77, aut, Niceratum; nam hi tres tum
simul
Amabant. Eho, quid Pamphilus 78? quid? sym-
bolum
Dedit 79, coenauit. gaudebam. Item alio die
Quaerebam: comperiebam nihil ad Pamphilum
Quidquam attinere. Enim vero spectatum 80
satis
Putabam, & magnum exemplum continentiae 81,
Nam qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi,
Neque commouetur animus in ea re, scias
Tum iam ipsum habere posse suae vitae mo-
dum 82.
Cum id mihi placebat, tum vno ore omnes o-
mnia

Bona

---

73 quaeso. quasi, *si audes*. 74 *habere* h. l. elliptcie ponitur & potest subintelligi *meretricem* aut aliud nomen honestius; nos dicerenus: *Wer ist gestern bey ihr auf der Courtoisie gewesen? Von wem hat sie sich lassen bedienen?* 75 nam haec Andria hoc habebat nomen. 76 probe rem omnem intelligo. 77 seru. 78 fecit apud Chrysidem. 79 *er bezahlte seine Portion zur Mahlzeit*. 80 probatum illum esse. 81 scil. a libidine. 82 qui conuersatur cum amatoribus, & tamen eius animus non commouetur ad amandum, hunc scias iam posse intelligere, quomodo sit viuendum.

Bona dicere 83, & laudare fortunas 84 meas,
Qui gnatum 85 haberem 86 tali ingenio praeditum.
Quid verbis opus eſt? hac fama 87 impulſus Chremes
Vltro 88 ad me venit, vnicam gnatam 89 ſuam
Cum 90 dote ſumma filio vxorem vt daret.
Placuit: 91 deſpondi 92, his nuptiis dictus 93 eſt dies.
So. Quid obſtat, cur non verae 94 fiant? *Si.* audies.
Fere in diebus paucis, quibus haec acta ſunt,
Chryſis vicina haec moritur 95. *So.* o factum bene!
Beaſti: 96 heu! metui a 97 Chryſide. *Si.* ibi tum filius Cum

83 h. l. non eſt enallage temporis pro: *dicebant*, vt ſaepe numero occurrit apud Salluſtium, eiusque aemulum Tacitum: ſed refertur ad praecedens nomen *id*, quum ait: *Cum id mihi placebat*; nam infinitivus, item oratio integra vim nominatiui interdum obtinet. Sic illa ſunt Naſonis:

Didiciſſe fideliter artes
Emollit mores, nec ſinit eſſe feros.

84 felicitatem. 85 filium. 86 tam egregio. 87 de filio meo. 88 ſponte ſua. 89 filiam. 90 vſurpatur de eo, quod vxor marito offert, & deriuatur a do, quaſi, id quod datur viro a muliere quum illi adiungitur. 91 haec mihi conditio. 92 meum filium eius filiae. 93 conſtitutus. 94 nuptiae. 95 id eſt: *Waehrend dieſer wenigen Zeit, da dieſes vorgienge, ſtarb die* Chryſis. 96 me facis felicem. 97 metum habui, ne Chryſis illa nobis apportet aliquod malum. nam quum *metuo* conſtruitur cum caſu auferendi addita praepoſitione *a* vel *ab*, ellipſin ſubeſſe puto, pro: *metui a Chryſide*, id eſt quominus mala mihi a Chryſide inferantur.

98 vna

Cum illis, qui amabant Chryſidem, vna aderat frequens,
Curabat vna funus triſtis interim:
Nonnunquam 98 conlacrumabat. Placuit tum id 99 mihi.
100 Si cogitabam 1 hem, hic 2 paruae conſuetudinis
Cauſa mortem huius 3 tam fert familiariter 4:
Quid 5, ſi ipſe amaſſet? 6 quid mihi hic faciet patri 7?
Haec ego putabam eſſe omnia 8 humani ingenii
Manſuetique animi officia 9. Quid multis moror 10?
Egomet quoque eius cauſſa 11 in funus prodeo 12,
Nihil ſuſpicans etiam mali 13. *Sb.* 14 hem, 15 quid eſt? *Si.* ſcies.
Effertur imus. 16 interea inter mulieres,

Quae

98 vna cum aliis lacrymabat: haec enim eſt vis additae praepoſitionis *cum* Cicero Somn. Scipion. *Complexus me ſenex conlacrymauit.* 99 eius dolor. 100 *Quum* cogitarem &c. *putabam haec eſſe officia manſueti animi.* 1 eſt interiectio varios adfectus indicans. 2 filius meus. 3 mulieris. 4 tantum dolorem oſtendit ob eius mortem. 5 quid faceret. 6 hanc mulierem. 7 quando ego moriar. 8 *humanus* h. l. eſt benignus. 9 haec officia profecta eſſe ex humano ingenio manſuetoque animo. 10 quid multa loquor? paucis verbis. 11 ex amore erga filium meum tam pium. 12 eo, funus comitor. 13 & nullam adhuc habeo ſuſpicionem alicuius mali. 14 quaeſo. 15 *VVas trug ſich aber hierauf zu?* 16 comitamur funus.

17 cum-

Quae ibi aderant, forte vnam adſpicio adole-
ſcentulam,
Forma *So.* bona fortaſſe. *Si.* & vultu, Soſia,
Adeo modeſto, adeo venuſto, vt nihil ſupra;
Quia tum mihi lamentari praeter caeteras
Viſa eſt, & quia erat forma praeter caeteras
Honeſta & liberali; accedo ad pediſſequas;
Quae ſit? rogo: ſororem eſſe, aiunt, Chryſidis.
Percuſſit[17] illico animum [18]at at, hoc illud [19] eſt,
Hinc [20] illae lacrumae, haec illa eſt miſericor-
dia [21].
So. Quam [22] timeo, quorſum euadas [23]! *Si.* fu-
nus interim
Procedit, ſequimur: ad ſepulcrum venimus.
In ignem [24] impoſita eſt fletur. Interea haec
ſoror,
Quam dixi, ad flammam acceſſit imprudentius,
Sati' cum periculo. ibi tum exanimatus [25]
Pamphilus Bene

17 commouit hoc ſtatim meum animum. 18 haec interiectio eſt geminata ex affectu. ſic nos diceremus: *Ja, ja, nun weiſs ich es*; *ſieh, ſieh, iſts das?* 19 propter quod filius meus tam miſericors eſt. 20 ob hanc cauſſam oriuntur. 21 filii mei. 22 quam vehementer timeo. 23 quid dicturus ſis. 24 nam mortuorum cadauera ſolebant comburi apud antiquos. vid. Kirchmannum de funeribus Romanorum, & quae Hermannus in Maslographia 1711. 4. Lib. 1. annotauit. 25 vitam quaſi amittens. nam anima non ſolum Ebraeis, Graecis vt patet Matth. VI, 25. Ioann. X, 10. de voce ψυχῆς, & pari ratione de נֶפֶשׁ vbique in V. T. ſed etiam apud latinos pro *vita* ponitur, vt *animam amittere.*

26 in

Bene dissimulatum amorem & celatum indicat:
Accurrit: mediam [26] mulierem complectitur.
Mea Glycerium, inquit, quid agis? cur te is perditum?
Tum [27] illa, vt consuetum [28] facile amorem cerneres,
Reiicit se in eum flens quam [29] familiariter.
So. Quid ais? *Si.* redeo inde iratus, atque aegre ferens.
Nec satis ad obiurgandum [30] caussae. diceret [31],
Quid feci? quid commerui aut peccaui, pater?
Quae [32] sese voluit in ignem iniicere, prohibui,
Seruaui. honesta oratio [33] est. *So.* recte putas:
Nam si illum obiurges [34], vitae qui auxilium tulit, [35]
Quid facias illi, quid dederit damnum aut malum?
Si. Venit Chremes postridie ad me, clamitans
Indignum facinus [36], comperisse [37], Pamphilum
Pro vxore habere hanc peregrinam. Ego illud sedulo
Negare [38] factum. ille instat [39] factum. denique
Ita tum [40] discedo ab illo, vt qui se filiam

Ne-

---

26 in medio corpore. 27 *hierauff.* 28 inter eos. 29 valde, 30 nec tamen haec res sufficere videbatur ad obiurgandum meum filium. 31 dicere enim posset filius. 32 eam, quae. 33 *es laesse sich wohl hören,* 34 *ausschelten.* 35 qui vitam hominis seruauit. 36 pessimum facinus esse factum. 37 se audiisse. 38 coepi. 39 pergit clamare, hoc omnino esse factum. 40 *damals.*

41 dicit

Neget daturum 41. *So.* Non tu ibi gnatum 42?
Si. ne haec quidem
Sati' vehemens 43 cauſſa ad obiurgandum 44. *So.*
qui, cedo: 45
Si. Tute ipſe his rebus finem 46 praeſcripſiſti,
pater.
Prope adeſt, cum alieno more viuendum eſt mi-
hi 47:
Sine 48 nunc meo me viuere interea modo 49,
So. Quis igitur relictus eſt obiurgandi locus 50?
Si. Si propter amorem 51 vxorem nolit ducere;
Ea primum ab illo animaduertenda iniuria 52 eſt.
Et nunc id operam 53 do, vt per falſas nuptias
Vera 54 obiurgandi cauſſa fit, ſi deneget 55.
Simul, ſceleratus Dauus ſi quid conſilii

Ha-

41 dicit, ſe nolle dare filiam ſuam filio meo. 42 obiurgaſti. 43 ſufficiens, iuſta. 44 filium meum. 45 dic mihi, quomodo igitur? Cedo enim eſt verbum imperantium & ſignificat *dic*, infr. Eunuch. V, 5. *Quid factum eſt? cedo*: & alibi apud Ciceronem; item *da, porrige*, Phaedrus Lib. V. fab. 2. *Cedo, inquit, illum.* Nec diſſentire velim, ſi illud cum quibusdam inter aduerbia locare putares. 46 dicere enim poteſt meus filius: tu ipſe, mi pater, praeſcripſiſti modum voluptatibus meis. 47 tempus illud appropinquat, quo cogar viuere ad voluntatem aliorum. 48 permitte. 49 arbitrio. 50 num hoc modo habeo cauſſam obiurgandi ipſum? 51 erga Glycerium. 52 oportet primum, vt illum puniam ob hanc iniuriam. 53 id ago, laboro eam ob cauſſam, ideo operam do, eſtque ellipſis de qua conferas Scioppium in Philoſoph. grammatica, quam nuper Cl. Herzogius illuſtrauit; & Sanctium in Minerua. 54 iuſta. 55 ſi nolit vxorem ducere.

56 fru-

Habet, vt consumat 56 nunc, cum nihil obsint dolí 57.
Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia
Facturum 58, magis id adeo 59 mihi vt incommodet 60
Quam vt obsequatur gnato. *So.* quapropter? *Si.* rogas?
Mala mens, malus animus 61, quem quidem ego si sensero 62.
Sed quid opus est verbis? sin eueniat quod volo, 63
In Pamphilo vt nil sit morae 64; restat Chremes,
Qui mihi exorandus est: & spero confore 65.
Nunc tuum est officium, has bene vt adsimules nuptias 66:
Perterrefacias Dauum, obserues filium,
Quid agat, quid cum illo consilii captet 67. *So.* sat est:

Cura-

56 frustra impendat. 57 eius fraudes. 58 ego puto, Dauum vehementer laboraturum. 59 idque eo magis. 60 molestus sit, aegre faciat. 61 mala mens etiam habet mala consilia. 62 *est apoſiopeſis* quum ita abrumpitur oratio, vt vix appareat, quid dicturus quis fuerit. Cic. Lib. 1 x. epist. 22. ad diuersos: *Honorem igitur Kalend. Martiis. Tu me diliges & valebis.* 63 si vero hoc sit, quod cupio. 64 vt Pamphilus obediat. 65 hoc fore. 66 vt dicas, has nuptias omnino veras esse, non fictas. 67 quale consiliuni filius ineat cum Dauo.

68 prae-

Curabo. eamus iam nunc intro, *Si.* i prae 68, ſequar.
Non dubium eſt, quin vxorem nolit 69 filius:
Ita Datum modo timere ſenſi 70, vbi 71 nuptias
Futuras eſſe audiuit. ſed ipſe exit foras.

68 praecede. 69 quod filius nolit habere vxorem. 70 intellexi, obſeruaui. 71 poſtquam.

ACTVS I. SCENA II.

DAVVS, SIMO.

D. MIrabar, hoc ſi ſic abiret 1, & heri ſemper lenitas,
Verebar, quorſum euaderet 2.
Qui poſtquam audierat non datum iri filio vxorem ſuo 3,
Nunquam cuiquam noſtrum verbum fecit 4, neque id aegre 5 tulit.
S. At nunc faciet 6: hemque, vt opinor, ſine tuo magno malo 7,
D. Id voluit 8, nos ſic nec opinanteis 9 duci 10 falſo gaudio,
Speranteis iam amoto 11 metu, interea oſcitanteis 12 opprimi.

D Vt

1 Fieret impune. 2 & verebar, quorſum euaderet lenitas heri ſeu domini mei, quae ſemper in eo eſt. 3 Pamphilo. 4 loquutus eſt. 5 moleſte. 6 faciet verba nobiſcum. 7 calamitate tu, Dane, ſenties hoc malum. eſt ironia, per ſpeciem tropithetorum. 8 eius conſilium eſt. 9 praeter opinionem, *gantz unvermercket.* 10 falli. 11 cum ſperamus, omnem metum eſſe amotum. 12 negligentes, incautos.

13 tem-

Vt ne eſſet ſpatium 13 cogitandi ad diſturban-
das 14 nuptias:
Aſtute! *S.* Carnifex 15 quae loquitur? *D.* Herus
eſt, neque praeuideram 16.
S. Daue. *D.* hem, quid eſt? *S.* ehodum, ad me 17,
D. quid hic volt? 18 *S.* quid ais? *D.* qua
de re? *S.* rogas?
Meum gnatum rumor eſt amare 19. *D.* id popu-
lus curat ſcilicet 20.
S. Hoccine agis, an non 21? *D.* ego vero iſthuc 22?
S. Sed, nunc ea me exquirere,
Iniqui patris 23 eſt, nam, quod ante hac fecit, ni-
hil ad me attinet.
Dum tempus ad eam rem 24 tulit, ſiui 25 animum
vt expleret ſuum.
Nunc hic dies 26 aliam vitam adfert, alios mores
poſtulat.

De-

13 tempus, occaſio. 14 impediendas. 15 quid loquitur iſte nebulo? 16 illum. 17 *Ehodum eſt particula vocantis, eo ſenſu: Hör doch, komm ein wenig her zu mir*: nam *ad me* ſcil. veni, reſpice, inf. act. 3. ſcen. 5. v. 10. *ehodum bone vir, quid ais?* 18 id eſt vult. nam antiqui concurſum V gemini vitabant, ideo alterutrum quod vocale erat, mutabant in o, dicentes: *volgus, volnus, ſeruos*, &c. vid. Quintil. lib. 1. cap. 7. & Cellarium in Orthograph. latin. p. 10. 19 aliquam meretricem. 20 hoc ſane parum curat populus. 21 tunc haec cogitas, an non? 22 cogitem? 23 ego eſſem pater iniquus, ſi hoc iam vellem ſcire. 24 dum tempus filium commouit ad amorem. 25 permiſi, vt faceret quicquid vellet. 26 in quo nuptiae fieri debent.

27 vel

Dehinc poſtulo, ſiue27 aequum eſt, te oro, Daue,
vt redeat iam in viam 28.
D. Hoc quid ſit? *S.* omnes qui amant, grauiter
ſibi dari vxorem ferunt 29.
D. Ita aiunt. *S.* tum 30 ſi quis magiſtrum cepit ad
eam 31 rem improbum,
Ipſum animum aegrotum 32 ad deteriorem 33
partem plerumque applicat.
D. Non hercle intelligo 34. *S.* non 35? hem. *D.* 20
non: Dauus ſum, non Oedipus 36.
S. Nempe ergo aperte 37 vis, quae reſtant, me
loqui? *D.* Sane quidem 38
S. Si ſenſero 39 hodie, quidquam 40 in his de nu-
ptiis
Fallaciae conari, quo fiant minus 41,
Aut velle in ea re oſtendi 42, quam ſis callidus;
Verberibus caeſum te in piſtrinum, Daue, dedam 25
vſque ad necem 43;

27 vel ſi. 28 & amorem meretricis relinquat. 29 nolunt vxorem ducere. 30 praeterea. 31 amorem. 32 procliuem ad vitia. 33 peiorem. 34 quid velis. 35 intelligis? 36 ſtupidus ego ſum, non vero is, qui obſcuras aliorum cogitationes poſſim diuinare. Oedipus enim quomodo Sphingis aenigma diſſoluerit, conſtat ex fabularum auctoribus, in primis Sophocle p. 208. ſeq. 37 deſideras, vt perſpicuis verbis dicam. 38 omnino id deſidero. 39 intelligam. 40 quidquam fallaciae; aliquam fraudem. 41 vt nuptiae non procedant. 42 vt conſpiciatur. 43 ego te caedam verberibus, & ducam in piſtrinum, vbi manebis, vsque dum moriaris. in piſtrinum vero dari, poena fuit ſeruorum.

44 ex

Ea lege atque omine, vt, site inde 44 exemerim, ego pro te malam 45.

Quid, hoc intellextin'? an nondum etiam hoc quidem 46? *D.* immo callide 47:

Ita aperte ipsam rem modo locutus, nihil 48 circuitione vsus es.

S. Vbiuis facilius passus sim, quam in hac re me deludier 49.

30 *D* Bona verba quaeso 50. *S.* Irrides 51? nihil me 52 fallis. Sed dico tibi,

Ne 53 temere facias, neque tu haud dicas tibi non praedictum 54. caue.

44 ex pistrino. 45 *will ich an statt deiner mahlen.* 46 intellexisti. 47 probe haec omnia intelligo. 48 sine ambitu hoc locutus es. 49 facile patiar, me falli in alia re; sed in hac re non patiar. deludier pro deludi per paragogen grammaticorum. 50 noli mihi irasci. 51 me adhuc? 52 frustra mihi paras fraudem. 53 quidquam 54 neque tu dicas, ac si ego tibi hoc non praedixissem.

ACTVS I. SCENA III.

DAVVS.

D. ENimvero, Daue, nihil loci 1 est segnitiae neque socordiae,

Quantum intellexi modo 2 senis sententiam de nuptiis:

Quae

1 Iam nullum est tempus ad socordiam: oportet vt tibi caueas, & vigiles. 2 aliquanto ante. *Vor einer kleinen weile.* Cicero. VI. Verr. 3. *quid dico nuper? imo vero modo, atque plane paullo ante.*

3 nuptiae

Quae 3 si non astu prouidentur 4, me aut herum 5 pessundabunt 6.
Nec quid agam, certum 7 est; Pamphilum ne adiutem 8, an auscultem seni 9.
Si illum 10 relinquo, eius vitae timeo 11: sin opitulor 12, huius 13 minas 14,
Cui verba dare 15 difficile est. primum iam de amore hoc comperit 16:
Me infensus seruat 17, ne quam 18 faciam in nuptiis fallaciam.
Si senserit, perii: aut si libitum fuerit 19, causſam ceperit 20,
Quo iure quaque iniuria 21, praecipitem in pistrinum dabit 22.
Ad haec mala hoc mi 23 accedit etiam: haec Andria,

3 nuptiae. 4 impediuntur per aliquam fraudem 5 dominum meum Pamphilum. 6 in malum aliquod praecipitabunt. 7 scio. 8 adiuuem. 9 Simoni. 10 Pamphilum. 11 vereor, ne ipse moriatur. est dandi quidem casus, per ellipsin tamen, vt in ceteris, explicari potest pro: *eius vitae aliquod periculum timeo*. Ipse autor paulo post ait: *minas* scil. *timeo*. 12 si vero iuuo Pamphilum. 13 Simonis. 14 vereor. 15 difficile est enim, eum fallere. 16 audiuit aliquid. 17 iratus ille est mihi, & me probe obseruat. 18 aliquam. 19 si ipsi placebit. 20 facile inueniet. 21 siue iure hoc fiat, siue iniuria. 22 iubebit, me duci in pistrinum. 23 mihi adhuc.

24 me-

Siue ista vxor, siue amica 24 est, grauida e Pamphilo est.
Audireque eorum est operae pretium audaciam 25:
Nam inceptio 26 est amentium, haud amantium;
Quidquid peperisset, decreuerunt tollere 27:
Et fingunt 28 quandam inter se nunc fallaciam,
Ciuem Atticam esse hanc 29. Fuit olim quidam senex
Mercator: nauem is fregit 30 apud Andrum insulam:
Is obiit mortem. ibi tum 31 hanc eiectam Chrysidis
Patrem recepisse orbam 32, paruam 33. fabulae 34.
Mihi quidem non hercle fit verisimile 35.
Atque ipsis commentum 36 placet.
Sed Mysis ab ea 37 egreditur. At ego hinc me ad forum 38 vt
Conueniam 39 Pamphilum, ne de hac re pater imprudentem 40 opprimat:

ACTVS

24 meretrix. 25 & pretium operae est, *es verlohnet sich schon der Mühe*, vt audiatis audaciam eorum. 26 consilium eorum, quod incipiunt, non prouenit ex amore, sed ex amentia. 27 educare. 28 excogitant. 29 Glycerium filiam esse cuiusdam ciuis Athenienſis. 30 naufragium fecit. 31 illo tempore patrem Chryſidis recepisse ad se hanc eiectam in littus. 32 & orbatam parentibus. 33 & paruam. 34 sed haec omnia sunt fabulae. 35 ego hoc mihi persuadere non possum. 36 hoc figmentum, haec fabula. 37 ex eius domo. 38 recipiam, ibo. 39 colloquar cum Pamphilo. 40 incautum, si nihil sciat de hac re.

1 Ob-

ACTVS I. SCENA IV.

MYSIS, ARCHILIS.

M. AVdiui, Archilis, iamdudum: Lesbiam 1 adduci iubes.
Sane 2 pol illa temulenta 3 est mulier, & temeraria,
Nec sati' digna, cui committas primo partu mulierem 4.
Tamen eam adducam. Importunitatem specta te aniculae 5,
Quia compotrix 6 eius est. Dii date facultatem obsecro,
Huic pariundi 7, atque illi in aliis potius peccandi, locum 8,

1 Obstetricem. 2 *Pol* est iurandi formula, quasi *per Pollucem*, qui Castoris erat frater & post mortem inter Deos relatus praeses celebatur certaminum. 3 id est vinolenta, ebria. 4 vt ipsi committatur mulier, quae parit prima vice. 5 huius temulentae Lesbiae. *Importunitas* denotat plurimum id, quod temporis & loci non est commodum, sed non infrequens quoque personae, pro: inhumanitate. Apud Ciceron. Lib. v. *epist.* 3. n. 1. *ad diuersos* est: *homo importunissimus*. Vox autem *aniculae* infra aliquoties occurrit. Lib. I. fab. XI. *Phaedri* eadem forma est diminutiuum nomen: *auricula*, licet alii: *Tanaquill. Faber. Rigaltius* & ceteri: auritulus legant. 6 quia solet potare cum ea. 7 obsecro vos, dii, date huic mulieri facultatem & facilitatem pariendi. 8 & permittite, vt illa Lesbia potius aliquid peccet in aliis mulieribus, quam in hac. Pulcrae sane & quae Diis dignae sunt, preces

9 timi-

Sed, quidnam Pamphilum exanimatum 9 video? vereor 10 quid fiet.
Opperiar 11, vt sciam, num quidnam haec turba 12 tristitiae adferat.

9 timidum. 10 metuo. 11 exspectabo ipsum. 12 confusio.

ACTVS I. SCENA V.

PAMPHILVS, MYSIS.

P. HOccine est humanum factum aut inceptum? hoccine officium patris?
M. Quid illud est?
P. 1 Pro deum atque hominum, quid est 2 si non haec contumelia est?
Vxorem decrerat dare sese mi hodie. Nonne oportuit
Praescisse me 3 ante? nonne prius communicatum oportuit 4?
M. Miseram me! quod verbum audio? *P.* quid Chremes? qui 6 denegauerat,
Se commissurum 7 mihi gnatam suam vxorem; mutauit 8 id;

9 Quo-

1 Scil. fidem, testimonium, 2 *wenn das nicht ein schimpff ist so weiss ich nicht, was man so nennen soll* 3 non oportuisset ipsum antea me interrogare? 4 nonne prius mecum debuisset communicare illam rem? 5 fecit. 6 *denegare* idem est ac negare, prout saepe composita pro simplicibus vsurpantur. Sic est *deuocare* pro *vocare* apud *Nepotem* in *Cimon.* *Liuium* Lib. VI. *Senec* VI. *de benefic.* *Valerium Maximum* VI, 5. *Phaedr.* III, 5. *Cicer. Cat.* III, c. 3. *Negaui, me esse facturum* 7 qui dixerat, se nolle mihi dare filiam suam vxorem. 8 consilium suum.

9 quo-

9Quoniam me immutatum videt.
Itane obſtinate 10 operam dat, vt me a Glycerio miſerum abſtrahat?
Quid, ſi fit, pereo funditus 11.
12Adeon' hominem inuenuſtum eſſe, aut infelicem quemquam, vt ego ſum?
Pro deum atque hominum 13! nullon' ego
Chremetis pacto 14 affinitatem effugere potero? Quot modis
Contemtus, ſpretus 15? facta transacta omnia.
16 Hem,

9 quoniam meum animum non mutatum; ſed propoſito inhaerentem cognoſcit. *Immutatum* idem quoque eſt, ac ſimplex *mutatum*. 10 obſtirmate. 11 quaſi a fundamento, ita vt mihi nihil relinquatur: *ſo iſt es hernach gantz mit mir aus*. 12 eſt, ellepſis, quae alias inprimis Terentio familiaris, pro: *num tibi potes perſuadere*, adeone hominem &c. *Inuenuſtus* eſt, qui eſt ſine gratia: hinc *venuſtum* rhetores id in oratione vocant, quod ſuaue eſt & elegans; graece: χαριεντισμὸς, ἀπὸ τῶν χαρίτων: inde χαρίεντα λόγον dicit *Ariſtophanes* & *Ariſtoteles* χαρίεντας homines elegantes & feſtiuos. Quare heic quum auctor de ſubtracto Glycerii amore diſputat, *inuenuſtus* erit Pamphilus, quum eſt ſine gratia, ſine amore Glycerii. 13 ſcil. fidem, vt idem ſit ac: *prouoco Deum & hominum fidem*, ſ. quod mallem: *pro Deum & hominum fide*, id eſt, vt eleganter dicunt, quae eſt fides Deum & hominum, *wie es die Götter und Menſchen ſelbſten geſtehen müſſen*. 14 modo. 15 & ſpretus ſum: particula coniunctionis per *Aſyndeton* ſaepe omittitur. 16 Eſt formula

Repudiatus repetor 17. quamobrem? niſi ſi id eſt, quod ſuſpicor:
Aliquid monſtri alunt 18: ea quoniam nemini obtrudi 19 poteſt,
Itur 20 ad me. *M.* oratio haec me miſeram exanimauit metu.
P. Nam quid ego dicam de patre? ah!
Tantamne rem tam negligenter agere 21? praeteriens modo 22
Mihi 23 apud forum, vxor tibi ducenda eſt Pamphile hodie, inquit: para 24:
Abi domum. id mihi viſus eſt dicere 25: abi cito, & ſuſpende te.
Obſtupui. cenſen' vllum me verbum potuiſſe proloqui,
Aut vllam cauſſam ineptam ſaltem, falſam iniquam? obmutui.

Quod

mula ſolemnis ICtis, qua vtuntur, quum nihil praetermiſſum eſſe, quod ad cauſſae negotium pertineat, cognoſcunt. Cicero III. Catilin. *Atque illud, quod faciendum primum fuit, factum atque transactum eſt.* 17 iam nunc redit ad me, poſtquam ſemel me repudiavit. 18 latet ſub hac re aliquid. 19 quoniam nemo filiam eius deſiderat. 20 pater eius ad me venit, & obtrudere mihi vult ſuam filiam. 21 decet. 22 *dieſen Augenblick da er vor mich vorbey gienge.* Supra act. I. ſcen. 3. *Quantum intellexi modo ſenis ſententiam de nuptiis.* 23 *Apud* eſt pro *in Cicero* XVI. *epiſt* 15. *ad diuerſos: Nos apud Alyziam, ex quo loco tibi litteras ante dederamus, vnum diem commorati ſumus*; ſeu idem eſt ac *prope*, vt vſurpatur apud *Caeſar.* G. B. II. 7, 3, 24. fac vt ſis paratus ad nuptias. 25 non aliter mihi fuit, ac ſi diceret.

26 *ich*

Quod si ego prius id resciſſem: quid facerem, ſi quis nunc me roget?
Aliquid facerem 26, vt hoc ne facerem. Sed nunc primum quid exequar 27?
Tot me inpediunt curae, quae meum animum diuorſim 28 trahunt,
Amor, huius 29 miſericordia, nuptiarum ſollicitatio 30,
Tum patris pudor 31, qui me tam leni paſſus eſt animo vſque adhuc 32
Quae meo cunque animo libitum eſt, facere 33: ei ne ego vt ad Vorſer 34? hei mihi!
Incertum eſt, qui agam. *M.* miſera timeo, incertum hoc quorſum accidat 35.
Sed nunc peropu' 36 eſt, aut hunc cum ipſa, aut me aliquid de illa aduorſum hunc loqui.

26 *Ich wolte eher wer weis was thun*, modo ne cogerer hoc facere ſcil. ducere aliam vxorem. 27 agam. 28 huc & illuc in diuerſas partes. Plautus Merc. II, 4. 2.

Pentheum diripuiſſe aiunt Bacchas, nugas maximas
Fuiſſe credo, prout quo pacto ego diuorſus diſtrahor.

29 miſericordia erga illam. 30 deſiderium. 31 quoniam ego timeo patrem. 32 vsque ad hanc horam. 33 qui paſſus eſt tam leni animo, vt facerem quidquid modo vellem. 34 ſenſus: multa animum meum diſtrahunt, ſcil. amor & miſericordia erga illam, ſollicitatio nuptiarum, dum pater continuo a me ſollicitat, vt ad nuptias me parem; pudor erga patrem, qui paſſus eſt tam leni animo, vt ad arbitrium meum omnia facerem: ſed num haec omnia ideo mihi contingunt, vt ne patri aduerſer? hei mihi! 35 quid euenturum ſit ex hac re incerta. 36 omnino opus eſt. 37 Mi-

37 Dum in dubio eſt animus, paulo momento 38 huc illuc impellitur.
P. Quis hic loquitur? Myſis, ſalue: *M* o ſalue, Pamphile. *P.* Quid 39 agit? *M.* rogas 40?
Laborat e dolore 41: atque ex hoc miſera ſolicita 42 eſt, diem
35 Quia olim 43 in hunc ſunt conſtitutae nuptiae: tum 44 autem hoc timet,
Ne deſeras ſe. *P.* Hem, egone iſthuc conari 45 quam?
Ego propter me illam decipi miſeram ſinam 46?
Quae mihi ſuum animum atque omnem vitam credidit,
Quam ego animo egregie caram pro vxore habuerim.
40 Bene & pudice eius doctum atque 47 eductum ſinam 48,

Cea-

37 Minucius Felix cap. XVI. n. 4. *Quid igitur? ea qui rectam viam neſcit, vbi, vt fit, in plures vna diffin. ditur, haeret anxius, nec ſingulas audet eligere, nec vniverſas probare.* 38 breui, per leuem aliquam rem. *paulo* eſt ab adiectiuo nomine *paulus, a, um* ex *paululus* contracto. Adelph. V, 4, 22. *paulo ſumtu.* 39 Glycerium. 40 interrogas adhuc? 41 in partu illa laborat. 42 & miſera femina ideo in magnis curis eſt. 43 iam dudum. 44 praeterea. 45 facere. 46 egone patiar, vt illa miſera decipiatur propter me? 47 i. e. educatum Plautus Rud. I, 3. verſ. vltim.

Neque quicquam vnquam in profui, qui me ſibi eduxerunt.

Noſter Adelph. *Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo.* 48 egone patiar, vt eius ingenium ſiue animus docte, bene

Coactum 49 egestate, ingenium 50 immutarier?
Non faciam. *M.* haut vereor, si in te solo sit situm:
Sed vim vt queas ferre 51 *P.* adeon' me ignauum putas,
Adeon' porro ingratum; aut inhumanum, aut ferum,
Vt neque me consuetudo 52, neque amor, neque pudor
Commoueat, neque commoneat, vt seruem fidem?
M. Vnum hoc scio, meritam 53 esse, vt memor esses sui 54.
P. Memor essem? o Mysis, Mysis, etiam nunc mihi
Scripta illa dicta 55 sunt in animo Chrysidis
De Glycerio. Iam ferme moriens 56 me vocat 57: accessi: vos semotae 58 nos 59 soli: incipit 60:
Mi Pamphile, huius 61 formam atque aetatem vides:
Nec clam te 62 est, quam illi vtraeque res nunc vtiles.
Et ad pudicitiam & tutandam ad rem sient 63.

bene educatus immutetur, dum cogitur & premitur paupertate? 49 Nam *calamitas virtutis est occasio* Senec. de Prouidentia cap. IV. seu *disciplina virtutis*. Minuc. Felix c. XXXVI. 50 pro immutari & syllaba (er) additur per Paragog. 51 hoc ego vereor. 52 diuturna conuersatio cum illa. 53 eam promeruisse. 54 vt ipsam ne deseras. 55 verba Chrysidis. 56 Chrysis. 57 ad se. 58 iussae fuistis abire. 59 eramus, Chrysis & ego. 60 illa sic loqui. 61 virginis. 62 & tu probe scis. 63 quam vtiles Glycerio sint

Quod ego te per hanc dextram 64 oro, & 65 genium tuum:
Per tuam fidem perque huius solitudinem 66
Te obtestor, ne abs te hanc segregas, neu deseras:
Si te in germani 67 fratris dilexi loco,
Siue haec te solum semper secit maxumi,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus:
Te isti 68 virum do, amicum, tutorem, patrem:
Bona nostra haec tibi committo, & tuae mando 69 fidei.
Hanc mi in manum dat 70: mors continuo ipsam occupat 71.
Accepi: acceptam seruabo. *M.* Ita spero quidem, *P.* Sed cur tu ab illa 72? *N.* obstetricem accerso. *P.* Propera:
Atque audin'? verbum vnum caue de nuptiis 73.
Ne ad morbum hoc etiam, 74. *M.* teneo 75.

ACTVS

sint forma & aetas tum ad seruandam pudicitiam, tum ad seruandam rem suam *ihr vermögen*. 64 Modus orandi per dextram & genium antiquis fuit familiaris; Dextra enim non solum erat signum fidei, sed etiam beneuolentiae, quod patet ex diui Pauli epistola ad Galatas missa cap. II. v. 9. 65 Genius est Deus a gignendo dictus, qui curam habeat nostrum & tueatur nos. Superstitiosa antiquitas duos genios homini cuique adsignauit, alterum, qui ad bona; alterum, qui ad mala hortetur. 66 quoniam illa nunc sola & per mortem meam deserta est. 67 *als meinen leiblichen bruder.* 68 huic Glycerio. 69 trado eam. 70 dedit. 71 ipsa mox moritur. 72 discedis. 73 dicas. 74 accedat, ne hoc quoque eius dolores augeat. 75 probe hoc intelligo.

i est

ACTVS II. SCENA I.

CHARINVS, BYRRHIA, PAMPHILVS.

C. QUid ais, Byrrhia?
Datur illa Pamphilo hodie nuptum 1?
B. sic est. *C.* qui 2 scis, Byrrhia?
B. 3 Apud forum modo de Dauo audiui. *C.* Vae, vae misero mihi!
Vt animus in spe atque in timore vsque ante hac attentus 4 fuit,
Ita postquam ademta spes est, lassus 5, cura confectus 6 stupet.
B. Quaeso 7 edepol, Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest,
Velis 8 id, quod possis. *C.* Nihil aliud, nisi Philumenam volo.
B. Ah quanto satius 9 est, id operam te dare,
Istum qui 10 amorem ex animo moueas, quam id loqui,

Quo

1 est supinum a *nubere*, & *virginem alicui dare nuptum* est: *istam tradere alicui in matrimonium*. vid. Nepotem Pausan. II, 3. 2. quomodo vnde. 3 h. l. *apud* idem est ac *in*, vt supra monuimus. 4 quemadmodum animus meus sollicitus huc vsque fuit propter spem & timorem. 5 scil. animus. 6 defatigatus. 7 est formula iurandi, quasi *ego Deum Pollucem prouoco*; alii scribunt aedepol, vt sit quasi *per aedem Pollucis*; alii putant (e) idem esse ac *me*, *medepol*, ad formam *medius Fidius*, vid. Parei Lexicon Critic. pag. 400. 8 facere. 9 melius, 10 vt. 11 amor.

Quo magis libido [11] fruſtra incendatur tua.
C. Facile omnes, cum valemus [12], recta conſilia aegrotis damus,
Tu ſi hic ſis [13], aliter ſentias. *B.* age, age [14], vt lubet. *C.* Sed Pamphilum
Video. omnia experiri, certum [15] eſt, priusquam pereo *B.* Quid hic agit?
C. Ipſum hunc orabo: huic ſupplicabo: amorem huic narrabo meum.
Credo, impetrabo, vt aliquot ſaltem nuptiis prodat [16] dies.
Interea fiet aliquid, [17] ſpero. *B.* id aliquid nihil eſt. *C.* Byrrhia.
Quid tibi videtur; adeon' [18] ad eum? *B.* Quid [19] ni? Si nihil impetres,
Vt te arbitretur ſibi paratum moechum, ſi illam duxerit [20].
C. Abin' hinc in malam rem [21] cum ſuſpicione iſthac, ſcelus [22].
P. Charinum video: ſalue. *C.* o ſalue, Pamphile. Ad te aduenio, ſpem, ſalutem, auxilium, conſilium expetens.
P. Ne-

---

11 amor. 12 quando nos ipſi non ſumus aegroti. 13 ſi in mei loco eſſes. 14 facias prout tibi libet. per me licet. 15 conſtitui. 16 vt nuptias in aliquot dies differat. Nam *prodere dies* eſt *prorogare, proferre.* vid. Parei Lexic. Critic. p. 992. 17 Infr. Act. II, ſc. 3. plenius ſcribit: *interea aliquid acciderit boni.* 18 an debeo accedere ad eum? 19 cur non? vt ſaltim illam duxerit vxorem, te eſſe paratum moechum. 21 *an den Galgen.* 22 tu nebulo. 23 *Pol*

P. Neque 23 pol consilii locum 24 habeo, neque
auxilii copiam 25.
Sed isthuc quidnam est? *C.* Hodie vxorem ducis?
P. aiunt. *C.* Pamphile,
Si id facis, hodie postremum 26 me vides. *P.* Quid
ita? *C.* Hei mihi!
Vereor dicere: huic dic, quaeso, Byrrhia. *B.* Ego
dicam *P.* quid est?
B. Sponsam hic tuam amat. *P.* nae 27 iste haud
mecum sentit. ehodum dic mihi,
Nunquidnam amplius tibi cum illa fuit 28, Cha-
rine? *C.* An Pamphile
Nil, *P.* quam vellem 29! *C.* Nunc te per amici-
tiam & per amorem obsecro,
Principio 30, vt ne ducas 31. *P.* Dabo equidem
operam. *C.* Sed si id non potes,
Aut tibi nuptiae hae sunt cordi 32? *P.* Cordi 33?
C. saltem aliquot dies
Profert 34, dum proficiscor aliquo 35, ne videam.
P. Audi nunc iam:

Ego

23 *Pol* est certe, sane. Hinc *Pol* & *profecto* interdum coniunguntur, Plaut. Men. 5, 9. 5. Mercat. Prol. v. 22. 24. nescio, quale consilium capere debeam. 25 occasionem, facultatem. 26 postrema vice. 27 profecto. 28 an tu rem veneream habuisti cum illa? 29 quam vehementer ego caperem, vt tu habuisses rem cum illa. 30 primum te rogo. 31 nolis eam ducere vxorem. 32 aut tu desideras eas nuptias? 33 egone desiderem? 34 differ, protrahe. 35 ad aliquem locum.

36 ho-

Ego, Charine, neutiquam officium liberi 36 esse
hominis puto,
Cum is nil promereat, postulare id gratiae appo-
ni sibi 37.
Nuptias effugere ego istas malo 38, quam tu adi-
pisci er.
35 *C.* Reddidisti animum 39. *P.* Nunc si quid potes
aut tu, aut hic Byrrhia,
Facite, fingite, invenite, efficite, qui 40 detur tibi:
Ego id agam, mihi qui 41 ne detur. *C.* Sat habeo.
P. Dauum optume 42
Video, huius consilio fretus sum. *C.* At tu hercle
haud quidquam mihi 43,
Nisi ea, quae nihil opus 44 sunt sciri. fugin' hinc?
B. ego vero ac lubens 45.

36 honesti, probi. 37 si velit is postulare, vt haec gratia sibi adponatur, quasi beneficium aliquod dederit, cum tamen nihil promereat. 38 magis cupio. 39 me iterum exhilarasti. 40 quomodo, vt. 41 vt. 42 opportuno tempore. 43 dices. 44 quae necessaria. non sunt & ego sciam. 45 fugio seu abeo hinc.

ACTVS II. SCENA II.

DAVVS, CHARINVS, PHMPHILVS.

1 *D.* DI boni, boni quid porro? sed vbi inue-
niam Pamphilum.
Vt metum, in quo nunc est, adimam, atque ex-
pleam animum gaudio:
L. Lae-

1 Duplices habebant Deos, alterum qui bona operatur, alterum, qui mala efficit, vt morbum, timorem, pestilentiam &c. Hinc eleganter addit: *Di boni.*

2 cur

C. Laetus eſt, neſcio quid 2. *P.* nihil 3 eſt, nondum haec reſciuit mala 4.
D. Quem ego nunc credo, ſi iam audierit ſibi paratas nuptias 5,
C. Audin' tu illum? *D.* toto me oppido 6 examinatum 7 quaerere.
Sed vbi quaeram? quo nunc primum intendam 8? *C.* Ceſſas alloqui 9?
D. Abeo. *P.* Daue ades, reſiſte 10. *D.* Quis homo eſt, qui me 11? O Phamphile,
Te ipſum quaero. euge, o Charine! ambo opportune 12: vos volo.
P. Daue, perii *D.* Quin tu hoc audi 13. *P.* Interii. *D.* Quid timeas, ſcio.
C. Mea quidem 14 hercle certe in dubio vita eſt. *D.* Et quid tu 15 ſcio.
P. Nuptiae mihi 16. *D.* Et id ſcio *P.* hodie. *D.* Obtundis, 17 tametſi intelligo.
Id paues 18, ne ducas tu illam: tu autem 19, vt ducas. *C.* Rem tenes 20.

P. Iſt.

---

2 cur. 3 fruſtra eſt eius gaudium. 4 calamitatem. 5 *haec verba connecti debent cum ſequentibus:* toto me oppido &c. 6 per totam vrbem. 7 timidum. 8 me commoueam, quorſum conferam? 9 quid ceſſas eum alioqui? 10 mane. 11 vocat. 12 adeſtis. 13 potius audi haec, quae tibi dicam. 14 maioris vis cauſſa coniungit has voces, nam hercule iam notat formam aliquam iurandi. Plaut. Moſtellar. III, 2. 3. Merc. I, 2, 74. 15 timeas. 16. parantur. 17 ſcil. aures eadem repetendo Metaphora ſumitur a fabris, qui ſaepe repetunt tundendo aliquid per malleum. 18 times. 19 times. 20 rem totam intelligis. 21 ti-

P. Isthuc ipsum 21. *D.* Atqui isthuc ipsum 22, nil
pericli est: me vide 23,
P. Obsecro te, quamprimum 24 hoc me libera
miserum metu, *D.* Hem,
Libero 25. vxorem tibi iam non dat Chremes.
P. Qui 26 scis? *D.* Scio;
Tuus pater modo me prehendit 27: ait, tibi
vxorem dare 28
Hodie; item alia multa 29, quae nunc non est
narrandi locus 30.
Continuo 31 ad te properans percurro ad forum,
vt dicam tibi haec.
Vbi 32 te non inuenio, ibi 33 adscendo in quen-
dam excelsum locum:
Circumspicio: nusquam 34 forte ibi huius 35
video Byrrhiam:
Rogo 36: negat vidisse 37. mihi molestum 38.
quid agam, cogito.
Redeunti interea ex ipsa re 39 mi incidit suspicio,
hem!

Pau-

21 timeo. 22 quod tu times. 23 me respice, qui te liberabo. 24 fieri potest. 25 te ab omni metu. 26 quomodo & vnde haec scis? 27 vocauit ad se in locum secretum. 28 se dare velle. 29 dixit mihi. 30 occasio aut tempus. 31 statim. 32 postquam. 33 tunc. Coniunctionis harum particularum exemplum est apud Liuium XLIV, c. 25. Plaut. Epidic. IV, 2. 34 te video. 35 Charini seruum. 36 interrogo eum, an te viderit, saepe verbum simplex *rogare* pro composito *interrogare* vsurpatur. Terent. IV, 1. 11. 37 se te, 38 hoc mihi molestum erat. 39 mihi.

40 Sce-

40 Paululum obſonî, ipſius triſtis, de improuiſo nuptiae,
Non cohaerent. *P.* quorſum nam iſthaec 41? *D.* Ego me 42 continuo ad Chremem.
Cum illo 43 aduenio, ſolitudo ante oſtium 44. iam id 45 gaudeo.
P. Recte dicis, perge, *D.* 46 Maneo, interea introire neminem
Video, exire neminem; matronam nullam, in aedibus
Nil ornati 47, nil tumulti, 48. acceſſi: introſpexi. *P.* Scio 49.
Magnum ſignum 50. *D.* Num videntur conuenire haec nuptiis?

P. Non

40 Senſus: Nam adhuc erat paululum obſonii, id eſt nihil paratum atque emtum ad nuptias celebrandas; imo ipſe (nam *ipſius* idem eſt ac *ipſe* comicorum more, qui etiam dicunt *ips* pro *is*, *quips* pro quis) triſtis erat, vt adeo nuptiae non poſſent fieri de improviſo; ad ſummam: totum nuptiarum negotium non cohaerebat. 41 in quem finem narras tu haec? 42 conferam. 43 ſcil. loco, pro: ad illum locum, id eſt ad eius domum. 44 eſt; neminem prorſus video. 45 propter id 46 *ich bleibe hauſſen ſtehen*. 47 *ornati* derivari poteſt ab adiectiuo; quamquam ſubſtantiuum eſſe videatur obſequentem vocem *tumulti* quae eſt ſubſtantiua. Non rara autem eſt haec flexio nominibus quartae declinationis, vt genitiuus per [i] efferatur, quod ex Salluſtio, Tacito & comicis patet. 48 nullus tumultus. 49 intelligo omnia. 50 Haec magnum ſignum ſuſpicionis praebuerunt. haec res indicat, quod nihil agatur de nuptiis.

51 tu

P. Non opinor, Daue. *D.* Opinor, narras 51? non recte accipis 52.
Certa res eſt. etiam puerum 53 inde abiens conueni 54 Chremi,
Olera, & piſciculos minutos 55 ferre obolo 56 in coenam ſeni 57.
C. Liberatus ſum, Daue, hodie tua opera 58. *D.* At nullus quidem 59.
C. Quid ita 60? nempe huic prorſus illam non dat 61. *D.* Ridiculum caput.
Quaſi neceſſe ſit, ſi huic non dat, te illam vxorem ducere.
Niſi vides, niſi ſenis amicos oras, ambis 62. *C.* Bene mones.
Ibo; etſi hercle ſaepe iam me ſpes haec fruſtrata 63 eſt. vale.

51 tu ne dicis, opinor? 52 intelligis hanc rem. 53 ſerum. 54 obuiam habui. 55 pretio emtos afferre 56 pro obolo emtos. De valore huius monetae quae parua eſt, vid. Gronouium de pecunia veteri 57 quibus ſenex Chremes veſceretur in coenam. 58 per tuam operam. 59 nondum plane es liberatus. 60 cur vero? 61 Chremes filiam ſuam non dat Pamphilo. 62 niſi eos oras, & niſi eos valde petis. 63 decepit, fefellit.

ACTVS II. SCENA III.

PAMPHILVS, DAVVS.

P. QVid igitur 1 ſibi volt pater? cur ſimulat? *D.* Ego dicam tibi.

1 Eleganter addit *ſibi* ornatus cauſſa. Inf. Phorm. V. 18 *Qui mihi vbi ad vxores ventum eſt tum fiunt ſenes.* Phaedrus Lib. I. fab. 22. *qui tibi moleſtis muribus purgo domum.*

2 ſi

Si id ſuccenſeat 2 nunc, quia non dat tibi vxorem Chremes,
3 Ipſius ſibi eſſe iniurius videatur: neque id iniuria:
Priusquam tuum, vt ſeſe habeat 4, animum ad nuptias perſpexerit.
Sed ſi tu negaris ducere 5, ibi 6 culpam in te transferet:
Tum 7 illae turbae fient. *P.* Quid vis 8 patiar. *D.* Pater eſt, Pamphile.
9 Difficile eſt. tum 10 haec ſola eſt mulier, dictum ac factum, inuenerit
Aliquam cauſam 11, quamobrem eiiciat oppido. *P.* Eiiciat 12? *D.* Cito 13.
P. Cedo 14 igitur, quid faciam Daue? *D.* Dic te ducturum 15. *P.* Hem! *D.* Quid eſt?
P. Ego dicam 16? *D.* Cur non? *P.* Nunquam faciam. *D.* Ne nega 17.

P. Sua-

2 ſi propterea tibi iratus eſt. 3 ordo conſtructionis: Ipſius (ipſe) ſibi videatur iniurius tibi eſſe. 4 qualis eſſet animus tuus ad nuptias. 5 ſed ſi tu dicis, te non velle eam ducere. 6 tunc, 7 tunc. 8 maxima potius mala vellem pati, quam hoc facere. 9 ſcil. patri reſiſtere. 10 Cicero pro Cluentio: *Facile intelligo, non modo retinere homines parentum iniurias ſed etiam animo aequo ferre oportere.* 11 facile inueniet pater tuus aliquem praetextum. Inprimis quum dictum, factum eſt. 12 pater meus eiiciat illam ex oppido? 13 hoc faciet. 14 dic mihi. 15 ducere velle vxorem. 16 me velle ducere vxorem. 17 noli negare.

18 fieri

P. Suadere noli. *D.* Ex ea re quid fiat 18, vide 19.
P. Vt ab illa excludar, huc concludar 20. *D.* Non ita eſt.
Nempe hoc ſic eſſe opinor dicturum patrem 21:
Ducas volo hodie vxorem. tu, ducam, inquies;
Cedo 22, quid iurgabit tecum 23? heic reddes omnia,
Quae nunc ſunt certa ei conſilia, incerta vt ſicut,
Sine omni periculo. nam hocce haud dubium eſt, quin Chremes
Tibi non det gnatam: nec tu ea cauſſa minueris 24
Haec quae facies, ne is ſuam mutet ſententiam.
Patri 25 dic velle; vt, cum velit tibi iure iraſci, non queat.
Nam quod tu ſperes 26, propulſabo 27 facile: vxorem his moribus 28
Dabit nemo. inopem inueniet potius 29, quam te corrumpi 30 ſinat:
Sed ſi te aequo animo ferre 31 accipiet, negligentem feceris 32.
Aliam otioſus 33 quaeret. interea aliquid acciderit boni. *P.* Itan'

18 fieri aut euenire poſſit. 19 cogita quaeſo. 20 id fiet. vt excludar a Glycerio, & concludar per matrimonium cum altera. 21 puto, patrem tuum ita fortaſſis dicturum. 22 dic mihi. 23 cur iraſcatur tibi? 24 nec tu vllum ideo damnum inferes his rebus quas facias. 25 te velle ducere vxorem, 26 metuis. 27 euertam. 28 quando tu habes iſtos mores. 29 potius pater tuus tibi dabit vxorem inopem, 30 per amorem meretricum, 31 ſi intelliget patet, te libenter velle ducere vxorem, 32 efficies, vt eam rem ille negligat. 33 per otium, quando erit otioſus.

34 ad

P. Itan' credis? *D.* Haud dubium id quidem eſt.
P. Vide, quo inducas 34. *D.* Quin 35 taces?
P. Dicam. puerum autem ne reſciſcat 36 mihi eſſe
ex illa, cautio 37 eſt:
Nam pollicitus ſum ſuſcepturum 38. *D.* O facinus
audax! *P.* Hanc fidem
Sibi, me obſecrauit, qui ſe ſciret non deſerturum,
vt darem 39.
D. Curabitur. 40 ſed pater adeſt. caue, te eſſe triſtem ſentiat.

34 ad quam rem me perſuadeas. 35 cur non potius. 36 ne vero intelligat pater, quod puer, mihi natus ſit ex illa. 37 præſertim cauendum eſt. 38 me velle educare hunc puerum. 39 ipſe me obſecrauit, vt ſibi darem hanc fidem & hoc promitterem, vt ſcire poſſet, me ipſam non deſerturum. 40 ego hoc probe curabo.

ACTVS II. SCENA IV.

SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

S. REuiſo 1, quid agant, aut quid captent conſilî.
D. Hic 2 nunc non dubitat, quin te ducturum neges 3.
Venit meditatus alicunde ex ſolo loco 4:
Orationem ſperat inueniſſe ſe,
Qui 5 differat te: protin' 6 tu face, apud te vt 7 ſies.

E *P.* Mo-

1 Videbo. 2 Simo. 3 quin dicturus ſis, te non velle illam ducere. 4 ex loco aliquo ſolitario. 5 qui te per illam poſſit conſtringere. 6 *face* pro *fac* per Archaiſmum. vid. Nepot. Pauſan. cap. II. add. Cellarii notas. 7 ne videatis timidus, effice vt animum habeas.

nihil

P. Modo vt possim, Daue. *D.* Crede hoc mihi inquam, Pamphile,
Nunquam hodie tecum commutaturum patrem
Vnum esse verbum 8, si te dices ducere 9.

8 nihil tibi respondebit pater. 9 velle vxorem.

ACTVS II. SCENA V.

BYRRHIA, SIMO, DAVVS, PAMPHILVS.

B. HErus me, relictis rebus 1, iussit Pamphilum
Hodie obseruare, vt quid ageret de nuptiis
Scirem. id propterea 2 nunc hunc venientem sequor.
Ipsum adeo praesto 3 video cum Dauo. hoc agam.
S. Vtrumque adesse video. *D.* Hem, serua 4. *S.* Pamphile.
D. Quasi de improuiso respice ad eum. *P.* Ehem pater.
D. Probe 5. *S.* Hodie vxorem ducas, vt dixi, volo,
B. Nunc nostrae parti 6 timeo, quid hic 7 respondeat 8.
P. Neque istic neque alibi tibi vsquam erit in me mora 9 *B.* Hem!
D. Obmutuit 10. *B.* Quid dixit? *S.* Facis, vt te decet,
Cum isthuc, quod postulo, impetro cum gratia 11.
D. Sum

1 Iussit me omnia alia relinquere. 2 propter id. 3 praesentem adesse. 4 obserua eum. 5 recte ita facis. 6 nunc timeo nostris rebus atque consiliis. 8 & quid Pamphilus responsurus sit. 9 ergo non ero in mora. 10 pater ne verbulum quidem dicit. 11 libenter, sine coactione.

12 vxo-

D. Sum verus 12? *B.* Herus, quantum audio vxore excidit 13.
S. Iam nunc intro, ne in mora, cum opus sit, sies 14.
P. Eo. *B.* Nullane in re esse homini cuiquam fidem 15?
Verum illud verbum 16 est, vulgo quod dici solet:
Omnes sibi malle melius esse, quam alteri 17.
Ego illam vidi virginem: forma bona 18
Memini videre, quo aequior sum Pamphilo 19,
Si se illam in somnis, quam illum, amplecti maluit 20
Renunciabo 21, vt pro hoc malo mihi det malum 22.

12 annon dixi veritatem? 13 vxorem non accipiet herus meus Charinus. 14 ne vlla in te mora sit. 15 miror, quod nemo hominum fidem habeat & sincere agat. 16 prouerbium. 17 omnes homines sua potius commoda respiciunt, quam aliorum vtilitatem. 18 memini videre eam, quod esset forma bona. 19 quare eo minus irascor Pamphilo, si maluit ipse eam amplecti noctu, quam vt Charinus eam amplectatur. 21 dicam hoc Charino. 22 vt pro hoc nuntio malo mihi reddat malam mercedem.

ACTVS II. SCENA VI.

DAVVS, SIMO.

D. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam Portare 1, & ea me hic restitisse gratia 2.
S. Quid Dauus narrat? *D.* Aeque quid quam nunc quidem 3.

1 Afferre, struere. 2 & credit, quod ego hoc loco manserim ob eam rem. 3 iam quidem ego nihil narro.

S. Nihilne 4? hem *D.* Nihil prorſus *S.* Atqui exſpectabam quidem 5.

D. Praeter ſpem euenit 6: ſentio: hoc male habet virum 7

S. Potin' es mihi verum dicere 8? *D.* Nihil facilius 9.

S. Num illi 10 moleſtae quidpiam hae ſunt nuptiae,

Huiuſce propter conſuetudinem hoſpitae 11?

D. Nihil hercle 12: aut ſi adeo, bidui eſt aut tridui

Haec ſollicitudo 14: noſtin'? deinde deſinet 15.

Etenim eam ſecum rem recta reputauit 16 via.

S. Laudo *D.* Dum licitum eſt illi, dumque aetas 17 tulit,

Amauit: tum id clam 18; cauit, ne vnquam infamiae

Ea res ſibi eſſet 19, vt virum fortem decet.

Nunc vxore opus eſt: animum ad vxorem appulit. 20

S. Subtriſtis 21 viſus eſt eſſe aliquantulum mihi.

D. Ni-

4 tu narras? 5 vt aliquid narrares. 6 praeter ſpem audiuit reſponſum Pamphili. 7 hoc Simo aegre fert. 8 potesne tu mihi dicere veritatem? 9 poſſum dicere, quam veritatem. 10 filio meo. 11 quoniam filius meus amat hanc peregrinam. 12 Pamphilo eſt moleſtum. 14 aut ſi imo moleſtum hoc eſt Pamphilo, tamen haec ſollicitudo non durabit vltra duos aut tres dies. 15 illa cura. 16 recte expendit. 17 dum iuuenilis aetas eum impulit ad amorem. 18 fecit. 19 ne ex hoc amore acciperet aliquam infamiam nominis. 20 cupit vxorem ducere. 21 paulo triſtior.

22 equi-

D. Nihil propter hanc 22 rem: sed 23 est, quod
succenset tibi.
S. Quidnam est? *D.* Puerile est. *S.* Quid est? *D.*
nihil. *S.* Quin 24 dic, quid est?
D. Ait, nimium parce facere sumtum 25. *T.* Me-
ne 26? *D.* Te 27.
Vix, inquit, drachmis obsonatus est decem 28:
Num filio videtur vxorem dare?
Quem, inquit 29, vocabo ad coenam meorum
aequalium 30
Potissimum nunc? &, quod dicendum heic siet,
Tu quoque perparce nimium 31. non laudo 32.
S. Tace,
D. Commoui 33. *S.* Ego, istae recte vt fiant, vi-
dero 34.
Quidnam hoc rei est? quidnam hic volt vetera-
tor 35 sibi?
Nam si heic mali est quidquam, hem illic est huic
rei caput 36.

22 equidem tristis est, sed tamen non propter hanc
rem. 23 sed habet caussam. 24 imo dic mihi illud. 25 te
parum sibi dare. 26 egone ipsi dem parum? 27 tu imo.
28 vix drachmas decem impendit pater meus in coe-
nam. 29 Pamphilus. 30 amicorum. 31 & quod inter
nos dictum volo. 32 sane nimium parce facis sumtus.
32 tuam parsimoniam. 33 ipsum ad iram. 34 prospiciam,
curabo. 35 nebulo senex. 36 si in hac re aliquod ma-
lum est, certe hic Dauus est eius auctor & suasor.

ACTVS III. SCENA I.

MYSIS, SIMO, DAVVS, LESBIA, GLYCERIVM.

M. ITa pol quidem res eſt, vt dixti Lesbia: Fidelem haud ferme mulieri inuenias virum 1,

S. Ab Andria eſt ancilla haec. quid narras? *D.* Ita eſt.

M. Sed hic Pamphilus S. Quid dicit? M. firmavit fidem 2. *S.* Hem.

D. Vtinam aut hic ſurdus, aut haec muta facta ſit. *M.* Nam quod peperiſſet, iuſſit tolli 3. *S.* O Iupiter, Quid ego audio? actum eſt, ſiquidem haec 4 vera 5 praedicat 6,

L. Bonum ingenium narras adoleſcentis 7. *M.* optimum. 8

Sed ſequere me intro, ne in mora illi 9 ſis *L.* Sequor.

D. Quod remedium nunc huic malo 10 inueniam? *S.* Quid hoc?

Adeon' eſt demens? ex peregrina 11? iam ſcio: ah! Vix tandem ſenſi ſtolidus. D. Quid hic ſenſiſſe 12 ait?

S. Haec

---

1 Raro inuenies virum, qui ſit fidelis mulieri. 2 ſervauit ille, quod promiſit. 3 educari. 4 ancilla. 5 veritatem. 6 dicit. 7 omnino narras, hunc adoleſcentem habere bonum & ſincerum ingenium. 8 optimum certe eſt eius ingenium. 9 ne nimium tarde aduenias, quam forte velit Glycerium. 10 pro hoc, malo. 11 ſuſceperit filius meus puerum? 12 quid ait Simo, ſe ſenſiſſe?

S. Haec primum affertur iam mihi ab hoc fallacia 13.
Hanc simulant parere 14, quo 15 Chremetem absterreant 16.
G. Iuno, Lucina 17 fer opem. serua me obsecro.
S. Hui, tam cito? ridiculum. postquam ante ostium
Me audiuit stare, approperat. non sat commode
Diuisa sunt temporibus tibi, Daue, haec 18. D. Mihin' 19?
S. Num immemor es discipuli 20? D. Ego, quid narres nescio.
S. Hiccine si me imparatum in veris nuptiis
Adortus esset, quos mihi ludos redderet 21?
Nunc huius periclo 22 sit. Ego in portu nauigo 23.

13 Dauus fallaciam hanc prima vice mihi struit. 14 fingunt illi, ac si Glycerium pareret. 15 vt. 16 a nuptiis. 17 Dea, quae parturientibus credebatur auxilium ferre. 18 fraudes tuas non satis commodo tempore declarasti. 19 egone declarauerim? &c. 20 num oblitus es Pamphili, quem tu antea instruxisti, ad fraudem? 21 si Dauus hic me inuenisset, ita vt serio vellem nuptias filio meo facere, & me non satis praeparassem ad eas fallacias, quam egregie me posset fallere? 22 iam vero ipse incidet in periculum. 23 ego vero securus sum.

ACTVS III. SCENA II.

LESBIA, ARCHILIS, SIMO, DAVVS.

L. ADhuc, Archilis, quae adsolent, quaeque oportet

Signa ad ſalutem eſſe, omnia huic eſſe video 1.
Nunc primum fac, iſthaec 2 vt lauet: poſt deinde,
Quod iuſſi, ei date bibere, & quantum imperaui,
Date 3: mox ego huc reuertor.
Per caſtor 4 ſcitus 5 puer natus eſt Pamphilo.
Deos quaeſo 6, vt ſit ſuperſtes 7: quandoquidem
ipſe 8 eſt ingenio bono,
Cumque huic veritus eſt optimae adoleſcenti facere iniuriam 9.
S. Vel hoc quis non credat, qui norit te, abs te eſſe ortum 10? *D.* Quidnam id eſt?
S. Non imperabat coram, quid opus facto eſſet puerperae 11,
Sed poſtquam egreſſa eſt, illis 12, quae ſunt intus, clamat de via 13.
O Daue, itan' contemnor abs te? aut itane tandem idoneus
Tibi videor eſſe, quem tam aperte fallere incipias 14 dolis 15?
Saltem accurate, vt metui videar certe, ſi reſciverim 16. *D.* Cer

1 Ex omnibus ſignis video, Glycerium eſſe extra periculum. 2 puerpera. 3 date bibere. 4 profecto, eſt formula iurandi. 5 bellus, lepidus, Plaut. Pſeud. 2,4. 58. Mil. 4,3,19. 6 oro. 7 vt diu viuat hic puer. 8 pater pueri Pamphilus. 9 bonum eius ingenium etiam ex eo patet, dum optumae huic mulieri noluit facere iniuriam. 10 quod abs te proueniat hoc conſilium. 11 debuiſſet obſtetrix in domo imperare, quid facto opus eſſet puerperae, & tamen illa hoc non fecit. 12 mulieribus. 13 *auf öffentlicher Straſſen.* 14 audeas. 15 per dolos tuos & fraudem. 16 ſaltem debuiſſes tuas fallacias circumſpecte ſtruere; ex metu, ſi eas reſciſcerem. 17 Cor-

D. 17 Certe hercle nunc hic se ipsus fallit, haut ego. *S.* Edixin' 18 tibi? 15
Interminatus 19 sum, ne faceres? num 20 veritus? quid 21 retulit?
Credon' tibi hoc nunc 22, peperisse hanc e Pamphilo?
D. Teneo, quid erret 23: quid ego agam, habeo 24. *S.* Quid taces?
D. Quid credas? quasi non tibi renunciata sint haec sic fore 25.
S. Mihin' quisquam 26? *D.* Eho! an tute intellexti, hoc adsimilari 27? *S.* Irrideor. 20
D. Renunciatum 28 est: nam qui 29 isthaec tibi incidit suspicio?
S. Qui? quia te noram 30. *D.* Quasi tu dicas, factum id consilio meo 31.
S. Certe enim scio 32 *D.* Non satis me pernosti etiam, qualis sim. Simo. E 5 *S.* Ego

17 *Certe hercle* maioris vis caussa saepe numero coniunguntur. vid. notat. supra. 18 anne ego hoc dixi tibi? 19 an ne iussi per minas. *interminor* & *intermino* non infrequens est Terentio & Plauto, vid. Parei Lexic. Crit. p. 630. 20 num tu timuisti? 21 quid profuerunt meae comminationes? 22 an ego tibi hoc credam? 23 scio & intelligo, qualis sit suspicio. 24 scil. vt in animo tuo haec suspicio. hic error magis confirmetur. 25 quasi ego tibi non dixerim, haec ita fore? 26 an quisquam mihi hoc dixerit? 27 putas ne, me hanc rem simulare. *Ebo* autem est interiectio perturbati animi, quaerentis, admirantis &c. Comicis propria. 28 certe dixi tibi. 29 quomodo. 30 quoniam probe sciebam fallacias tuas. 31 *auf mein anstiften.* 32 quod haec omnia facta sint tuo consilio. 33 aprim

S. Egone 33 te? *D.* Sed, ſi quid narrare occoepi, continuo dari
Tibi verba cenſeo 34. *S.* Falſo 35. *D.* Itaque hercle nihil iam mutire 36 audeo.
S. Hoc ego ſcio vnum, neminem peperiſſe heic. *D.* Intellextin?
Sed nihilo ſecius 37 mox deferent 38 puerum huc ante oſtium.
Id ego iam nunc tibi renuncio 39, here 40, futurum, vt ſis ſciens 41:
Ne tu hoc mihi poſterius 42 dicas, Daui factum 43 conſilio, aut dolis.
Prorſus a me opinionem hanc tuam eſſe ego amotam 44 volo.
S. Vnde id ſcis? *D.* Audiui, & credo. multa concurrunt 45 ſimul,
Qui 46 coniecturam hanc nunc facio. iam primum haec ſe e Pamphilo
Grauidam dixit eſſe. inuentum eſt falſum 47 nunc, poſtquam videt
Nuptias domi apparari, miſſa eſt ancilla illico
Ob-

33 norim. 34 *ſo meineſtu es gienge gleich von dir.* Elegantia eſt voce *tibi*, pro: contra te. 35 per Ironiam hoc pronuntiari debet quaſi fallerer, ſi ita de te opinarer, & fallacias tuas ſuſpicarer. 36 ne verbulum quidem amplius dicam. 37 *dem ungeacht.* 38 adferent. 39 dico. 40 domine. 41 vt hoc ſcias. 42 deinceps. 43 factum hoc eſſe. 44 remotam, remoueri. 45 multa indicia ſimul conueniunt, adſunt. 46 ex quibus, vnde. 47 tu vero id credere noluiſti.

48 fruſtra

Obſtetricem accerſitum 48 ad eam, & puerum vt adferret ſimul.
Hoc niſi fit, puerum vt tu videas, nil mouentur 49 nuptiae.
S. Quid ais? cum intellexeras,
Id conſilii capere 50, cur non dixti 51 extemplo 52 Pamphilo?
D. Quis igitur eum ab illa abſtraxit, niſi ego? nam omnes nos quidem
Scimus, quam miſere 53 hanc amarit. nunc ſibi 54 vxorem expetit.
Poſtremo id mihi da negotii 55: tu tamen idem 56 has nuptias
Perge facere ita, vt facis: & id ſpero adiuturos 57 deos.
S. Imo abi intro. ibi me opperire 58, &, quod parato 59 opus eſt, para.
Non impulit me 60, haec nunc omnino vt crederem,
Atque haud ſcio, an, quae dixit, ſint vera omnia:
Sed parui pendo illud mihi multo maximum eſt,
Quod mihi pollicitus eſt ipſus gnatus 61. Nunc Chremem

48 quae accerſeret, venire iuberet. 49 fruſtra perturbantur, remouentur. 50 eos. 51 dixiſti. 52 ſtatim. 53 vehementer. 54 dari. 55 *du darffſt es mir nur auftragen oder in* Commiſſion *geben.* 56 ipſe. 57 deos auxilio ſuo praeſentes fore. 58 expecta. 59 parandum. 60 certe Dauus me nondum perſuadere potuit. 61 filius. 62 allo-

Conueniam 62: orabo gnato vxorem 63. id si impetro,
Qui alias 64 malim, quam hodie has fieri nuptias?
Nam gnatus quod pollicitus est, haud dubium est 65 mihi,
Si nolit, quin eum merito 66 possim cogere 67.
Atque adeo in tempore eccum 68 ipsum obuiam 69 Chremem.

62 alloquar. 63 vt velit dare filiam suam. 64 potius, magis. 65 certe constitui, dubium mihi nullum est. 66 iure. 67 ad nuptias. 68 ecce eum. 69 qui obuiam mihi venit.

ACTVS III. SCENA III.

SIMO, CHREMES.

S. IVbeo 1 Chremetem. *C.* oh te ipsum quaerebam. *S.* Et ego te 2. *C.* Optato 3 aduenis
Aliquot me adiere 4, ex te auditum 5 qui aiebant, hodie filiam
Meam nubere tuo gnato, id viso 6, tu ne 7, an illi insaniant.
S. Ausculta pauca: & quid ego te 8 velim, & tu quod 9 quaeris, scies.
C. Ausculto: loquere, quid velis.
S. Per deos oro, & nostram amicitiam Chreme,

Quae

1 Scilic. soluere, quod verbum supprimitur interuentu alterius personae. 2 scil. quaerebam. 3 tempore opportuno; ex desiderio meo & voto. 4 aliquot homines venerunt ad me. 5 qui dixerunt, se audiisse ex te. 6 videbo itaque. 7 an tu insanias. 8 scil. facere. 9 a me de filia tua.

10 ami-

Quae 10 incepta a paruis 11 cum aetate accreuit simul;
Perque 12 vnicam gnatam tuam, & gnatum meum,
Cuius tibi potestas summa seruandi datur 13;
Vt me adiuues in hac re, atque ita, vti nuptiae
Fuerant futurae 14, fiant. *C.* Ah! ne me obsecra:
Quasi hoc te orando a me impetrare oporteat 15.
Alium esse censes nunc 16 me, atque 17 olim, cum dabam 18?
Si in rem est vtrique 19, vt fiant 20, accersi iube 21.
Sed si ex ea re 22 plus mali est, quam commodi
Vtrique 23; id oro te, in commune 24 vt consulas,
Quasi illa tua 25 sit, Pamphilique ego sim pater.
S. Imo ita volo, itaque postulo vt fiat, Chereme:
Neq; postulem abste, nisi ipsa res moneat *C.* Quid est?
S. Irae sunt inter Glycerium & gnatum 26 *C.* Audio.

10 amicitia. 11 a pueritia. 12 rogo te etiam per. 13 ad quem seruandum tu habes commodissimum occasionem. 14 & ita me adiuues, vt nuptiae fiant, quemadmodum illae semel fuerunt constitutae. Nam ellipsis subest, vt subintelligitur *vt* siue apud *nuptiae*, siue *fiant*. 15 quasi necesse sit, vt ideo me roges. 16 putasne alienatum & mutatum esse nunc animum meum? 17 quam olim, fuit. 18 cum dabam meam filiam filio tuo. 19 si vtrique vtile est. *in rem esse* & *e re esse* est esse commodo & vtile. 20 nuptiae. 21 iube, vt filius aduéniat. 22 si vero ex his nuptiis maius malum putas prouenire, quam commodum. 23 nobis vtrique. 24 in communem vtilitatem vt des consilium ita, vt tam mei quam tui ratio habeatur, vel & tui filii & meae filiae. 25 non secus ac si mea filia tua sit filia. 26 filium meum.

S. Ita magnae 27, vt ſperem 28 poſſe auelli. C. Fabulae 29.
S. Profecto ſic eſt. C. Sic eſt hercle, vt dicam tibi:
Amantium irae, amoris integratio eſt 30.
S. Hem, id te oro, vt ante eamus 31, tum tempus datur 32.
Dumque eius lubido occluſa eſt contumeliis 33:
Prius quam harum 34 ſcelera & lacrumae confictae dolis 35
Reducunt animum aegrotum 36 ad miſericordiam.
Vxorem demus 37. ſpero conſuetudine, &
Coniugio liberali deuinctum, Chremes,
Dehinc facile ex illis emerſurum 38 malis.
C. Tibi ita hoc videtur at ego non poſſe 39 arbitror Ne-

27 & ira eorum vsque adeo magna eſt. 28 eos poſſe. 29 falſa ſunt haec quae narras. 30 etſi amantes ſibi inuicem iraſcuntur, facile tamen ſolent reconciliari. Expreſſit Comicus illud Menandri apud Stobaeum:

Ὀργὴ φιλόντων μικρὸν ἰσχύει χρόνον.
Puſillo amantum durat ira tempore.

Velim, vt legas:

Amantium ira amoris integratio eſt.

At ſi receptam lectionem ſequamur, ſenſus eſt: eſt integratio irae, quae eſt inter amantes, ad amorem priſtinum; id eſt, ira illa amorem priorem integrat de nouo quaſi, & reuocat illum. 31 vt hanc amoris integrationem praeuertamus. 32 dum occaſionem ad id habemus. 33 dumque eius amor imminutus eſt per has contumelias. 34 ſeminarium. 35 fraudulenter. 36 animum filii aegrotum ex amore. 37 filio. 38 ſpero, quod filius, ſi habet vxorem honeſtam, facile liberari poſſit ex amore meretricis. 39 eum emergere ex malis.

40 ſcil.

Neque illum hanc perpetuo habere, neque me perpeti 40,
S. Qui scis ergo isthuc 41, nisi periculum feceris 42?
C. At isthuc periculum in filia fieri, graue 43 est.
S. Nempe incommoditas denique huc omnis redit 44;
Si eueniat, quod dii prohibeant, discessio 45.
At si corrigitur, quot commoditates, vide 46.
Principio amico filium restitueris 47:
Tibi 48 generum firmum, & filiae inuenies virum.
C. Quid istuc 49? si ita istuc animum induxti esse vtile 50,
Nolo tibi vllum commodum in me claudier 51.
S. Me-

40 scil. aliud quid, quam, quod honestum maritum deceet. Sed hoc non exspectare possum ab illo, quia aliam amat. 41 vnde tu vero scis istud? 42 nisi ipse prius id probaueris. 43 molestum. 44 *kömmt darauf an. dahin aus.* 45 fiet inter ipsos diuortium matrimonii. Sic vxorem alienam a marito eius poterant abducere, quae res licet detestanda, Romanis legibus quoque probata fuit. Quam legem Plutarchus Comparatione Lycurgi atque Numae, quae vitae Numae subiecta est, recenset, qua ὁ Ρωμαῖος ἀνὴρ, ἱκανῶς ἔχων παιδοτροφίας, ὑφ' ἑτέρα δὲ παιδὰς δεομένας τέκνων, ἐξίσατο τῆς γυναικὸς ἐκδόσθαι καὶ μετεκδόσθαι κύριος ὑπάρχων. 46 ipse cogita. 47 restitues. 48 inuenies. 49 plura non loquamur. 50 si putas, hoc esse vtile. *induxti* est *induxisti.* 51 quicquid ego facere possum ad tuam vtilitatem, id libens faciam.

52 in

S. Merito te semper maximum 52 feci, Chreme.
C. Sed quid ais? S. Quid? Qui 53 scis eos nunc discordare 54 inter se?
S. Ipsus mihi Dauus, qui intimus est eorum consiliis 55, dixit:
Et is mihi suadet, nuptias, quantum queam, vt maturem 56.
Num censes faceret 57, filium nisi sciret eadem haec 58 velle?
Tute adeo iam eius 59 audies verba. heus! euocate huc Dauum.
Sed eccum, video ipsum foras exire.

52 in maximo honore habui ex merito tuo. 53 vide vero & quomodo. 54 discordes esse. 55 qui secretissima eorum consilia nouit. Vellei. I, 1. *Socia consiliorum omnium soror Electra.* 56 celeriter perficiam. 57 Davum hoc esse facturum. 58 nisi sciret, quod filius quoque haec eadem cuperet. 59 Daui.

ACTVS III. SCENA IV.

DAVVS. SIMO, CHREMES.

D. AD te ibam. S. Quidnam est?
D. Cur non accersitur 1? iam adueſperascit.
S. Audin' tu illum 2?
Ego dudum non nil veritus sum, Daue, abs te, ne faceres idem,
Quod vulgus seruorum solet, dolis 4 vt me deluderes:

5 Pro-

1 Cur non iubetur filia tua venire ad nuptias suas? 2 audisne, quid hic loquatur? est apostrophe ad Chremetem. 3 quod plurimi serui solent facere. 4 vt me falleres fraudibus tuis. 5 scil.

Propterea quod amat filius. *D.* Egone iſtud face-
rem? *S.* Credidi: 5
6 Idque adeo metuens vos celaui 7, quod nunc
dicam. *D.* Quid? *S.* Scies:
Nam propemodum habeo tibi iam fidem 8. *D.* 5
tandem agnoſti, qui ſiem 9.
C. Non fuerant nuptiae futurae 10. *D.* Quid? 11
non? *S.* Sed ea gratia 12.
Simulaui, vos vt pertentarem 13. *D.* Quid ais?
S. Sic res eſt. *D.* Vide!
14 Numquam quiui ego iſthuc intelligere, vah!
conſilium callidum.
S. Hoc audi: vt 15 hinc te iuſſi introire, opportu-
no hic 16 ſit mihi obuiam.
D. Hem 17 numnam periimus? *S.* Narra huic, 10
quae tu dudum narraſti mihi.
D. Quidnam audio? *S.* Gnatam vt det oro, vix-
que id exoro. *D.* Occidi.
S. Hem! quid dixti? *D.* Optume, inquam, factum.
S. Nunc per hunc nulla eſt mora 18.

C. Do-

5 ſcil. fore, vt hoc facias. 6 ne me deciperes. 7 ideo hoc aperire vobis nolui. 8 parum iam abeſt, quin tibi habeam fidem. 9 qualis vir ſim, *ſiem, ſies, ſiet*; *ſient* eſt flexio antiqua pro *ſim, ſis, ſit, ſint*. 11 quid ait? putasne non debere celebrari nuptias? 12 propter ea. 13 vt ſententiam & conſilia veſtra expiſcarer & intelligerem. 14 nunquam potui intelligere, te ideo ſimulare nuptias 15 poſtquam. 16 Chremes. 17 Eunuch. V. ſc. 5. *O Iupiter, quae iſthaec turba eſt? numnam ego perii.* Adelph. III. ſc. 4. *Hem, numnam illa quaeſo parturit?* 18 Chremes hic nullam moram faciet, quin nuptiae fiant.

19 iam

C. Domum modo 19 ibo: vt apparentur, dicam 20: atque huc renuntio 21.

S. Nunc te oro, Dane, quoniam ſolus mihi effeciſti has nuptias.

15 *D.* Ego vero ſolus 22. *S.* Corrigere mihi gnatum, porro enitere 23.

D. Faciam hercle ſedulo. *S.* Potes nunc 24, dum animus 25 irritatus eſt.

D. Quieſcas 26, *S.* Age igitur: vbi nunc eſt ipſus 27? *D.* Mirum, ni domi eſt. 28

S. Ibo ad eum atque eadem haec, quae tibi dixi, dicam itidem 29 illi. *D.* Nullus ſum. 30

Quid

19 iam. 20 dicam, vt omnia apparentur ad nuptias. *apparare* eſt parare, inſtruere aliquid, ſic Plautus dicit Men. I, 2, 61. I, 3, 3. *prandium apparare.* 21 & hoc vobis renuntiabo, quando omnia erunt parata. Vtitur praeſenti pro futuro ad certitudinem rei, vt ſaepe numero Prophetae ſacri praeteritum pro futuro vſurpant per enallagen temporum. 22 ſcil. perfeci. Ironice. Quaſi, *als wenn ich dieſes allein hätte gethan.* 23 labora. 24 eum corrigere. 25 filii mei. 26 noli eſſe ſollicitus; ego enim omnia probe curabo. 27 ipſe Pamphilus. 28 ſane mirarer, niſi Pamphilus domi tuae eſſet. 29 eadem ratione, eodem modo. Cicero N. D. III, 24. *Quid vos illa delectat explicatio fabularum & enodatio nominum eiectum a filio coelum: vinctum itidem a filio Saturno.* Id. de Leg. I, 10. *Ea, quia mouent ſenſus, itidem mouent ſenſus omnium.* 30 i. e. de me actum eſt, *es iſt nun alles mit mir aus:* eſtque formula Comicis vſitata deſperantis. Plautus Aſinar. V, 2, 72. ART. *age ſurge amator; i domum* DE *nullus ſum* Merc. I, 2, 52. *Perii, tu quidem theſaurum huc mihi apportauiſti mali. Nullus ſum,* & v. 104.

Vae

Vae mihi misero, nullus sum. Interdum coniunguntur *nullus sum* & *occidi*, vt Mercat. II, 3, v. 130. *Nullus sum, occidi:* add. V, 4, 17. Mostell. II, 1, 41. & de *nullus est* pro *mortuus est*. Bacch. II, 2, 16. Noster. V, 7, 22. Eunuch. *Nullus sum* 31. *pistrinum*, inquit Pareus pag. 935. Lexic. Critic. *proprie locus est, vbi farinam in pila, hoc est vase concauo pinserent & contunderent. Inde locus plenus defatigationis & negotii operosi viresque conficientis* pistrinum *dicebatur.* Nam ante vsum molarum receptum veteres frumenta torrefacta per saxa destruere solebant, quorsum illa Serui ad Virgil. Aeneid. I, 184.

frugesque receptas
Et torrere flammis & frangere saxo.

pertinent quum ait:

Quia apud maiores nostros molarum non erat vsus, frumenta torrebant, & ea in pilas missa pinsebant & hoc erat genus molendi, vnde & pinsores dicti sunt, qui nunc pistores vocantur. Postea molae inuentae fuerunt a *Mylante* quodam teste Stephano de Vrbib. voce Μυλαντία. & quidam *trusatiles* & *manuales*, de quarum vsu differit Plinius Lib. VIII. H. N. c. 5. quibus *asinariae* successerunt. conf. Apul. Metamorph. Lib. IX. Serui autem & ancillae, item captiui ad hunc locum pilarum & molarum ducebantur, vt ibi poenam tolerarent, quod ex sacris pandectis iam patet, Exod. XI, 5. 6. XII, 29. Iud. XVI, 21. quo vltimo loco male quidam vocem טחן de re venerea exponunt. add. Luc. XVII, 35. Ex scriptoribus profanis nota sunt plurima loca ex ipso Terentio & Plauto, *qui in pistrinum detrudere, dare* de poena seruorum vsurpant. Sic Terent. supra I, 2, 25. ait:

Verberibus caesum in pistrinum, Daue, dedam vsque ad necem.

Quod genus carceris hodieque apud Turcas viget, confer Dieteric. Antiq. Biblic. p. 336.

Quid cauſſae eſt, quin hinc in piſtrinum recta proficiſcar via? 31
Nihil eſt preci 32 loci relictum iam perturbaui omnia.
Herum fefelli: in nuptias conieci herilem 33 filium.
Feci hodie, vt fierent 34, inſperante hoc 35, atque inuito Pamphilo,
Hem aſtutias! quod ſi quieſſem nihil eueniſſet mali.
Sed eccum! ipſum video; 36 occidi!
Venam mihi eſſet aliquid heic, quo nunc me praecipitem darem.

32 ſingularis numerus huius vocis non infrequens occurrit, vid. Phorm. III, 3. 14. Auctor. ad Herenn. III, 3. Tacit. 12. Ann. c. 19. 33 heri mei. 34 nuptiae. 35 dum Simo hoc non ſperauit. Cicero pro Marcello c. 7. *ſalutem inſperantibus reddidiſti*, & paſſiue apud Plautum I, 3, v. 40. 36 idem eſt, quod ſupra dixerat: *nullus ſum.*

ACTVS III. SCENA V.

PAMPHILVS, DAVVS.

P. VBi illic 1 ſcelus eſt, qui me perdidit? *D.* Perii. *P.* Atque hoc confiteor,
Iure obtigiſſe 2: quandoquidem tam iners 3, tam nulli 4 conſilii Sum

1 Ille nebulo abſtractum ponitur pro concreto, quod patet ex genere maſculino pronominis additi *qui*. 2 accidiſſe mihi. 3 ego tam negligens rerum mearum. 4 *nulli* pro *nullius* per Archaiſmum, de quo vide Buchnerum de commutata ratione diſcendi p. 504.

5 an

Sum. Sermone fortunas meas me commisisse futili 5?
Ergo pretium ob stultitiam fero 6: sed inultum id nunquam a me auferet 7.
D. Posthac incolumem sat scio fore me 8, nunc si euito hoc malum.
P. Nam quid ego nunc dicam patri? negabone velle 9 me, modo 10
Qui sum pollicitus ducere? qua fiducia 11 id facere audeam?
Nec, quid me 12 nunc faciam, scio. *D.* Nec de me equidem 13, atque id ago sedulo 14.
Dicam aliquid iam inuenturum 15, vt huic malo aliquam producam moram 16, *P.* Oh!
D. Visus sum. *P.* Ehodum! bone vir, quod ais? viden' 17 me consiliis tuis

Mi-

5 an decuit, seruo pessimo committere meam fortunam? 6 ego dignam accipio mercedem ob stultitiam meam. 7 *er soll mir den Possen nicht umsonst gethan haben.* 8 cognosco quidem satis, me in posterum incolumem & salvum fore, si modo nunc malum hoc euitassem. 9 an dicam, me non velle ducere vxorem? 10 ante breue tempus 11 qua ratione, quo fundamento, qua ex caussa. Consequens ponitur scil. *fiduciae* vox pro antecedente. 12 de me nec scio, quid facere nunc debeam in mea caussa. Est ellipsis, quae fit ob vehementer animi affectum. 13 scio, quid facere debeam. 14 id meditor magna cum cura. 15 me iam aliquid inuenire & excogitare velle. 16 vt protraham hoc malum. 17 vides ne?

18 *ver-*

Miſerum impeditum 18 eſſe? *D.* At iam expediam 19. *P.* Expedies 20? *D.* Certe, Pamphile.
P. Nempe vt modo 21. *D.* Imo melius ſpero. *P.* Oh, tibi ego vt credam furcifer 22?
Tu rem impeditam & perditam reſtituas? hem, quo fretus ſum,
Qui me hodie ex tranquilliſſima re 23 conieciſti in nuptias.
An non dixi hoc eſſe futurum? *D.* dixti. *P.* quid meritus 24? *D.* Crucem 25.
Sed paululum ſine ad me vt redeam: iam aliquid diſpiciam 26. *P.* Hei mihi!
Cum non habeo ſpatium 27, vt de te ſumam ſupplicium 28, vti volo:
Namque hocce tempus, praecauere mihi 29 me, haud te vlciſci, ſinit 30.

ACTVS

18 *verwickelt*, conſtrictum. *Impeditus* proprie eſt, qui pedes habet illigatos, vt progredi nequeat. Hoc loco refertur ad negotium & contrarium eſt *expedire*. 19 liberabo te. 20 tunc me liberabis? 21 nempe eo modo me liberabis, vti iam feciſti. 22 Furcifer *ſeruus eſt*, vt Donatus inquit, *qui ob delictum aliquod cogebatur a domino ignominiae magis, quam ſupplicii cauſſa circa vicinos furcam in collo geſtare, ſubligatis ad eam manibus, & praedicare peccatum ſuum; ſimulque monere ceteros, ne quid ſimile admitterent.* 23 ſtatu rerum mearum. 24 es. 25 patibulum merui. 26 conſilium aliquod excogitabo. 27 tempus. 28 vt te puniam. 29 nam hoc tempus ſufficit quidem, vt mihi praecaueam. 30 ſufficit, permittit.

ACTVS IV. SCENA I.

CHARINVS, PAMPHILVS. DAVVS,

C. HOccine credibile eſt, aut memorabile 1,
Tanta vecordia innata cui quam vt 2 ſiet,
Vt malis gaudeat alienis 3, atque ex incommodis 4
Alterius ſua vt comparet commoda? ah,
Idne eſt verum? Imo id genus eſt hominum peſ- 5
ſumum,
In denegando modo queis pudor eſt paululum 5?
Poſt vbi iam tempus eſt, Promiſſa perfici 6,
Tum coacti neceſſario ſe aperiunt 7, & timent 8
Et tamen res cogit eos denegare. ibi
Tum impudentiſſima eorum oratio eſt: 10
Quis tu es? quis mihi 9 es? cur meam 10 tibi? heus.
Proxumus ſum egomet mihi, attamen vbi fides 11?
Si

1 Aut vnquam contigit. 2 vt tanta malitia innata ſit cuiquam homini. 3 vt gaudeat de malis & calamitatibus aliorum. Heſiodus Op. & D. v. 195.

Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν
Δυσκέλαδος, κακόχαρτος, ὁμαρτήσας ἐυγε-
ρώπης.
Linor autem homines miſeros omnes
Malos rumores ſpargens, malis gaudens, comitabitur
inuiſo vultu.

4 damno, miſeria. 5 Paulo ante, quum peterent aliquid ab illis, promittebant, puduit enim denegare illis petitionem. 6 vbi tempus appropinquat, ad perficiendum id, quod promiſerunt. 7 tunc declarunt mentem ſuam, eiusque malitiam coacti ex neceſſitate. 8 & timent, ne iſta, quae promiſerunt & iam negant, vi auferantur. 9 quid tu ad me attines? 10 cur tibi dare debeam meam rem. 11 vbi manet fides ſemel data?

12 non

Si roges, nihil pudet 12. heic, vbi opus eſt,
Non verentur 13: illic, vbi nihil opus eſt, ibi verentur.
Sed quid agam? adeamne ad eum, & cum eo iniuriam hanc expoſtulem 14?
Mala ingeram multa 15. atque aliquis dicat, nihil promoueris 16.
Multum 17. moleſtus certe ei fuero, atque animo morem 18 geſſero.
P. Charine, & me & te imprudens, niſi quid dii 19 reſpiciunt, perdidi.
C. Itane imprudens 20? tandem inuenta eſt cauſſa 21: ſoluiſti fidem 22.
P. Qui tandem 23? *C.* Etiam nunc me ducere iſtis dictis poſtulas 24?
P. Quid iſthuc eſt? *C.* Poſtquam me amare dixi, complacita 25 eſt tibi.
Heu me miſerum, quum tuum animum ex animo ſpectaui 26 meo.

P. Fal-

12 non pudet ipſos. 13 non pudet ipſos. 14 & cum eo incipiam rixas, ob factam mihi iniuriam. 15 multa mala verba ipſi dicam. 16 nihil proficies; *du wirſt doch damit nichts ausrichten.* 17 certo ego multum proficiam. 18 obſequar tamen voluntati meae, *zum wenigſten kan ich doch mein Müthgen an ihm kühlen.* 19 niſi dii nobis auxilium ferant. Reſpicere dicuntur Dii illis, quibus fauent. 20 Ergo ita imprudens fuiſti? 21 tandem inueniſti aliquem praetextum. Ironice. 22 ſeruaſti vtique fidem tuam. Ironice. 23 quid ſignificat hoc tuum *tandem?* 24 etiam nunc me cupis fallere per haec verba tua? 25 illa tibi placuit. 26 iudicaui.

27 erras

P. Falſus 27 es. *C.* Non tibi ſatis eſſe hoc viſum
ſolidum eſt gaudium 28,
Niſi me lactaſſes 29 amantem, & falſa ſpe produceres 30?
Habeas 31. *P.* Habeam 32? ah! neſcis, quantis in 25
malis verſer miſer
Quantasque hic 33 ſuis conſiliis mihi confecit 34
ſolicitudines.
Meus carnifex 35. *C.* Quid iſthuc tam 36 mirum,
ſi de te exemplum capit?
P. Haud iſthuc dicas, ſi cognoris vel me, vel amorem meum.
C. Scio, cum patre altercaſti 37 dudum, & is nunc propterea tibi
Succenſet 38, nec te quiuit hodie cogere, illam vt 30
duceres.
P. Imo etiam, quò tu minus 39 ſcis aerumnas meas,
Hae nuptiae non apparabantur 40 mihi,
Nec poſtulabat nunc quiſquam vxorem dare 41.

27 erras longe. 28 an gaudium tuum tibi non ſatis firmum viſum eſt? 29 alliceres fraudulenter. 30 *bey der Naſe herum führeteſt.* 31 vxorem tuum. 32 egone habeam illam? 33 Dauus. 34 fecit curas. 35 hic Dauus, qui me miſerum excruciat ſuis conſiliis. 36 ego iſtud non miror, ſi Dauus te excruciat, cum ipſe exemplum eius rei de te capiat, qui me hactenus excruciaſti. 37 rixas habuiſti. 38 iratus eſt. 39 quoniam tu non ſatis accurate. 40 parabantur, fingebantur tantum hae nuptiae. 41 mihi.

C. Scio: tu coactus tua voluntate 42 es *P.* Mane,
Nondum etiam scis. *C.* Scio equidem illam ducturum esse te 43.
P. Cur me enecas 44? hoc audi: nunquam destitit
Instare 45, vt dicerem esse ducturum patri 46:
Suadere, orare, vsque adeo donec perpulit 47.
C. Quis homo isthuc 48? *P.* Dauus. *C.* Dauus?
P. Dauus omnia 49.
C. Quamobrem? *P.* Nescio: nisi mihi deos satis
Scio fuisse iratos, qui auscultauerim 50.
C. Factum hoc est, Dane? *D.* Factum est. *C.* Hem,
quid ais scelus 51?
At tibi dii dignum factis exitium duint 52.
Eho, dic mihi, si omnes hunc coniectum 53 in nuptias
Inimici vellent, quod, ni hoc, consilium darent 54?
D. Deceptus sum, at non defatigatus 55. *C.* Scio.
D. Hac 56 non succesſit, alia aggrediemur via:
Nisi id putas 57, quia primo processit parum 58,
Non

42 voluntas scilicet tua te coëgit. 43 scio hoc quidem, te velle illam ducere vxorem. 44 excrucias, 45 me orare, monere Dauus. 46 vt dicerem patri, me velle illam ducere. 47 persuasit, vt ita dicerem patri. 48 iste est. 49 haec mala fecit. 50 quod obsequutus sum eius consiliis. 51 scelestе homo, nebulo. 52 opto, vt dii tibi dare velint exitium & perniciem, quam scelera tua meruerunt. 53 coniici. 54 num aliud dare possent consilium, nisi hoc? 55 in excogitandis consiliis. 56 hac via non succesſit nostrum consilium. 57 nisi forte tu es in ea opinione. 58 non satis feliciter nostrum consilium. 59 non

Non posse iam ad salutem conuerti hoc malum 59.
P. Imo etiam 60: nam satis credo, si aduigilaueris 61,
Ex unis 62 geminas mihi conficies nuptias.
D. Ego, Pamphile, hoc tibi pro seruitio debeo 63.
Conari manibus, pedibus, noctesque & dies,
Capitis Periculum adire 64, dum prosim 65 tibi.
Tuum est, si quid praeter spem euenit 66, mihi ignoscere.
Parum succedit quod ago; at facio sedulo 67.
Vel melius tu aliud reperi 68, me missum face 69.
P. Cupio 70: restitue in quem me accepisti locum 71.
D. Faciam. *P.* Ac iam hoc opus est. *D.* Hem, mane, crepuit a Glycerio ostium 72.
P. Nihil ad te 73. *D.* Quaero 74. *P.* Hem, nunccine demum 75? *D.* At iam hoc tibi inuentum dabo 76.

59 non posse iam hoc malum conuerti ad vtilitatem nostram. 60 potest conuerti. 61 si operam diligentem dabis. 62 nuptiis. 63 quoniam ego sum seruus tuus, ad hoc officium tibi obstrictus sum. 64 quin imo etiam me coniicere in periculum capitis. 65 vt modo vtilis tibi fiam. 66 si quid forte accidit praeter spem aut opinionem meam. 67 omnem impendo operam. 68 quod si tu vero aliquid melius potes reperire aut excogitare. 69 *so lass mich zu frieden* hic imperatiuus non inusitatus est. 70 vt tu aliquid excogites. 71 & restitue me in eum statum, in quo me accepisti. 72 aliquis pulsat ostium in domo Glycerii. 73 hoc nihil ad te attinet. 74 excogito aliquid. 75 num inuenisti aut excogitasti am aliquid? 76 mox inveniam.

1 Cu-

ACTVS IV. SCENA II.

MYSIS, PAMPHILVS, CHARINVS, DAVVS.

M. IAm vbi vbi erit, inuentum tibi curabo 1, & mecum adductum 2
Tuum Pamphilum: tu modo, anime mi, noli te macerare 3.
P. Mysis *M.* Quid est? hem Pamphile, optume 4 mihi te offers 5. *P.* Quid est?
M. Orare se iussit, si se ames, hera, iam ad se venias 6,
Videre ait te cupere 7. *P.* Vah, perii, hoc malum integrascit 8.
Siccine me atque illam opera tua nunc miseros solicitarier 9?
Nam idcirco accersor 10, nuptias quod mihi apparari sensit 11.
C. Quibus quidem quam facile poterat quiesci 12, si hic 13 quiesset.
D. Age, si hic non insanit satis sua sponte, instiga 14. *M.* Atque aedepol,

Ea

1 Curabo, vt inueniatur Pamphilus. 2 & curabo, vt mecum adducatur. 3 noli esse sollicitus. 4 opportuno tempore. 5 obuiam venis. 6 hera mea iussit, vt te orarem, velis ad se venire, si ipsam ames. 7 illa ait, se cupere videre te. 8 augetur. 9 an decet vt nos miseri, illa atque ego, in tanta sollicitudine simus propter te? 10 iubeo venire. 11 quod illa intellexit, nuntias meas parari. 12 equidem facile poterat quies esse propter has nuptias. 13 si hic Dauus quietus fuisset. 14 quod si Pamphilus nondum satis iratus tibi videtur, potes eum viterius irritare.

15 hac

Ea res 15 eſt, proptereaque nunc miſera 16 in moerore eſt. P. Myſis,
Per omnes tibi adiuro deos, nunquam eam me deſerturum:
Non, ſi capiundos mihi ſciam eſſe inimicos omneis homines 17.
Hanc mihi expetiui, contigit 18: conueniunt mores 19. valeant 20,
Qui inter nos diſſidium volunt: hanc, niſi mors, mihi adimet nemo.
M. Reſipiſco 21 *P.* Non Apollinis magis verum, atque hoc, reſponſum 22 eſt.
Si poterit fieri, vt ne pater per me ſtetiſſe credat 23
Quo minus hae fierent nuptiae, volo: ſed ſi id non poterit 24,
Id faciam, in procliui quod 25 eſt, per me ſtetiſſe vt credat 26.
Quis videor 27? *C.* Miſer aeque atque ego 28. *D.* Conſilium quaero. *C.* Fortis 29 es.

15 hae nuptiae ſunt. 16 Glycerium. 17 nec deſeram illam, tametſi ſciam, omnes homines mihi fore inimicos. 18 accepi illam. 19 mores noſtri ſimiles ſibi ſunt inuicem. 20 illi abeant in malam rem. 21 iam redit mihi animus. 22 neque Apollinis Delphici oraculum poteſt magis verum eſſe, quam hoc meum reſponſum eſt. 23 ne pater credat, in me ſitum fuiſſe. 24 fieri. 25 quod facile poteſt fieri. 26 vt credat, in me poſitum fuiſſe, *es hätte nur an mir gelegen.* 27 quid videtur tibi de me? 28 aeque miſer videris ac ego ſum. 29 vir fortis es, *ein Mann von* Reſolution.

30 cogi-

Scio, quid conere 30. *D.* Hoc ego tibi profecto effectum reddam 31.

P. Iam hoc opus eſt. *D.* Quin iam habeo 32. *C.* Quid eſt? *D.* Huic, non tibi, habeo; 33 ne erres 34.

C. Sat habeo. *P.* Quid facies? cedo 35, *D.* Dies hic mihi vt ſit ſatis, vereor,

Ad agendum 36: ne vacuum eſſe me nunc ad narrandum credas 37.

Proinde hinc vos amolimini 38: nam mihi impedimento eſtis.

P. Ego hanc viſam 39. *D.* Quid tu 40? quo hinc te 41 agis? *C.* Verum vis dicam? *D.* Imo etiam:

Narrationis incipit mihi initium. *C.* Quid me fiet 42?

D. Eho impudens, non ſatis habes, quod tibi dieculam 43 addo,

Quantum huic promoueo 44 nuptias? *C.* Dane, attamen 45. *D.* Quid ergo?

C. Vt ducam 46. *D.* Ridiculum. *C.* Huc face ad me Venias, ſi quid poteris 47.

D. Quid

---

30 cogites. 31 efficiam. 32 excogitaui aliquid. 33 quidquid excogitaui, non tibi ſeruiet, ſed hero meo. 34 ne falſam habeas opinionem. 35 dic mihi. 36 vereor vt dies hic nimis cito abeat, ſi velim eam rem enarrare. 37 ne putes me habere nunc tempus ad eam rem narrandam. 38 abire. 39 ad hanc ibo. 40 facies. 41 quorſum tu ibis? 42 de me. 43 vnum adhuc diem. 44 dum protraho nuptias Pamphili adhuc in vnum diem. 45 cura, effice quaeſo. 46 eam vxorem. 47 veni ad me, ſi quid poteris facere.

48 cur

D. Quid 48 veniam? nihil habeo 49 *C.* Attamen
si 50 quid. *D.* Age, veniam *C.* Si quid,
Domi 51 ero. *D.* Tu, Mysis, dum exeo, parum-
per opperire 52 heic.
M. Quapropter? *D.* Ita facto est opus 53. *M.* Ma-
tura 54. *D.* Iam, inquam, heic adero.

48 cur vero. 49 nihil possum facere aut excogitare. 50 potes. 51 si quid habes, domi me inuenies. 52 exspecta hoc in loco paulisper. 53 Ita opertet fieri. 54 age celeriter.

ACTVS IV. SCENA III.

MYSIS.

M. NIl ne esse proprium cuiquam 1? Dii ve-
stram fidem!
Summum bonum esse herae putabam hunc
Pamphilum 2,
Amicum, amatorem, virum in quouis loco
Paratum 3: verum ex eo nunc misera quem capit
Dolorem? facile heic 4 plus mali est, quam illic 5
boni.
Sed Dauus exit. mi homo, quid isthuc obsecro est?
Quo 6 portas puerum? 6

1 Adeone nulla fortuna homini diu durat? 2 putabam heram meam accepisse summum bonum in hoc Pamphilo. 3 promtum, vtilem. 4 hac in parte. 5 quorsum. 6 puerum Glycerii.

1 Nunc

ACTVS IV. SCENA IV.

DAVVS, MYSIS.

D. MYsis, nunc opus eſt tua
Mihi ad hanc rem expromta memoria atque aſtutia 1.
M. Quidnam incepturus 2: *D.* Accipe a me hunc 3 ocyus 4,
Atque ante noſtram ianuam appone. *M.* Obſecro,
Humine 5? *D.* Ex ara 6 hinc ſume verbenas tibi,
Atque eas ſubſterne 7. *M.* Quamobrem id tute 8 non facis?
D. Quia, ſi forte opus ad herum iusiurandum mihi
Non appoſuiſſe 9, vt liquido 10 poſſim. M. Intelligo.

Noua

---

1 Nunc ego indigeo tua ope, tam memoria tua expromta, quam iudicio, quod aſtutia ſeſe exſerit. 2 es. 3 hunc puerum Glycerii. 4 celeriter. 5 an in terram eum ponam? *Humi* aduerbialiter ſaepe ſic vſurpatur; ſic Naſo Metamorph. II, 105. *ſpargit humi iuſſos, mortalia ſemina, dentes* Etiam dicitur alibi *humo*, Naſo Herod. 14. *nuda recumbis humo*; et lib. 4. Metamorph. *Et iacuit reſupinus humo.* 6 ſcil. Apollinis, cui Comoediae dicatae erant. Duae enim referente de iis I. Scaligero, in ſcena fuerunt arae; altera dextra conſecrata Libero Patri ſeu Baccho, idque celebrata Tragoedia, altera ſiniſtra Apollinis in Comoedia. In ara Apollinis apponebantur *verbenae*, id eſt variae herbae ſacrae decerptae ex loco ſancto, vt oliua, laurus, myrtus; Bacchi vero *hederae*, quibus coronabantur alias Poetae. 7 puero. 8 tu ipſe. 9 ſi forte neceſſe ſit me iurare apud herum, quod non appoſuerim puerum. 10 vt poſſim iurare ſalva

Noua nunc religio in te iſthaec inceſſit 11, cedo 12?
D. Moue ocyus te 13, vt, quid agam, porro intel-
ligas.
Pro Iupiter! *M.* Quid? *D.* Sponſae pater inter-
venit 14.
Repudio conſilium, quod primum inierameram 15
M. Neſcio, quid narres. *D.* Ego quoque hinc ab
dextera
Venire me adſimulabo 16: tu, vt ſubſeruias
Orationi, vtcunque opus ſit verbis, vide 17.
M. Ego, quid agas, nihil 18 intelligo: ſed ſi quid
eſt,
Quod mea opera 19 opus ſit vobis, aut tu plus vi-
des 20,
Manebo, ne quid veſtrum remorer commo-
dum 21.

va conſcientia. 11 vnde factus es tam tantae religio-
nis & boni conſcientiae cultor? 12 dic mihi. 13 abi
celeriter. 14 huc aduenit. 15 inceperam, in mente
habebam. 16 ego quoque fingam, ac ſi hinc a dextra
venirem. 17 tu da operam, vt mihi ſuccurras in ſermo-
ne verbis tuis, quando opus eſt. 18 plane non. 19 quod
ego vobis poſſum ſeruire. 20 aut tu magis prudens es
quam ego. 21 ne quod damnum vobis afferam.

ACTVS IV. SCENA V.

CHREMES, MYSIS, DAVVS.

C. REuertor, poſtquam, quae opus fuere ad
nuptias
Gnatae 1, paraui, vt iubeam accerſi 2, ſed quid
hoc 3? Puer

1 Filiae meae. 2 ſponſam & alios agnatos. 3 quid hoc
rei eſt? 4 pu-

Puer hercle eſt. mulier, tunc appoſuiſti hunc 4? *M.* Vbi
Illic 5 eſt? *C.* Non mihi reſpondes? *M.* Hem. nuſquam eſt, vae miſerae mihi!
Reliquit me homo, atque abiit. *D.* 6 Dii veſtram fidem!
Quid turbae eſt apud forum? quid illic hominum litigant 7?
Tum annona cara 8 eſt. quid dicam? aliud, neſcio 9?
M. Cur tu, obſecro, heic me ſolam 10? C. Hem! quae haec eſt fabula?
Eho, Myſis, puer hic vnde eſt? quisue huc attulit?
M. Satin 11 ſanus es, qui me id rogites? *D.* Quem ego igitur rogem,
Qui heic neminem alium video? *C.* Miror, vnde ſit 12.
D. Dicturan' quod rogo? *M.* Au! 13 *D.* Concede 14 ad dexteram.
M. Deliras; non tute 15 ipſe? *C.* Verbum ſi mihi Vnum,

4 puerum. 5 ille Davus. 6 Dii, per veſtram fidem veſtrum auxilium imploro. 7 quantae rixae hominum ſunt in foro? 8 *Annona* dicitur id, quidquid ad victum neceſſarium venale eſt; deinde vſurpatur quoque de frumento. 9 Haec ad ſpectatores conuerſus dicit. 10 reliquiſti. 11 *Sanus* non ſolum de corpore, ſed etiam de mente dicitur. Vellei. Paterculus Lib. II. cap. 25. n. 2. *Creſcebat interim in dies Sullae exercitus, confluentibus ad eum optimo quoque & ſaniſſimo* 12 venerit hic puer. 13 eſt interiectio turbatae mulieris. 14 *trist her.* 15 annon tu ipſe attuliſti hunc puerum?

16 caue

Vnum, praeterquam quod te rogo, faxis, caue 16
M. Maledicis 17? *D.* Vnde 18 eſt? dic clare 19.
M. A 20 nobis. *D.* Ha ha hae!
Mirum vero, impudenter mulier ſi facit 21?
C. Ab Andria eſt ancilla haec, quantum intelligo.
D. Adeon' videmur vobis eſſe idonei,
In quibus ſic illudatis 22? *C.* Veni 23 in tempore.
D. Propera adeo puerum tollere 24 hinc ab ianua.
Mane: caue quoquam ex iſthoc exceſſis 25 loco.
M. Dii te eradicent 26, ita me miſeram territas 27.
D. Tibi ego dico, annon 28? *M.* Quid 29 vis? *D.* At etiam rogas 30?
Cedo 31, cuium 32 puerum heic appoſuiſti? dic mihi.
M. Tu neſcis? *D.* Mitte id, quod 33 ſcio: dic, quod rogo.

16 caue, ne facias, dum aliud verbum, praeter id, quod te interogo dicas, vt te percutiam, quod vltimum ſubintelligitur. *Faxim* autem eſt verbum defectiuum & formatur tantum in coniunctiuo. 17 tu mihi minaris? 18 hic puer. 19 apertis verbis. 20 ex noſtra domo. 21 an mira res eſt, ſi mulier impudenter agit? 22 quos ita ludibrio habeatis? 23 ego veni opportuno tempore. 24 aufer cito. 25 ne diſcedas. *exceſſis.* eſt pro *exceſſeris*, & praeteritum pro praeſenti. 26 perdant. Plaut. Rud. 5, 2. v. 59.

vti te in quaeſtu tuo
Venus eradicet caput atque aetatem tuam.

Perſ. 5, 2. v. 38. *Ego pol vos eradicabo.* 27 perterrefacis. 28 an ego tecum loquor, an non. 29 quid deſideras a me? 30 interrogas. 31 dic. 32 cuius eſt hic puer, quem appoſuiſti? 33 noli hoc curare, omitte hoc, quod ego iam ſcio. 34 puer

M. Veſtri 34. *D.* Cuius veſtri? *M.* Pamphili. *D.* Hem, quid? Pamphil?
M. Eho, an non 35 eſt? *C.* Recte ego ſemper fugi has nuptias 36
D. O facinus animaduertendum 37! *M.* Quid clamitas?
D. Quemne ego heri vidi ad vos adferri veſperi 38
M. O hominem audacem. *D.* Verum 39: vidi Cantharam
Subfarcinatam 40. *M.* Diis pol habeo gratias.
Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberae 41.
D. Nae illa illum haud nouit, cuius cauſa haec incipit 42.
Chremes, ſi poſitum puerum ante aedes 43 viderit,
Suam gnatam non dabit 44: tanto 45 hercle magis dabit.
C. Non hercle faciet. *D.* Nunc adeo, vt tu ſis ſciens 46,
Ni puerum tollis 47, iamiam ego hunc 48 mediam in viam Pro-

34 puer veſtri eſt domini. 35 an hic puer non eſt filius Pamphili? 36 recte ergo factum eſt, quod ego vitaui has nuptias. 37 quod poenam ſeueram meretur. 38 anne vidi hunc puerum heri veſpera ad vos adferri? 39 omnino hoc verum eſt. 40 vidi Cantharam ad vos ire, quae faſciculum ſub tunica ſua portabat. *Farcinatus* eſt a farcina id eſt farcina; quae vox *farcina* vetuſtate obſoleta eſt. 41 quod aliquot liberae & honeſtae foeminae adfuerunt, cum Glycerium pareret. 42 propter quem illa has res incipit. 43 domum. 44 in matrimonium Pamphilo. 45 eo. 46 vt tu ſcias. 47 aufers a ianua. 48 puerum. 49 fraus

Prouoluam, teque ibidem peruoluam in luto.
M. Tu pol homo non es ſobrius. *C.* Fallacia
Alia aliam trudit 49: iam ſuſurrari 50 audio,
Ciuem Atticam eſſe hanc 51. *C.* Hem. *D.* Coactus legibus 52
Eam vxorem ducet. *M.* Au! obſecro, annon ciuis eſt?
C. Iocularium in malum inſciens pene incidi 53.
D. Quis heic loquitur? o Chreme, per tempus 54 aduenis:
Auſculta. *C.* Audiui iam omnia. *D.* Anne tu omnia 55?
C. Audiui, inquam, a principio. *D.* Audiſtin' obſecro? hem
Scelera 56: hanc iam oportet in cruciatum hinc abripi 57.
Hic ille eſt: non te credas Dauum ludere 58.
M. Me miſeram! nihil pol falſi dixi, mi ſenex.
C. Noui rem omnem. ſed eſt Simo intus? *D.* Intus eſt.
M. Ne me attingas, ſceleſte: ſi pol Glycerio non omnia haec 59.

49 fraus vna alteram trahit. 50 clam dici inter homines. 51 Glycerium. 52 Nam virgo illius, qui vim ei adtulerat, aut nuptias aut mortem petere poterat. 53 in illud malum incidi, quod toti vrbi praebebit materiam ridendi. 54 opportune. 55 audiuiſti. 56 quanta haec ſunt ſcelera. 57 oportet, vt haec Myſis ſeuere puniatur. 58 noli credere, quod tu illudas Dauum. 59 certe omnia haec dicam Glycerio.

60 quo-

D. Eho inepta neſcis quid ſit actum. *M.* Qui ſciam 60?

D. Hic ſocer eſt. alio pacto 61 haud poterat fieri, Vt ſciret haec, quae Volumus. *M.* Hem, praedicere 62.

D. 63 Paulum intereſſe cenſes, ex animo omnia, Vt fert natura, facias, an de induſtria? 64

60 quomodo. 61 modo. 62 debuiſſes mihi hoc antea dicere. 63 an tu putas, parum diſcrimenis intereſſe, num aliquid facias natura impetu & prout natura fert, an ex meditationis artificio, id eſt data opera, conſulto. 64 Cicero I. de offic. *Quae iniuriae nocendi cauſſa de induſtria inferuntur.* Ibid. *Si de induſtria facias* Vellei. Paterc. 1, 2. *Immiſſus caſtris hoſtium, de induſtria rixam iciens.*

ACTVS IV. SCENA VI.

CRITO, MYSIS, DAVVS.

IN hac habitaſſe platea dictum eſt Chryſidem, Quae ſe in honeſte optauit parere diuitias Potius, quam in patria honeſte paupera viuere 2. Eius morte ea ad me lege redierunt bona 3. Sed quos perconter, video 4. ſaluete *M.* Obſecro. Quem video? eſt ne hic Crito, ſobrinus 5 Chryſidis?

Is eſt. *C.* O Myſis, ſalue. *M.* Saluus ſis, Crito, *C.* Itan' Chryſis 6? hem! *M.* Nos quidem pol miſeras perdidit. *C.* Quid

1 Dicitur. 2 quae maluit acquirere diuitias per vitam inhoneſtam quaeſtu meretricio, quam paupera viuere, etſi honeſte in patria. 3 eius bona relicta pertinent ad me iuxta leges legitimas, poſtquam illa eſt mortua. 4 ſed video aliquos, ex quibus poſſim percontari. 5 *Vetter*, ſororis filius. 6 ſcil. mortua eſt.

7 agi-

C. Quid vos 7? quo pacto heic 8? satis ne recte 9? *M.* Nos ne 10? sic
Vt quimus 11, aiunt 12; quando, vt volumus non 10 licet.
C. Quid Glycerium 13? iam heic suos parentes repperit 14?
M. Vtinam 15. C. An nondum etiam 16? haud auspicato 17 huc me appuli:
Nam pol, si id sciissem nunquam huc retulissem pedem:
Semper enim dicta est eius haec atque habita est soror 18:
Quae illius fuerunt, possidet 19. nunc me hospi- 15 tem
Lites sequi, quam heic mihi si facile atque vtile,
Aliorum exempla commonent 20. simul arbitror,
Iam esse aliquem amicum, & defensorem 21 ei: nam fere
Grandiuscula iam profecta 22 est illinc. clamitent, Me

7 agitis? 8 quo modo viuitis in hac vrbe? 9 an recte viuitis? 10 nosne recte viuamus? 11 sic viuimus, vt possumus, postquam non licet nobis viuere, vt volumus. 12 vt in prouerbio est. 13 agit. 14 an illa reperit. suos parentes in hac vrbe? 15 reperisset. 16 reperit. 17 infelici tempore huc veni. 18 Glycerium enim semper dicta est & habita soror Chrysidis. 19 iam possidet Glycerium bona Chrysidis. 20 aliorum exempla me commonent, quam vtile mihi sit & facile, vt ego in hac vrbe, tanquam peregrinus, lites sequar, *den Proceß abwarten.* 21 iam puto Glycerium habere aliquem amicum & defensorem. 22 cum illa proficisceretur ex

Me 23 sycophantam 24 haereditatem persequi,
Mendicum: tum ipsam despoliare non libet.
M. O optume hospes pol, Crito, antiquam obtines 25.
C. Duc me ad eam, quando huc veni, vt videam,
M. Maxume 26.
D. Sequar hos: nolo, me in tempore hoc videat senex.

ACTVS

ex Andro, non parvula erat. vox *grandiusculus* quam raro occurrit. 23 Sycophanta est proprie delator, eum indicans, qui ficos edisset; παρὰ τὰ σῦκα φαίνειν. Attici quippe iuuenes solebant aliorum hortos irrumpere, ibique ficos furti ratione auferre. Quo nomine vt herus verum furem exploraret, constituti sunt custodes, qui hos flagitiosos ad dominum deferrent. Sed mercede proposita inducti fuerunt, qui pro sonte innocentem accusabant, iique *Sycophantae* appellati sunt. vid. de Sycophantis quae Scaliger commemorat in Problem. ex Famil. Exercit. Problem. 2.p.36 Suidam, Iulii Pollucis, Onomastic. hac voce. Franc. Pollet. Lib.4. Hist. For. Roman. cap. 1. Festum, item Parei Lexic. Critic. p. 1210. Sycophanta ergo etiam est, qui pro se ins callide interpretatur; hinc apud Plautum Poen.5.2. v.72. *Sycophanta & subdolus* iunguntur. 24 non legitimam, quae ad me non pertineret. 25 morem tuum antiquum servas. Mores antiqui, homines antiqui & officium antiquum semper a scriptoribus latinis in laude ponuntur. A. Gellius l. 10. N. A. *Sed antiquitatem tibi placere ais, quod honesta & bona & sobria & modesta sit, viue ergo moribus praeteritis; loquere verbis praesentibus.* 26 te ducam ad illam.

ACTVS V. SCENA I.

CHREMES, SIMO.

C. SAtis iam, satis, Simo, spectata 1 erga te amicitia est mea:
Satis periçli coepi adire 2: orandi iam finem face 3
Dum studeo obsequi tibi, pene illusi 4 vitam filiae.
S. Imò enim quam maxume abs te postulo atque oro, Chreme,
Vt beneficium, verbis initum 5 dudum, nunc re comprobes 6,
C. Vide, quam iniquus sis prae studio 7, dum 8 efficias id quod cupis,
Neque modum benignitatis, neque quid me ores, cogitas:
Nam si cogites, remittas iam me onerare 9 iniuriis.
S. Quibus 10? *C.* Ah rogitas? perpulisti me, vt homini adolescentulo,
In alio occupato 11 amore, abhorrenti ab re vxoria 12, Filiam

1 Conspecta, ostensa. 2 ego iam coepi incidere in magnum periculum. 3 noli me vlterius orare, desine me orare. hanc formam imperatiui supra iam obseruauimus. 4 perdidi. *illudere alicui* & *aliquem* dicimus. Vita autem h. l. est felicitas, salus, q. d. *in dem ich dir zu willen geweſen bin, ſo habe ich faſt meiner Tochter Heyl und Wohlfarth drüber verſchertzet* 5 promissum. 6 ipsa re perficias. 7 cupiditate. 8 modo possis efficere id quod cupis. 9 non pergeres, me afficere iniuriis. 10 quibus iniuriis? 11 qui in alio amore occupatus erat. *der ſich an was anders delectiret.* 12 & qui abhorrebat a nuptiis. 13 ad

Filiam darem in seditionem 13, atque incertas nuptias;
Eius labore atque eius dolore gnato vt medicarer tuo 14.
Impetrasti: incepi, dum res tetulit 15: nunc non fert 16: feras 17.
Illam 18 hinc 19 ciuem esse aiunt: puer est natus: nos missos face 20.
15 *S.* Per ego te deos oro 21, vt ne illis animum inducas credere 22,
Quibus id maxume vtile est illum esse quam deterrimum 23.
Nuptiarum gratia 24 haec sunt ficta atque incepta omnia.
Vbi ea causa, quamobrem haec faciunt, erit ademta his, desinent.
C. Erras: cum Dauo egomet vidi iurgantem 25 ancillam. *S.* Scio. *C.* At
20 Vero vultu 26; cum, ibi me adesse, neuter dum persensérat 27.

S. Cre-

13 ad rixas perpetuas. 14 vt consulerem tuo filio, cum dolore & labore meae filiae. 15 dum id visum est mihi vtile esse. 16 iam vero vtile amplius non est. 17 oportet itaque, vt tu etiam hoc feras patienter. 18 Glycerium. 19 ex hac vrbe. 20 noli de nuptiis nostris amplius cogitare. 21 ego te oro per deos. 22 vt nolis illis credere. 23 qui exinde maximam vtilitatem sperant, si filius meus sit pessimus. 24 ob spem nuptiarum. 25 rixantem. 26 *es war ihr rechter Ernst.* 27 siquidem neque ancilla neque Dauus obseruabant me adesse.

S. Credo; & id facturas, Dauus dudum praedixit mihi 28:
Et neſcio quid tibi ſum oblitus hodie ac volui dicere 29

28 Dauus dudum hoc praedixit mihi, eas ita facturas eſſe. 29 volui tibi hodie aliquid dicere, ſed ſum oblitus.

ACTVS V. SCENA II.

DAVVS, CHREMES, SIMO, DROMO.

D. ANimo iam nunc otioſo eſſe impero 1. *C.* Hem Dauum tibi. 2
S. Vnde egreditur? *D.* Meo praeſidio, atque hoſpitis 3. *S.* Quid illud mali eſt?
D. Ego commodiorem hominem, aduentum, tempus non vidi. *S.* Scelus, 4
Quemnam hic laudat? *D.* Omnis res eſt iam in vado 5. *S.* Ceſſo alloqui?
D. Herus eſt: quid agam? *S.* O ſalue, bone vir.
D. Hem Simo, o noſter Chremes,
Omnia

1 Volo, vt omnes, Pamphilus, Glycerium & Charinus, & nos omnes harum partium fautores, nunc ſint hodie animo tranquillo. 2 ecce Dauum tuum. ſ. ecce Davum, qui tibi accedit, per ellipſin. 3 & volo, vt ideo ſitis animo tranquillo, quia patronus veſter ſum, item praeſes, qui adfert auxilium, nec ego ſolum, ſed etiam hoſpes Crito, qui iam aduenit. 4 *ſcelus* pro *ſceleſto* dicitur, metonymice & ad ſenſum, non ad verba reſpicitur. ſupr. Act. III. Scen. V. v. 1.

Vbi illic ſcelus eſt, qui me perdidit.

5 iam tuta ſunt omnia & extra periculum, eſt proverbialis metaphora, vt *in vado eſſe* ſit pro eo, quod ſit in tuto,

&

Omnia apparata iam ſunt intus 6, *C.* Curaſti probe.
D. Vbi voles, accerſe 7. *S.* Bene Sane. is enim vero hinc nunc abeſt 8.
Etiam tu hoc reſpondes 9, quid iſthic tibi negotii eſt? *D.* Mihin' 10? *S.* Ita.
D. Mihine? *S.* Tibi ergo. *D.* Modo 11 introii. *S.* Quaſi ego, quamdudum, id rogem 12.
D. Cum tuo gnato vna 13. *S.* Anne eſt intus Pamphilus? crucior miſer 14.
Eho, non tu dixti eſſe inter eos 15 inimicitias, carnufex?
D. Sunt. *S.* Cur igitur heic eſt? *C.* Quid illum cenſes 16? cum illa litigat.
D. Imo vero indignum, Chreme, iam facinus 17 faxo ex me audias.
Neſcio qui ſenex modo 18 venit: ellum 19, confidens 20, catus 21:

Cum

& citra diſcrimen; ſumta eſt a nauigantibus & natantibus. Vadum enim eſt aquae fundus, in quo quisquis conſtiterit, is iam effugit periculum, ne mergatur. Plautus Aul. 4, 10. v. 37. Rud. 1, 2. v. 81. Ironice. exempla elegantia ſunt Curt. VI. 7, 10. X, 2, 28. 6 in domo noſtra 7 ſponſam Philumenam. 8 quaſi is nunc abeſſet. 9 tu vero reſponde ad hoc. 10 egone quid agendum habeam? 11 *dieſen Augenblick*. 12 quaſi ego interrogem, quamdiu ſit, quod introieris. 13 ſimul erant. 14 me miſerum! cruciatibus afficior. 15 Pamphilum & Glycerium. 16 facere in domo Glycerii. 17 imo vero faciam, vt nunc ex me audias turpiſſimum facinus. 18 iam modo, ante breue tempus. 19 eſt pro ecce illum, iam deſcribam eius mores. 20 *er iſt trotzig*. 21 prudens, cal-

Cum faciem videas, videtur esse quantiuis pre-15
tii 22:
Tristis seueritas inest in vultu 23, atque in verbis
fides 24.
S. Quidam 25 apportas? *D.* Nil equidem, nisi
quod illum audiui dicere.
S. Quid ait tandem 26? *D.* Glycerium se scire
ciuem esse hanc Atticam.
S. Hem! Dromo, Dromo. *DR.* Quid est? *S.* Dromo.
D. Audi *S.* Verbum si addideris. 27 Dromo. 20
D. Audi obsecro. *DR.* Quid vis? *S.* Sublimem
hunc intro rape, quantum potes 28.
DR. Quem? *S.* Dauum *D.* Quamobrem? *S.* Quia
lubet 29. rape, inquam. *D.* Quid feci? *S.* Rape,
D. Si quidquam mentitum 30 inuenies, occidito.
S. Nihil audio.
Ego iam te commotum reddam 31. *D.* Tamen etsi
hoc verum est. *S.* Tamen Cura

---

callidus. Hac voce vsi sunt Ennius apud Ciceron. lib. I. Tusc. c. 9. Horatius lib. I. od. 10. & Plautus Epid. 2, 2. v. 74. Trin. 3, 2. v. 51. Pers. 4, 4. v. 7. Pseud. 2, 1, v. 15. Mostel. I, 3, 29. & 5, 2, 21. 22 videtur esse honoratus vir, si iudices ex eius facie ac specie externa. 23 *er ſiehet gar ernſthafftig aus.* 24 omnia loquitur ex veritate. 25 nouarum rerum. 26 ille peregrinus. 27 est apostopesis, & loquitur ad Dauum, q. d. *wenn du mir noch ein wort drein redeſt, ſo will ich dich bezahlen.* 28 Alii: ita eum sublatum rape, vt terram non tangat. Sed puto, quod hoc loco *ſublimis* sit is, qui alias superbus, elatus animo dicitur. 29 quia hoc ita mihi placet. 30 me quidquam mentitum fuisse. Non autem *mentitum* passiue vsurpatur, id quasi referatur ad *quidquam.* 31 ego te excruciabo, prout mereris,

Cura adſeruandum vinctum 32: atque audîn'? quadrupedem conſtringito 33.
Age, nunc iam ego pol hodie, ſi vivo, tibi
Oſtendam, herum quid ſit pericli fallere 34, &
Illi patrem 35. *C.* Ah! ne ſaeui tantopere 36. *S.* Chreme,
Pietatem gnati, nonne te miſeret 37 mei?
Tantum laborem capere ob talem filium 38?
Age Pamphile: exi Pamphile: ecquid te pudet?

32 cura, vt in vincula coniiciatur Dauus, & probe cuſtodiatur. 33 manus & pedes eius conſtringito. 34 quantum periculum hoc pariat, ſi ſeruus audet herum ſuum fallere. 35 & quantum periculum ſit filio, fallere patrem. 36 noli eſſe tam crudelis. 37 eſt ne haec pietas & obſequium, quod filius debet patri? nonne te miſeret mei? 38 quod tantos labores capitam ob ſalutem tam perditi filii.

ACTVS V. SCENA III.

PAMPHILVS, SIMO, CHREMES.

P. QVis me 1 vult? perii, pater eſt. *S.* Quid ait omnium 2? *C.* Ah!
Rem Potius ipſam dic, ac mitte male loqui 3.
S. Quaſi quid quam in hunc iam grauius dici poſſiet 4.
Ain'

1 Vocat. 2 ſcil. ſceleſtiſſimus, per Apoſiopeſin. 3 deſine male loqui de filio tuo. 4 quaſi quidquam ſit, quod dici poſſit maiori cum ſeueritate in filium tam malum: ſane tanta facinora. (dicit Simon ad Chremetem, qui Pamphilum excuſare volebat) patrauit, vt nihil tam durum & graue ſit, quod non poſſit contra eum proferri.

5 vis

Ain' tandem 5, ciuis Glycerium 6 eſt? *P.* Ita praedicant 7
S. Ita praedicant? ingentem confidentiam 8!
Num cogitat, quid dicat? num facti piget?
Num eius color 9 pudoris ſignum vſquam indicat
Adeon' inpotenti eſſe animo 10, vt praeter 11 ciuium
Morem 12, atque legem, & ſui voluntatem patris,
Tamen hanc 13 habere cupiat cum ſummo probro?
P. Me miſerum! *S.* Modo ne id demum ſenſti 14, Pamphile?
Olim iſthuc, olim, cum ita animum induxti tuum
Quod cuperes, aliquo pacto efficiendum tibi.
Eodem die iſthuc verbum vere in te accidit 15.
Sed quid ago? cur me excrucio? cur me 16 macero 17? Cur

5 visne hoc dicere? 6 eſtne Glycerium tua ciuis Atheniensis? 7 aiunt. 8 o! quanta eſt haec impudentia! 9 rubor in facie. 10 an quisquam poteſt eſſe tam impudens & proteruus? 11 contra. 12 conſuetudinem. 13 meretricem peregrinam. 14 ſenſiſti, intellexiſti. 15 iamdudum, certe iamdudum, cum voluiſti id efficere quod cuperes, quocunque modo fieri poſſet, eo die debuiſſes dicere: ne miſerum! 16 vox *macerare* proprie de corpore vſurpatur. Horat. I. Od. 13. v. 8.

arguens
Quam lentis penitus macerer ignibus.

non raro tamen de animo quoque, Plaut. Mil. 4. 6. v. 18. *Macerat me metus.* De corpore & animo ſimul occurrit in illo Lucretii lib. III.

Maceras inuidia, ante oculos illum eſſe potentem,

17 *ſolli-*

Cur meam ſenectam huius 17 ſollicito amentia? an
Pro huius ego vt peccatis ſupplicium ſufferam 18?
Imo habeat, valeat 19, viuat cum illa. P. Mi pater.
S. Quid mi pater 20? quaſi tu huius indigeas patris
20 Domus, vxor, liberi inuenti inuito 21 patre:
Adducti 22, qui illam ciuem hinc dicant, viceris 23.
P. Pater, licetne pauca? S. Quid dices mihi?
C. Tamen Simo audi. S. Ego audiam? quid audiam
Chremes? C. Attamen dicat ſine. S. Age dicat, ſino, P. Ego

17 *ſollicito* eſt moleſtiam affero, inquietum aliquid reddo. Proprie *ſollicitare* eſt ſuo loco mouere, ſua ſede eiicere. Hinc Feſtus: Sollicitare *eſt ſuo loco mouere.* Solum *enim quin ſignificet locum, quis dubitet?* Senſus igitur h. l. erit: Cur animum meum (abſtractum) *senectae* ponitur pro concreto *ſenis*) inquietum, intranquillum reddo propter filii mei Pamphilii amentiam, ſtultitiam? nam agit ſane, quaſi mente ſua captus ſit. *Amens* idem eſt ac quaſi *a mente remotus.* 18 vox *ſufferre* proprie dicitur de poena, ſupplicio. Cicero Catil. II. n. 28. *Quod ego ſic Adminiſtrabo, Quirites, vt ſi vllo modo fieri poterit, ne improbus quidem quisquam in hac vrbe poenam ſui ſceleris ſufferat.* 19 vide de hac formula eleganter differentem Laurentium Vallam Lib. VI. cap. 30. p. 501. Elegant. 20 nos diceremus: *Was ſagſt du lang* mi Pater? 21 tu inueniſti vxorem & domum contra voluntatem patris. 22 a te adducti, ſubordinati fuerunt teſtes. 23 *Vincere* familiare eſt verbum iratis ea notione, qua hic accipitur. Caeſar Lib. V. *Vincite ita, ſi ita vultis, Sabini.* Eſt modus loquendi quo indignantes concedimus id, quod tamen ſummopere fieri nollemus.

24 Gly-

P. Ego me amare hanc 24 fateor: ſi id peccare eſt, 25
fateor id quoque. 25
Tibi, pater, me dedo 26, quiduis oneris inpone 27:
impera.
Vis me vxorem ducere? hanc amittere? vt potero 28, feram.
Hoc modo te obſecro, vt ne credas a me allegatum 29 hunc ſenem.
Sine me expurgem 30 atque illum huc coram adducam, S. Adducas? P. Sine 31, pater.
C. Aequum poſtulat 32: da veniam 33, P. Sine te 30
hoc 34 exorem. S. Sino 35.
Quiduis cupio 36, dumne ab hoc me falli compear 37, Chreme.
C. Pro peccato magno paululum ſuplicii ſatis eſt ripatri 38.

24 Glycerium. 25 ſcil. id me feciſſe adeoque etiam peccaſſe. 26 totum trado. 27 grauiſſimum etiam onus mihi impone. 28 feram omnia patienter. 29 adductum eſſe. 30 patere, vt me excuſem, exculpem. 31 permitte hoc. 32 filius tuus nihil poſtulat, niſi quod aequum eſt. 33 permitte hoc. 34 patere te exorari. 35 permitte. 36 pati. 37 vt comperiar, vt ſententiam. 38 patris officium eſt, vt exiguam poenam ſumat pro magno peccato filii.

ACTVS V. SCENA IV.

CRITO, CHREMES, SIMO, PAMPHILVS.

CR. MItte 1 orare. vna harum 2 quaeuis cauſa
me, vt faciam, monet,

1 Deſine me orare. 2 vna harum cauſſarum, ſcil. ex his tribus, quas iam dicam, *vel tu, vel quod verum eſt, vel quod ipſi cupio Glycerio*, monet me, vt faciam. 3 vel

Vel tu 3, vel quod verum eſt, vel 4 quod ipſi cupio Glycerio.

CH. Andrium 5 ego Critonem video? & certe is eſt. ſaluus ſis 6, Crito.

Quid tu Athenas inſolens 7? *CR.* Euenit 8. ſed hiccine eſt Simo?

CH. Hic eſt. S. Mene quaeris? eho, tu Glycerium hinc ciuem eſſe ais?

CR. Tu negas? S. Itane huc paratus aduenis? *CR.* Quare? S. Rogas?

Tu ne impune haec facias 9? tune heic homines adoleſcentulos,

Imperitos rerum 10, eductos libere 11, in fraudem illicis 12?

Sollicitando, & pollicitando eorum animos lactas 13? *CR.* Sanun' 14 es?

S. Ac meretricios amores nuptiis conglutinas 15? *P.* Pe-

---

3 vel tu me mones, vel veritas. 4 vel quoniam bene cupio Glycerio. 5 qui eſt ex Andro. 6. ſalue. 7 *ſo ein ungewöhnlicher Gaſt*, eſt eHipſis pro: cur tu Athenas veniſti, qui alias inſolens es? 8 ita accidit. 9 putasne, tibi licere hoc mihi facere? 10 qui nondum habent experientiam ſeu prudentiam. 11 honeſte educatos, *educere* pro educare ſupra iam obſeruauimus. 12 allicis, *du wirſt ſie berücken und übern Stock ſtoſſen.* 13 mulces, occupare ſtudes, ſupra a. 4 ſc. 1. v. 24. *Niſi me lactaſſes amantem.* ſignificat quoque *trahere.* Lucretius V. v. 1066.

Aut catulos blande cum lingua lambere tentant.
Aut vbi eos lactant pedibus morſuque petentes.

14 *ich meine doch, du ſeyſt nicht recht geſcheide.* 15 an confir-

P. Perii! metuo, vt ſubſtet hoſpes 16. *CH.* Si, Simo, hunc 17 noris ſatis,
Non ita arbitrere, bonus hic eſt vir. *S.* Hic vir ſit bonus?
Itane adtemperate 18 venit hodie in ipſis nuptiis,
Vt veniret ante hac nunquam? eſt vero huic credendum, Chreme?
P. Ni metuam patrem, habeo pro illa re, illum quod moneam probe 19.
S. Sycophanta 20. *CR.* Hem! *CH.* Sic, Crito, eſt 21 hic: mitte 22. *CR.* Videat, qui ſiet 23.
Si mihi pergit, quae vult, dicere, ea, quae non vult, audiet.
Ego iſthaec moueo aut curo 24? non tu tuum malum aequo animo feres 25?
Nam, ego quae dico, vera, an falſa audieris, iam ſciri 26 poteſt.
Atticus quidam olim naui fracta 27 ad Andrum 28 eiectus eſt 29,
Et iſthaec vna 30 parua virgo: tum ille egens forte applicat 31

firmare cupis amores meretricios per nuptias? 16 metuo, vt hoſpes ſeu peregrinus hic Crito has iniurias ſufferre poſſit, *ich zweiffele, ob er hier lange dauren wird.* 17 Critonem recte noſſes. 18 opportune, quaſi vocatus. 19 poſſem Critonem aliquid monere. 20 tu mendax. 21 noli mirari, Crito: ita ſunt mores Simonis. 22 noli iraſci. 23 ego non curo, quales mores hic Simo habeat. 24 quid ego haec curo? 25 patienter. 26 conſtare omnibus, iudicari. 27 cum feciſſet naufragium. 28 inſulam. 29 in littus. 30 ſimul eiecta eſt. 31 fortuito

Primum ad Chryſidis patrem ſe 32. *S.* Fabulam inceptat 33. *CH.* Sine 34.
CR. Ita ne vero obturbat 35? *CH.* Perge. *CR.* Tum is mihi cognatus fuit,
Qui eum recepit 36: ibi ego audiui ex illo, ſeſe eſſe Atticum.
Is ibi mortuus eſt. *CH.* Eius nomen 37? *CR.* Nomen tam cito 38 tibi?
Phania. *CH.* Hem, perii! *CR.* Verum hercle opinor fuiſſe Phaniam.
Hoc certo ſcio, Rhamnuſium 39 ſe aiebat eſſe. *CH.* O Iupiter!
CR. Eadem haec 40, Chreme, multi alii in Andro tum 41 audiuere. *CH.* Vtinam id ſiet,
Quod ſpero, eho dic mihi, quid is eam tum 42, Crito,
Suam ne 43 aiebat eſſe? *CR.* Non. *CH.* Cuiam 44 igitur? *CR.* Fratris filiam.
CH. Certe mea eſt. *CR.* Quid ais? *S.* Quid tu? Quid ais? *P.* Arrige aures, Pamphile.

S. Qui

tuito caſu pater Chryſidis fuit primus, ad quem ille egenus & naufragus venit. 32 ſe confert, ſe applicat. 33 incipit narrare. 34 noli ita dicere, abſtine ab his ſermonibus, permitte eum pergere. 35 impedis me in ſermone. 36 qui naufragum recepit in ſuam domum. 37 quodnam eſt. 38 cur tam cito tibi dicam nomen eius? 39 *Rhamnus* eſt pagus regionis Atticae, vbi templum fuit *Nemeſis*, quae inde *Rhamnuſia* Nas. Triſt. 5. eleg. 9. v. 9. dicitur. 40 quae ego narraui. 41 illo tempore. 42 quid dicebat ille tum de hac puella? 43 an dicebat, illam eſſe ſuam filiam? 44 cuius igitur filiam

S. Qui 45 credis? *CH.* Phania ille, frater meus 46
fuit. *S.* Noram 47, & scio.
CH. Is hinc bellum fugiens, meque in Asiam per-
sequens proficiscitur.
Tum illam heic 48relinquere est veritus 49: post
illa nunc primum 50 auido,
Quid illo 51 sit factum. *P.* Vix sum apud me 52: ita 15
animus commotus est metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto 53, tam repenti-
no bono.
S. Nae istam multi modis tuam inueniri gau-
deo 54. *P.* Credo, pater.
CH. At mihi vnus scrupulus etiam restat, qui me
male habet 55. *P.* Dignus es
Cum tua religione odio 56: nodum in scirpo quae-
ris 57. CR. Quid istud est?

filiam esse dicebat? 45 an tu vero hoc credis? 46 illequi naufragium fecit. 47 notus ille mihi fuit. 48 Athenis. 49 noluit. 50 post eius discessum haec primum audio, prima vice. 51 de illo, quid fratri meo acciderit. 52 prae gaudio. 53 propter tam admirabile bonum. 54 vehementer, multis modis, ego etiam profecto gaudeo, quod filia tua inuenta sit Glycerium. 55 me vexat. 56 dignus es odio propter hunc scrupulum *Religio* est nimia superstitio. h. l. secum loquitur Pamphilus. 57 scrupulum tibi frustra facis: in re minime dubia dubitandi occasionem quaeris: dubium moues, vbi nihil est ad dubitandum. Scirpus est iuncus e nodis. Plin. 16. cap. 37. *Nec in fruticum, nec in veprium cauliumue, neque in herbarum, aut alio vllo, quam*

suo

40 *CH.* Nomen non conuenit 58 *CR.* Fuit 59 hercle
aliud huic paruae. *CH.* Quod? 60 Crito:
Nunquid 61 meminisți? *CR.* Id quaero 62. P. Ego-
ne huius 63 memoriam patiar meae
Voluptati 64 obstare, cum egomet possim in hac
re medicari mihi?
Non patiar. heus, Chreme, quod quaeris 65, Pasi-
bula. *CR.* Ipsa est. *CH.* Ea est.
P. Ex ipsa millies audiui. *S.* Omneis nos gaudere
hoc. Chreme,
45 Te credo credere 66. *CH.* Ita dii ament, credo P.
Quid restat, pater?
S. Iam dudum res reduxit me ipsa in gratiam 67.
P. O lepidum 68 patrem!
De vxore ita, vt possedi, nihil mutat Chremes 69,
CH. Caussa optuma est:
Nisi quid pater aliud ait. *P.* Nempe 70. S. Scilicet
71. *CH.* Dos 72, Pamphile, est

Decem

suo genere, numerentur iure scirpi fragiles palustresque ad tegulum tegetesque: e quibus detracto cortice, candelae luminibus & funebribus seruiunt. Vnde hoc prouerbium: *nodum in scirpo quaerere* natum est pro: *in re minime dubia dubio esse animo* Plautus Men. II, 1. v. 12. Rud. II, 6. v. 39. 58 *es trifft nicht zu.* 59 aliud nomen haec paruula habuit. 60 quodnam nomen? 61 an. 62 *ich besinne mich alle weile drauf.* 63 Critonis. 64 gaudio. 65 nomen virginis, quod tu quaeris, est Pasibula. 66 credo, te credere, quod nos omnes ideo gaudeamus. 67 tecum, ad pristinum fauorem erga te. 68 carum. 69 persuadeor, quod ad vxorem attinet, Chremetem nihil esse mutaturum, vt eam retineam, qualem iam possedi. 70 consentiet. 71 consentio vtique. 72 in dotem

filiae

Decem talenta. *P.* Accipio. *CH.* Propera ad filiam: eho mecum 73, Crito:
Nam illam me haud noſſe credo. *S.* Cur non illam huc transferri 74 iubes?
P. Recte admones: Dauo ego iſthuc dedam iam negotii 75. *S.* Non poteſt.
P. Qui 76? *S.* Quia habet aliud magis ex ſe ſe, & maius 77. *P.* Quidnam? *S.* Vinctus eſt.
P. Pater, non recte 78 vinctus eſt. *S.* Haud ita iuſſi. *P.* Iube ſolui, obſecro 79.
S. Age fiat. *P.* At matura 80. *S.* Eo intro. *P.* O fauſtum & felicem hunc diem!

filiae dabo. 73 Probe obſeruandum eſt, *talentum* eſſe vel *Atticum*, quod eſt ad DCCL. vncias, vel *Alexandrinum* hoc eſt ad MD. vncias. vid. Gronouium de pecunia veteri p. 100. ſq. In N. T. vt obiter haec attingam, etiam talenta Alexandrina intelliguntur, quia erant vulgaria & cum Alexandrinis Iudaeis multum fuit commercii. 74 venire. 75 iubeo, vt Dauus hoc faciat. 76 quare? 77 quia grauiora iam habet negotia, quae ipſum propius tangunt. 78 non iure. 79 iube vt ſoluatur ex vinculis. 80 age celeriter.

ACTVS V. SCENA V.

CHARINVS, PAMPHILVS.

C. PRouiſo 1, quid agat Pamphilus: atque eccum 2. *P.* Aliquis forſan me putet
Non hoc putare verum 3: at mihi nunc ſic eſſe hoc verum lubet 4.

1 Videbo. 2 ecce eum. 3 aliquis forſan putet, ac ſi arbitrer, hoc non eſſe verum, quod mihi accidit. 4 at ego nihilo-

Ego vitam deorum propterea ſempiternam eſſe arbitror,
Quod voluptates eorum propriae 5 ſunt: nam mihi immortalitas 6
5 Parta eſt, ſi nulla huic aegritudo gaudio interceſſerit.
Sed quem ego potiſſimum exoptem nunc mihi, cui haec narrem, dari 7?
C. Quid illuc 8 gaudii eſt? *P.* Dauum video: nemo eſt, quem mallem, omnium 9:
Nam hunc ſcio mea ſolide ſolum gauiſurum eſſe gaudia 10.

nihilominus volo, vt id ſit verum. 5 ſine fine, nunquam definunt. 6 Amatores tanti felicitatem ſuam facere ſolent, vt eam ſimilem immortalitatis eſſe credant. Propertius Lib. II. Eleg. XI.

Quanta ego praeterita collegi gaudia nocte?
Immortalis ero, ſi altera talis erit.

7 obuiam venire 8 quid ſignificat hoc gaudium? 9 nemo omnium hominum eſt, quem mallem mihi obuiam venire, quam hunc Dauum. 10 nam ſcio, quod verum gaudium habiturus ſit ob meum gaudium.

ACTVS V. SCENA VI.

DAVVS, PAMPHILVS, CHREMES.

D. PAmphilus vbinam hic eſt? *P.* Daue *D.* Quis homo eſt? *P.* Ego ſum. *D.* O Pamphile!
P. Neſcis, quid mihi obtigerit 1. *D.* Certe 2: ſed, quid mihi obtigerit, ſcio.
P. Et

1 Quanta felicitas mihi acciderit. 2 ego hoc neſcio, 3 hoc

P. Et quidem ego 3. *D.* More hominum euenit,
ego vt quod ſum nactus mali,
Prius reſciſceres tu, quam ego, tibi quod euenit
boni 4.
P. Mea Glycerium ſuos parentes reperit. *D.* O!
factum bene.
C. Hem *P.* pater amicus ſummus 5 nobis *D.* Quis?
P. Chremes. *D.* Narras probe.
P. Nec mora vlla eſt, quin iam vxorem ducam. *C.*
Num ille ſomniat
Ea, quae vigilans voluit? *P.* Tum de puero 6, Da-
ve, *D.* Ah deſine 7:
Solus eſt, quem diligunt 8 dii *C.* Saluus ſum 9, ſi
haec vera ſunt.
Conloquar 10. *P.* Quis homo eſt? Charine, in
tempore ipſo 11 mihi aduenis.
C. Bene factum. *P.* Hem, audiſti? *C.* Omnia 12. age,
me in tuis ſecundis reſpice 13.
Tuus eſt nunc Chremes 14: facturum, quae vo-
les, ſcio omnia 15.

3 hoc ſcio. 4 hoc accidit mihi ex conſuetudine humana, (vt fieri ſolet inter homines) vt tu prius audieris malum illud, quod mihi contigit, quam ego audirem bonum illud, quod tibi contigit. 5 pater rediit nobis cum in gratiam, & nobis coepit fauère. 6 ſed quid agitur de puero? 7 interrogare. 8 iſte puer videtur eſſe deorum filius, quem ſolum amant. 9 felix ſum. 10 alloquar eum. 11 opportuno. 12 audiui, 13 cogita de me etiam in tua felicitate. 14 Chremes te plurimum amat. 15 ſcio, Chremetem omnia eſſe facturum, quae tu modo deſideras.

C. Memini 16: atque longum 17 eſt, nos illum exſpectare, dum 18 exeat.
Sequere hac me intus ad Glycerium nunc tu, Dave, abi domum.
Propera, accerſe 19, hinc qui auferant 20 eam: quid ſtas? quid ceſſas? D. Eo 21.
Ne exſpectetis 22, dum exeant 23 huc: intus deſpondebitur 24:
Intus tranſigetur 25, ſi quid eſt, quod reſtet: plaudite 26.

FINIS ANDRIAE.

16 id ego etiam puto. 17 nimis longum foret. 18 vſque dum Chremes exeat. 19 iube vt aliquot homines veniant. 20 qui adportent Glycerium. 21 iam abibo. 22 vos ſpectatores. 23 vsque dum illi huc veniant. 24 nuptiae fient. 25 peragetur, fiet. 26 manibus, aſſenſum veſtrum nobis date.

FINIS ANDRIAE.

P. TERENTII EVNVCHVS

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS 1 L. POSTVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA AEDILIBVS CVRVLIBVS. EGERE 2 L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATTILIVS PRAENESTINVS. MODVLAVIT 3 FLACCVS CLAVDII 4 TIBIIS DVABVS, DEXTRA, ET SINISTRA. 5 GRAECA MENANDRV 6, ACTA II 7 M. VALERIO C. FANNIO COSS.

EVNVCHVS.

Titulus.

1 In Feſto magnae Matris Deorum ſeu Cybeles 2 egerunt hanc Comoediam, actores fuerunt. 3 modos ſeu muſicam fecit. 4 libertus. 5 tibias duas adhibuit, dextram & ſiniſtram; quarum videlicet vna tangebatur manu dextra, altera vero manu ſiniſtra. 6 terminatio Genitiui Graeci, pro Menandro. 7 gemina vice, bis.

Perſonae.

PROLOGVS.
PHAEDRIA adoleſcens, Laches filius & amator Thaidis.
PARMENO ſeruus Phaedriae.

Ipſique donat erat haec civis Attica.
Fidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phaedria, adrus ipſe abit.
Thraſoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phaedriae, puellulam
Cum deperiret dono miſſam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur: ſvadet Parmeno.
Introiit: vitiat virginem, ſed Atticus
Ciuis repertus frater eius, conlocat
Vitiatum ephebo: Phaedriam exorat Thraſo.

Aliud,

M. ANT. MVRETI.

CIuis quidam Athenienſis filiam, cui Pamphilae, filium, cui Chremeti nomen erat, habuit; ex iis Pamphilam adhuc infantulam praedones rapuere Sunio, & mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui Rhodum aduectam, meretrici, quam amabat, dono dedit. Haec acceptam puellam pari cura ac ſtudio, cum Thaide filia coepit educere; nemo vt eſſet, qui non vtramque ex ipſa genitam eſſe arbitraretur. Thais, quae grandiuſcula erat, cum ad eam aetatem peruenisſet, vt viris placere poſſet; maternam, vt fit, viuendi rationem inſecuta, cum hoſpite quodam Athenas venit, qui e-

am postea moriens haeredem reliquit. Interea miles, Thraso nomine, ad eam adiecit animum: cumque cum ea per aliquod tempus consueuisset, in Cariam profectus est. Thaidis mater per eos dies vitam morte commutauerat, fraterque ipsius Pamphilam venalem proposuerat, sperans eam, quod & formosa esset, & fidibus sciret, praeclare a se venditum iri. Forte accidit, vt eo ipso tempore Thaidis amator miles esset Rhodi: qui, harum omnium rerum inscius Pamphilam emit; vt esset, quod amicae, Athenas reuersus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam conditionem quaesierat, adiunxeratque sibi Phaedriam, adolescentem Atheniensem, Lachetis filium. Inaudierat interim etiam aliquid de Pamphila; iamque cum fratre ipsius Chremete aliquoties collocuta, eo peruenerat, vt non dubiis indiciis intelligeret, sororem illius esse, quae secum in maternis aedibus educata foret. Summopere cupiebat igitur occasionem sibi aliquam dari, qua Pamphilam suis restitueret, eodemque facto, & puellam summo afficeret beneficio, & propinquorum illius amicitia fortunas constabiliret suas. Redit miles; sed, cum cognosset de amore Phaedriae, puellam se, nisi eo repulso, daturum negat. Thais, quid ageret, nescire: nam & Phaedriam amabat ex animo, & Pamphile recipiendae gratia quidquis sibi faciundum putabat, tandem, cum speraret, se postea facile consilium suum ei ipsi, cuius animum offenderet, probaturam; Phaedriam, vt militi gra-

gratificaretur, excludit. postridie accersito ei, atque aegre ferenti, tandem se purgat; multisque precibus ab eo impetrat, vt, per biduum, priores partes habere Thrasonem sineret: vbi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo amplius fore Phaedria, vt huius biduj molestiam aequiore animo ferret, rus sibi abeundum esse statuit. itaque abiens, mandat Parmenoni, vt Eunuchum & Aethiopissam ad Thaidem, cui eos emerat, duceret. Pamphilam, cum ex aedibus Thrasonis ad Thaidem deduceretur, conspicatus in via Phaedriae frater natu minor Chaerea, ita eius amore flagrare coepit, nihil vt pensi haberet, dum ea potiretur: neque prius conquieuit, quam eius rei caussa, ad Thaidem pro Eunucho deductus est. Quid plura? Thaide ad coenam cum milite profecta, virgini a Chaerea per vim vitium offertur, turbae vndique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais a Lachete in fidem & clientelam recipitur, Chaerea agnitam Pamphilam ducit vxorem. Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricii partem, Gnathonis parasiti opera, admittitur.

PRO-

PROLOGVS.

SI quiſquam eſt, qui placere ſe 1 ſtudeat bonis 2
Quam plurimis, & minime multos laedere 3
In his poeta hic 4 nomen profitetur ſuum.
Tum 5 ſiquis eſt, qui dictum in ſe inclementius 6
Exiſtimauit eſſe, ſic exiſtimet 7,
Reſponſum, non dictum 8 eſſe, quia laeſit 9 prior.
Qui bene vertendo, & eaſdem deſcribendo male, ex

Grae-

---

1 Qui ſtudet vt placeat. Pronomen *ſe* non reſpicit ad verbum *ſtudere*, quaſi per pleonaſmum; ſed ad *placere*, vt ſit caſus accuſandi huius Infinitiui. Salluſtius B. C. cap. I. n. 1. *Omnis homines, qui ſeſe ſtudent praeſtare ceteris animalibus, ſumma ope niti decet, ne vitam ſilentio tranſeant, veluti pecora.* 2 quid bonus vir ſit, veteres, inprimis Cicero multis diſputant. Iſte enim ait Lib. III. cap. 15. de Officiis. *Sed ſiue ſimulatio & diſſimulatio dolus malus eſt; perpaucae res ſunt, in quibus dolus iſte malus non verſetur: ſiue vir bonus eſt is, qui prodeſt quibus poteſt, nocet nemini, certe iſtum virum bonum non facile reperiemus*, add. cap. 6, & 19. It. de amicitia cap. 5. 3 ſententia haec digna eſt, quae a paganis proferatur. *Nemo enim eſt laedendus.* Phaedrus Lib. I. Fab. 26.

Nulli nocendum: ſi quis vero laeſerit,
Mulctandum ſimili iure fabella admonet.

4 Terentius. 5 eſt Luſcinius Lauinius. 6 qui putauit, non ſatis benigne de ipſo dictum eſſe. 7 ille ſciat. 8 Terentium reſpondiſſe ad calumnias, non vero maledixiſſe. 9 quoniam ille prius laeſit Terentium.

10 lege:

Graecis bonis Latinas fecit non bonas 10:
Idem Menandri Phaſma 11, nunc nuper dedit 12,
Atque in theſauro ſcripſit 13, cauſſam dicere
Prius, vnde petitur 14, aurum quare ſit ſuum,
Quam illic 15, qui petit, vnde is ſit Theſaurus ſibi 16,
Aut vnde in patrium monumentum peruenerit 17.
Dehinc ne fruſtretur 18 ipſe ſe, aut ſic cogitet:
Defunctus iam ſum 19, nihil eſt quod dicat 20 mihi.
Is ne erret, moneo, & deſinat laceſſere 21:
Habeo alia multa, quae nunc condonabuntur;
Quae proferentur poſt, 22 ſi perget laedere

Ita,

10 lege:
Qui bene vertendo; ſed eaſdem deſcribendo male;
vt ſenſus ſit: Putat quidem, quod bene Comoedias ex Menandro poſſit vertere; (vt adeo primum membrum per ironiam ſit intelligendum) ſed re ipſa comoedias tantum deſcribit, idque ſit male. 11 Idem Traductor ſeu interpres Comoediae Menandri, quae appellatur Phaſma ſiue Phanthaſma. 12 traduxit, vel egit publice 13 – 17. & occaſione theſauri, qui repertus eſt in aliquo ſepulcro, iubet eum dicere cauſſam, qui theſaurum abripuit, & a quo ille repetitur, priusquam is, qui repetit, oſtendat, vnde theſaurus iſte ad ſe pertineat, & quo modo peruenerit in ſepulcrum patris ſui. ergo Lauinius iudiciorum ordinem peruertit. 18 fallat. 19 ſcil. labore in comoediis agendis. 20 Terentius. 21 laedere Terentium. Cicero dicit de Officiis lib. III. cap. XIX. *niſi laceſſitus iniuria.* 22 quae ego nunc non proferam.

23 coepit,

Ita, vt facere inſtituit 23. Nunc quam 24 acturi ſumus
Menandri Eunuchum, poſtquam aediles 25 emerunt,
Perfecit 26, ſibi vt inſpiciundi eſſet copia 27.
Magiſtratus cum ibi adeſſet, occoepta eſt agi 28.
Exclamat 29, furem 30, non poetam fabulam 31
Dediſſe, & nil dediſſe verborum tamen 32,
Colacem eſſe Naeui, & Plauti veterem fabulam 33:
Paraſiti perſonam inde 34 ablatam 35, & militis 36
Si id eſt peccatum, peccatum imprudentia 37 eſt
Poetae, non quid furtum facere ſtuduerit 38.
Id ita eſſe, vos iam iudicare poteritis.
Colax 39 Menandri eſt: in ea eſt Paraſitus Colax,
Et miles glorioſus: eas ſe non negat 40

Per-

23 coepit. 24 Comoediam. 25 poſtquam illam comoediam Aediles a Poeta emerunt. Aediles fuerunt Romae ſex, duo *Plebis*; duo *Curules* & totidem *Cereales Curulium* officium fuit, ludos edere, templa, theatra, porticus, moenia reficere & exornare. vide Cantelium de romana republica p. 292. 393. 26 aduerſarius Terentius. 27 vt eſſet ſpectator huius Comoediae. 28 incepta eſt agi haec Comoedia. 29 aduerſarius. 30 Terentium qui furatus ſit ex aliis hanc Comoediam. 31 nec tamen fefelliſſe magiſtratum. 32 *verba dare* pro fallere, deludere, multis exemplis Pareus. Lexic. Critic. p. 1275. ex Plauto probat. Si *tamen* abundat, etiam proprie haec locutio intelligi poteſt, vt Plin. Panegyr. cap. 93. 33 iam diu actam Comoediam. 34 ex illis Comoediis. 35 fuiſſe. 36 perſonam. 37 per imprudentiam. 38 ſtudio voluerit. 39 Comoedia. 40 Terentius.

41 Na-

Perſonas tranſtuliſſe in Eunuchum ſuam
Ex Graeca; ſed eas fabulas factas prius
Latinas ſciſſe ſeſe, id vero pernegat.
Quod ſi perſonis iiſdem vti aliis non licet:
Qui magis licet, currentes ſeruos ſcribere 41,
Bonas matronas facere, meretrices malas,
Parafitum edacem, glorioſum militem,
Puerum ſupponi, falli per ſeruum ſenem,
Amare, odiſſe, ſuſpicari? denique
Nullum eſt iam dictum, quod non dictum ſit prius.
Quare aequum eſt vos cognoſcere, atque ignoſcere,
Quae veteres factitarunt, ſi faciunt noui.
Date operam, & cum ſilentio animaduortite,
Vt pernoſcatis, quid ſibi Eunuchus velit.

41 Naſo Amorum Lib. I. eleg. 15.
Dum fallax ſeruus, durus pater, improba lena
Viuent, dum meretrix blanda, Menandros erit.

ACTVS I. SCENA I.

PHAEDRIA, PARMENO.

PH. QVid igitur faciam? non eam 1? ne nunc quidem,
Cum accerſor 2 vltro? an potius ita me comparem 3,
Non perpeti 4 meretricum contumelias?

Ex-

1 Ad illam. 2 venire iubeor. 3 inſtituam, *anſtellen.* 4 vt non patiar.

5 illa

Excluſit reuocat 5: redeam? non 6, ſi me obſecret 7.
PA. Siquidem hercle poſſis 8, nil prius, neque fortius 9.
Verum ſi incipies, neque pertendes 10 nauiter 11,
Atque vbi pati non poteris 12, cum nemo expetet,
Infecta pace 13, vltro ad eam venies, indicans
Te amare, & ferre non poſſe: actum eſt, ilicet 14,
Periſti: eludet 15. vbi de victum ſenſerit 16.
Proin tu, dum eſt tempus, etiam atque 17 etiam cogita,
Here: quae res in ſe nec 7 conſilium neque modum
Habet vllum, eam conſilio regere non potes 18
In amore haec omnia inſunt vitia, iniuriae,
Suſpiciones, inimicitiae, induciae,
Bellum, pax rurſum. incerta haec ſi tu poſtules
Ratione certa facere, nihilo plus agas 19,
Quam ſi des operam, vt cum ratione inſanias.

Et

5 illa me excluſit, ſed nunc reuocat me. 6 ibo ad illam. 7 etiamſi me vehementer oret. 8 hoc facere. 9 nihil facies, quod tibi magis honorificum ſit. 10 perficies. 11 cum induſtria. 12 propter amoris vehementiam. 13 quando nondum pax facta erit inter vos. 14 tunc actum eſt tecum, & ire licet. 15 illa tibi illudet. 16 ſi ſenſerit, te eſſe victum ab amore. 17 ſerio, accurate. 18 Libanius epiſt. 4. Centur. edita Cl. Wolfio. Καλῶς ἐμοὶ δοκοῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τοῦ ἔρωτος ἐσκέφθαι. καλοῦντες αὐτὸν ἀνίκητον κ. τ. λ. *recte mihi Poetae videntur de amore iudicaſſe, inuictum illum appellantes* &c. 19 *ſo wirſt du eben ſo wenig*

Et quod nunc tute 20 tecum iratus cogitas:
Egone illam 21? quae illum 22? quae me 23? quae 20
non 24? ſine modo 25:
Mori me Malim: ſentiet 26 qui vir ſiem.
Haec verba me hercula vna falſa lacrimula, 27
Quam oculos terendo miſere vixvi expreſſerit 28,
Reſtinguet: & te vltro accuſabit, & ei dabis
Vltro ſupplicium 29. PH. Indignum facinus! nunc 25
ego &
Illam ſceleſtam eſſe, & me miſerum ſentio:
Et taedet: & amore ardeo: & prudens, ſciens,
Viuus vidensque pereo: nec, quid agam, ſcio.
PA. Quid agas? niſi vt te redimas captum 30, quam
queas
Minimo 31: ſi nequeas paululo 32, at quanti que- 30
as 33:
Et ne te afflictes 34. PH. Itane ſuades? PA. Siſa-
pis 35: Ne-

wenig damit ausrichten. 20 tu ipſe. 21 adeam. 22 rivalem mihi praetulit. 23 excluſit. 24 me heri voluit recipere. 25 permitte modo, vt ego faciam quidquid lubet. 26 Thais. 27 *Lacrimula*, diminutiuum raro occurrit. Catul. carm. 67.

Fruſtrantur falſis gaudia lacrymulis.

Falſa lacrimula eſt idem ac *fictа, da man ſich nur ſo anſtellet.* 28 quam lacrimulam Thais vix expreſſerit pervim, dum illa maxime terit oculos. 29 & tua ſtultitia punietur. Infra Act. 5. ſc. 8.

Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput.

30 niſi vt te liberes ex captiuitate amoris. 31 quam minimo pretio id fieri poteſt. 32 ſi vero te non potes liberare exiguo pretio. 33 ſaltim efficere vt id fiat, quantocunque pretio poteſt. 34 & noli eſſe ſollicitus. 35 ſapiens es.

36 ne-

Neque, praeterquam quas ipſe amor moleſtias
Habet, addas 36; & illas, quas habet, recte feras 37.
Sed ecca 38 ipſa egreditur, noſtri fundi calamitas 39
Nam quod nos capere oportet, haec intercipit 40.

36 neque alias moleſtias addas ad illas, quae iam ſunt in amore: 37 & perferas illas moleſtias, quas amor iam habet. 38 ecce ea. 39 quae haereditatem, & bona noſtra deuaſtat. 40 *Intercipere* eſt interea capere, dum alius adipiſci vult.

ACTVS I. SCENA II.

THAIS, PHAEDRIA, PARMENO.

T. Miſeram me! vereor, ne illud grauius Phaedria
Tulerit 1, neue aliorſum, atque ego feci, acceperit 2,
Quod heri intromiſſus non eſt. *PH.* Totus, Parmeno,
Tremo horreoque, poſtquam aſpexi hanc. *PA.* Bono animo es:
Accede ad ignem hunc 3, iam caleſces plus ſatis.
T. Quis heic loquitur? hem, tunc eras, mi Phaedria?
Qui 4 hic ſtabas? cur non recta 5 introibas? *PA.* Caeterum
De excluſione verbum nullum 6. *T.* Quid taces? *PH.*

1 *Er werde es haben übel aufgenommen.* 2 & in aliam partem interpretatus ſit, quam ego id feci. 3 ad Thaidem hanc, cuius amor te accendit. Thais *ignis* dicitur, quia aliis excitauit amorem, qui inſtar ignis eſt. Virgil. 3. *At mihi ſeſe offert vltro meus ignis Amyntas.* 4 cur. 5 ſcil. via. 6 ceterum illa Thais nullum verbum dicit

PH. Sane 7 quia vero hae mihi patent ſemper fo-
res,
Aut quia ſum apud te primus. *T.* Miſſa iſtaec fa-10
ce 8.
PH. Quid miſſa? o Thais, Thais, vtinam eſſet mihi
Pars aequa amoris tecum 9; ac pariter fieret 10,
Vt aut hoc tibi doleret itidem, vt mihi dolet;
Aut ego iſthuc abs te factum nihili penderem 11:
T. Ne crucia te obſecro, anime mi, 12 mi Phaedria. 15
Non pol, quo 13 quemquam plus amem, aut plus
diligam,
Eo 14 feci: ſed ita erat res: faciundum 15 fuit.
PA. Credo, vt fit 16, miſera prae amore excluſiſti
hunc foras.
T. Siccine ais, Parmeno? age, ſed huc qua gratia 17
Te accerſi 18 iuſſi, auſculta. *PA.* Fiat. *T.* Dic mihi 20
Hoc

---

cit de excluſione Phaedriae. 7 recte interrogas, cur ego non introeam, quia iam mihi patent fores, quum antea excluſus fui. 8 noli de hac materia loqui, *face* eſt pro fac, forma comicis non inuſitata. 9 vtinam tu pariter me amares, ac ego te. 10 & vtinam aequitas inter nos obſeruaretur, vt omne inter nos pariter fieret. 11 non curarem, contemnere poſſem. 12 i. e. *mein Schatz, mein Hertz*, vt nos dicimus. Quia animus & cor illis vnum idemque denotabant, quum cor ipſam eſſe animam putarent; illud quod eſt optimum, pretioſum, per *animum*, *cor* expoſuerunt, quum *cor* ſit princeps pars corporis & *anima* totius hominis. 13 ac ſi. 14 ideo. 15 oportuit id me ita facere. 16 vt fieri plerumque ſolet. 17 quamobrem. 18 huc venire.

19 po-

Hoc primum, potin' eſt hic19 tacere? PA. Egone20? optume 21.
Verunt heus tu, lege hac 22 tibi meam adſtringo 23 fidem:
Quae vera audiui, taceo, & contineo 24 optume!
Sin falſum, aut vanum, aut fictum eſt, continuo palam eſt.
25 Plenus rimarum ſum25, hac atque illac perfluo26
Proin tu, taceri ſi vis, vera dicito.
T. Samia 27 mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi 28.
PA. Poteſt taceri hoc. *T.* Ibi tum 29 matri paruolam
Puellam dono quidam mercator dedit.
30 Ex Attica hinc abreptam 30, *PH.* Ciuem 31 ne? *T.* Arbitror.
Certum non ſcimus: matris nomen & Patris
Dicebat ipſa: patriam & ſigna 32 cetera

Neque

19 poteſtne hic Parmeno tacere? 20 tacere poſſim. 21 tacere poſſum. 22 hac conditione. 23 do, promitto. 24 taceo. 25 metaphora ſumitur a vaſis fractis & rimoſis: & ſic homines ſunt, qui ſibi commiſſa non retinent. 26 hac atque illac, *hin und her*, Heaut. act. III. ſc. 2. *hac illac circumcurſa, inveniendum eſt tamen argentum.* 27 ex Samo Inſula orta. 28 *Rhodus* eſt inſula Aſiatica nobilis, ſita poſt Cnidi promontorium. vide quae Walchius II, cap. 69. Velleii Paterculi p. 312. pluribus obſeruauit. 30 quae abrepta erat ex regione Athenienſi. 31 eratne illa filia ciuis? 32 ex quo noſci poſſet.

33 propter

Neque ſcibat, neque per aetatem 33 etiam potuerat 34.
Mercator hoc addebat, e praedonibus,
Vnde emerat 35, ſe audiſſe, abreptam e Sunio 36.
Mater vbi accepit 37, coepit ſtudioſe omnia
Docere 38, educere 39, ita vti ſi eſſe, filia 40.
Sororem plerique eſſe credebant meam.
Ego cum illo, quo cum tum, vno rem habeam 41, hoſpite,
Abii huc 42: qui mihi reliquit haec, quae habeo, omnia.
PA. Vtrumque hoc falſum eſt: effluet 43. *T.* Qui iſthuc 44? *PA.* Quia
Neque te vno 45 eras contenta, neque ſolus dedit 46:

33 propter teneram aetatem. *per aetatem* id eſt propter aetatem. Cicero pro Lege Manil. cap. 1. *Nam quum antea per aetatem nondum huius auctoritatem loci contingere auderem.* 34 puella ſcire. 35 a quibus mercator emerat hanc puellam. 36 *Sunium* eſt promontorium regionis Atticae orientem verſus extremo maris angulo. 37 poſtquam mater mea accepit hanc puellam. 38 illam. 39 educare. 40 non ſecus ac ſi ipſius eſſet filia. 41 cum quo ſolo tunc conſuetudinem amoris habebam. 42 Athenas. 43 id eſt haec, quae iam dixiſti, effluent quaſi ex animo meo in vulgus, *ich werde es nicht können verſchweigen.* Cicero ad Trebatium epiſt. 14. *Sin noſtri oblitus es, dabo operam, vt iſtuc veniam, antequam plane ex animo effluam.* 44 ſed qua ratione dicas, iſtue falſum eſſe? 45 viro. 46 neque ſolus hoſpes ille tibi dedit ea, quae habes.

47 Phae-

Nam hic 47 quoque bonam magnamque partem
48 ad te attulit.
T. Ita est. sed sine me peruenire 49, quo volo.
Interea miles, qui me amare occoeperat,
In Cariam 50 est profectus. te 51 interea loci 52
Cognoui 53. tute 54 scis, post illa 55 quam intimum
Habeam te, & mea consilia vt 56 tibi credam omnia.
PH. Neque hoc tacebit Parmeno. *PA.* Oh, dubiumne id est?
T. Hoc agite amabo 57. mater mea illic 58 mortua est
Nuper. eius frater aliquantum ad rem est auidior 59
Is vbi hancce forma videt honesta 60 virginem,
Et fidibus scire 61, pretium sperans 62, illico 63
Producit 64, vendit. forte fortuna adfuit
Hic meus amicus 65; emit eam dono mihi,
Im-

47 Phaedria. 48 bonorum tuorum. 49 Permitte, vt sermone meo eo possim peruenire, quo volo. 50 *Caria* est regio minoris Asiae, in qua multae celebres vrbes sunt. 51 dum ille est profectus. 52 *loci* additur numeri caussa, vt est illud: *vsquam gentium &c.* 53 cognoui te amore meo. 54 tu ipse. 55 tempora. 56 quomodo. 57 facite quicquid vobis lubet. 58 in Insula Rhodo. 59 paulo auarior est. 60 cuius forma est pulcra. 61 scil. canere. 62 sperabat, se magnum pretium posse capere ex illa. 63 statim. 64 eam produxit in forum. 65 miles.

66 ille

Imprudens harum rerum ignarusque omnium:
Is evenit: postquam sentit me tecum quoque
Rem habere, fingit causſas, ne det, sedulo 66:
Ait, si fidem habeat 67, se iri praepositum 68 tibi
Apud me, ac non id metuat 69, ne, vbi eam 70 ac-60
ceperim,
Se se relinquam, velle se illam mihi dare;
Verum id vereri 71. sed, ego quantum suspicor,
Ad virginem animum adiecit 72. *PH.* etiamne
amplius 73?
T. Nil: nam quaesiui 74. Nunc ego eam, mi
Phaedria,
Multae sunt causſae, quamobrem cupio abdu-65
cere 75.
Primum, quod 76 soror est dicta: praeterea, vt suis
Restituam ac reddam 77. sola sum: habeo heic
neminem,
Neque amicum, neque cognatum quamobrem,
Phaedria,
Cupio aliquos parare 78 amicos beneficio meo.
Id amabo 79 adiuta 80 me, quo 81 id fiat facilius.70

66 ille fingit sedulo, studio, causſas, cur dare mihi eam nolit. 67 si confidere debeat. 68 fore, vt ipse tibi praeponatur in amore. 69 nisi metuere debeat. 70 postquam illam puellam. 71 sed se vereri amorem Phaedriae. 72 amare coepit puellam. 73 an quidquam amplius factum est inter ipsos? 74 interrogaui eum. 75 nunc multae sunt causſae, quamobrem ego volo eam abducere. 76 quoniam illa dicta est mea soror. 77 vt illam possim restituere suis parentibus. 78 mihi. 79 rogo te. 80 adiuua me in ea re. 81 vt.

82 per-

Sine 82 illum priores parteis 83 hoſce 84 aliquot dies
Apud me habere. nihil reſpondes? *PH.* Peſſuma,
Ego quidquam cum iſtis factis 85 tibi reſpondeam?
PA. Eu! noſter, laudo. tandem perdoluit 86; vir es 87.
PH. Haud ego neſciebam 88, quorſum tu ires 89: paruola
Hinc eſt abrepta: eduxit mater pro ſua:
Soror eſt dicta: cupio abducere, vt reddam ſuis.
Nempe omnia haec nunc verba huc redeunt denique:
Excludor ego, ille 90 recipitur. qua gratia 91?
Niſi illum plus amas, quam me, & iſtam nunc 92 times,
Quae abducta eſt, ne illum talem praeripiat tibi (
T. Egone id timeo? *PH.* Quid te ergo ſolicitat? cedo 93.
Num ſolus ille dona dat? nunc vbi meam
Benignitatem ſenſiſti in te claudier 94?
Nonne, vbi mihi dixti 95, cupere te ex Aethiopia 96 An-

82 permitte. 83 vt hic miles habeat praerogatiuum in amore. 84 per hoſce. 85 cum tu facias iſta. 86 tandem ſentis dolorem propter hunc contemtum. 87 fortis. 88 ego hoc bene ſciebam. 89 quem ſcopum ſermonis tu haberes. 90 Miles. 91 quamobrem hoc fit? 92 & times nunc, ne iſta puella, quae abducta eſt, illum amatorem tibi praeripiat, *vor dem Maule wegnehme*, 93 dic mihi. 94 an ſenſiſti, benignitatem in te meam eſſe clauſam? 95 poſtquam dixiſti mihi. 96 natam, ori-

um-

Ancillulam, relictis rebus omnibus,
Quaesiui? Eunuchum porro dixti velle te,
Quia solae vtuntur his 97 reginae, repperi 98:
Heri minas viginti pro ambobus dedi:
Tamen contemtus abs te, haec habui in memo-
ria 99.
Ob haec facta abs te spernor. *T.* Qui isthuc, Phaedria 100?
Quamquam illam cupio abducere, atque hac re
arbitror
Id fieri posse maxume; veruntamen,
Potius quam te inimicum habeam, faciam, vt
iusseris.
PH. Vtinam istuc verbum ex animo ac vere dice-
res.
Potius quam te inimicum habeam. si isthuc crederem
Sincere dici, quidvis possem perpeti.
PA. Labascit 2, victus vno 3 verbo quam cito 4!
T. Ego non ex animo misera 5? quam ioco
Rem voluisti a me tandem, quin perfeceris 6

undam. 97 eunuchis. 98 inueni aliquem tibi eunuchum. 99 obseruaui. 100 cur ita loqueris? 1 quomodo iubebis. 2 iam incipit Phaedria vacillare in sua sententia. *Labascere* est errare. Plautus Rud. 5, v. 38.

Salutis sum: leno labascit: libertas portenditur.

3 victus & superatus est per vnicum verbum Thaidis, 4 quam cito superatus est! 5 egone misera femina hoc non dicam ex animo? 6 an aliqua res est, quam tu non perfeciſti, quam vel in ioco etiam a me postulasti?

7 sal-

Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum
Saltem vt concedas ſolum 7. *PH.* Siquidem biduum 8:
Verum ne fiant iſti viginti dies.
T. Profecto non plus biduum, aut 9. *PH.* Aut 10? nihil moror 11.
T. Non fiet, hoc modo ſine te exorem 12. *PH.* Scilicet
Faciundum eſt, quod vis. *T.* Merito amo te: bene facis.
PH. Rus ibo: ibi hoc me macerabo 13 biduum:
Ita facere certum 14 eſt: mos gerundus 15 eſt Thaidi.
Tu huc, Parmeno, fac illi 16 adducantur. *PA.* Maxume 17.
PH. In hoc biduum Thais vale. *T.* Mi Phaedria,
Et tu 18. nunquid vis aliud? *PH.* Egone quid velim?
Cum milite iſto praeſens, abſens vt ſies 19;

Dies,

---

7 ſaltem vt duos dies concedas, quos impendam in amorem cum milite. 8 facile hoc concedo, ſi modo ſit biduum. 9 apoſiopeſis, quum ita abrumpitur oratio, vt vix appareat quid dicturus quis fuerit. 10 quid eſt, quod dicas *aut?* cur addis *aut?* 11 eſt formula, qua vtimur, quum aliquid reſpuere & nihili pendere nec magnopere deſiderare videmur. Plaut. Mil. 2, 3. 9. & 3, 1, 163. Stich. 2, 1, 52. & 3, 1, 23. it. 5, 4, 32. 12 permitte te. 15 vide quae diximus ſupra hac voce. 14 decreui. 15 *morem gerere alicui* eſt alicui obtemperare Andr. IV, 1, 17. 16 Eunuchus & Aethiopiſſa. 17 omnino eos adducam. 18 vale etiam. 19 per omne iſtud tempus,

Dies, noctesque ames me: me desideres:
Me somnies: me exspectes: de me cogites:
Me speres: me 20 te oblectes: mecum tota sis:
Meus fac sis postremo animus, quando 21 ego sum tuus.
T. Me miseram! forsitan hic mihi parum 22 habeat fidem,
Atque ex 23 aliarum ingeniis nunc me iudicet.
Ego pol, quae mihi sum conscia 24, hoc certo scio,
Neque me finxisse falsi quidquam, neque meo
Cordi esse quenquam cariorem hoc 25 Phaedria:
Et quidquid huius feci 26, caussa virginis
Feci 27: nam me eius spero fratrem propemodum
Iam reperisse, adolescentem adeo nobilem: &
Is hodie venturum ad me constituit, domum.
Concedam hinc intro, atque exspectabo dum venit.

pus, quando eris praesens cum milite quoad corpus, vt absens tamen sis quoad animum. 20 de me. 21 postquam. 22 Phorm. a. 5. sc. 7. v. 27. *Itane parum mihi fidem esse apud te?* Plautus Pseud. a. 1. sc. 5. v. 62. *Cum apud de parum olet fides.* 23 mulierum. *ingenium* notat animi mores & consuetudinem viuendi. 24 per conscientiam meam. 25 & quod neminem magis amem quam hunc Phædriam. 26 in his rebus. 27 feci propter virginem.

ACTVS II. SCENA I.

PHAEDRIA, PARMENO.

PH. FAc ita, vt iussi, deducantur isti 1. *PA.* Faciam. *PH.* At diligenter.

1 Eunuchus & Aethiopissa. 2 quam

PA. Fiet. *PH.* At mature. *PA.* Fiet. *PH.* Satin' hoc mandatum eſt tibi ?
PA. Ah rogitas ? quaſi difficile fiet. vtinam
Tam aliquid facile invenire poſſis, Phaedria.
Hoc quam peribit 2! *PH.* Ego quoque vna pereo, quod mi 3 eſt carius.
Ne iſtuc tam iniquo patiare animo. *PA.* Minime: quin
Effectum dabo 4. ſed nunquid aliud imperas ?
PH. Munus noſtrum ornato 5 verbis, quod poteris: &
Iſtum aemulum 6, quod poteris, ab ea pellito.
PA. Memini, tametſi nullus moneas 7. *PH.* Ego rus ibo, atque ibi manebo.
PA. Cenſeo 11. *PH.* Sed heus tu. *PA.* Quid vis? *PH.* cenſen' poſſe me obfirmare 12, &
Perpeti, ne redeam interea? *PA.* Te ne? non hercle arbitror.
Nam aut iam reuertere, aut mox noctu te adiget 13 horſum inſomnia 14.

PH. Opus

---

2 quam donum hoc tuum fruſtre erit, quod Thaidi dari iubes. 3 quod mihi eſt grauius. 4 id efficiam. 5 laudato hoc donum noſtrum, quantum poteris. 6 riualem meum, militem. 7 et ſi me id non moneas. 11 Ironice q. d. *Ich wils glauben, daſs du dieſes werdeſt thun.* 12 me poſſe animum obfirmare, cogere. 13 *horſum* id eſt verſus hunc locum. Alibi non occurrit. 14 *inſomnia*, i. e. *die Schlafſloſigkeit.* haec vox non adeo frequens ponitur niſi apud veteres comicos.

15 labo-

PH. Opus faciam 15, vt defatiger vſque 16, ingratiis 17 vt dormiam:
PA. Vigilabis laſſus: hoc plus facies 18. *PH.* Ah! nil dicis 19. Parmeno.
Eiiciunda hercle haec 20 mollities animi, nimis me indulgeo 21.
Tandem ego non illa 22 caream, ſi ſit opus, vel totum 23 triduum? *PA.* Hui,,
Vniuerſum triduum? vide 24, quid agas. *PH.* Stat ſententia 25.
PA. Dii boni, quid hoc morbi eſt? adeon' ho, mines immutarier 26
Ex amore 27, vt non cognoſcas eundem 28 eſſe? Hoc nemo fuit
Minus ineptus, magis ſeuerus quiſquam, nec magis continens 29.
Sed quis hic eſt, qui huc pergit 30? at at, hic quidem eſt paraſitus Gnatho 31

15 laborabo. 16 adeo uſque. 17 contra voluntatem, *ingratiis* eſt aduerbium pro invita voluntate. Nepos Themiſtocle cap. 4. n. 4. *Vt ingratiis ad depugnandum omnes cogerentur.* 18 & tamen plus vigilabis quam dormies. 19 fruſtra haec mihi obiicis. 20 Velei. Paterc. I, 6, 2. dicit *mollitiis fluere* add. II, 18. & Cicero de Finib. I, 10. *Officia deſerere animi mollitia* 21 *me* eſt pro *mihi* per archaiſmum. 22 egone illa Thaide non carere poſſim? 23 vel imo per tres integros dies. 24 *verſuch es.* 25 ita decreui. 26 immutari. 27 propter amoren. 28 vt cognoſci illi poſtea non poſſint. 29 nemo fuit minus ineptus &c. quam hic Phaedria. 30 venit. 31 Gnatho, paraſitus militis.

32 Thai-

Militis. ducit secum vna virginem huic 32 dono:
papae!
Facie honesta 33. mirum, ni ego me turpiter hodie heic dabo 34
Cum meo decrepito 35 hoc eunucho, haec superat 36 ipsam Thaidem.

32 Thaidi. 33 quam pulcra est eius facies! 34 ludibrio omnium cum sene meo me exponam. 35 *decrepitus* senex appellatur, quia, vt Festus ait, *propter senectutem nec mouere se nec vllum facere potest crepitum.* 36 quoad pulcritudinem.

ACTVS II. SCENA II.

GNATHO, PARMENO.

G. Di immortales! homini homo quid praestat 1! stulto intelligens 2?
Quid interest! hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi:
Conueni 3 hodie aduenientem quendam mei loci 4 hinc atque ordinis 5,
Hominem haud impurum 6, itidem 7 patria qui abligurierat bona.
Video 8 sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obsitum 9.

Quid

1 Quanta differentia est inter homines. 2 quid praestat stulto intelligens! quid interest inquam? 3 locutus cum quodam. *4 meinen Landesmann.* 5 mei status, meae professionis seu conditionis. 6 honestum, elegantem. 7 & qui pariter bona sua, quae a patre acceperat, comederat. 8 *sentus* dicitur horridus, ab horrore, qui sentibus, id est spinis, inest. 9 qui laceratam habebat vestem, & iam senex erat.

10 pol-

Quid istuc, inquam, ornati 10 est? quoniam mi fer' quod habui, perdidi;
Hem quo redactus sum! omnes noti me atque amici deserunt.
Heic ego illum contemsi prae me 11; quid homo, inquam, ignauissime,
Itane parasti 12 te, vt spes nulla reliqua in te siet tibi?
Simul consilium cum re amisti 13? viden, me ex 10 eodem ortum loco 14?
Qui color, nitor, vestitus, quae habitudo 15 est corporis?
Omnia habeo, neque quidquam habeo: nil cum est, nil defit 16 tamen:
At ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas 17 pati
Possum. Quid? tu his rebus credis 18 fieri? tota erras via 19.
Olim isti fuit generi quondam quaestus apud 15 seclum prius 20.
Hoc nouum est aucupium 21: ego adeo 22 hanc primus inueni viam.

10 potest esse genitiuus antiquus a substantiuo *ornatus*; & vsitatus ab adiectiuo nomine *ornatus, a, um*. 11 ego me feliciorem esse putaui quam ipsum. 12 vixisti. 13 amisisti. 14 videsne me, qui ex eadem, qua tu, ciuitate sim natus. 15 *Manierlickeit*, ornatus. 16 deest mihi. 17 verbera & contumelias. 18 tune putas id fieri per has res? 19 longissime erras. 20 homines nostrae conditionis talem quaestum habuerunt in temporibus antiquis. 21 hoc autem tempore capimus homines novo modo. 22 scilicet. 23 qui

Eſt genus hominum, qui eſſe primos ſe omnium rerum volunt 23,
Nec ſunt 24. hos conſector 25: hiſce ego non paro me vt rideant 26
Sed eis vltro arrideo, & eorum ingenia admiror ſimul.
Quidquid dicunt, laudo: id rurſum ſi negant, laudo id quoque.
Negat quis, nego: ait, aio: poſtremo imperaui egomet 27 mihi,
Omnia aſſentari 28. is quaeſtus nunc eſt multo vberrimus 29
P. Scitum 30 hercle hominem! hic 31 homines prorſum ex ſtultis inſanos facit.
G. Dum haec loquitur, interea loci 32 ad macellum vbi 33 aduenimus,
Concurrunt laeti mihi obuiam cupedinarii 34 omnes,
Cetarii 35 lanii, coqui, fartores 36, piſcatores, aucupes,

Qui-

23 qui videri aliquid, & ſuper omnes eminere volunt. 24 nec tamen ſunt tales. 25 hos ſequor, ad hos me applico. 26 ego me his paro & addico, non vt me irrideant. 27 egomet mihi hunc legem poſui, 28 aſſenſſum praebere in omnibus. 29 ex hoc quaeſtu magnam habeo vtilitatem. 30 elegans certe hic homo eſt. 31 homo. 32 ſupra act. 1. ſc. 2. v. 46. 33 poſtquam. 34 qui delicatas eſcas parant, *Zuckerbecker*, 35 qui piſces marinos vendunt. 36 qui farcimina faciunt.

37 cum

Quibus & re ſalua 37 & perdita 38 profueram & proſum ſaepe.
Salutant 39: ad coenam vocant: aduentum 40 gratulantur.
Ille vbi miſer, famelicus, videt me eſſe in tantum honorem 41,
Et tam facile victum quaerere 42; ibi homo coe-30
pit me obſecrare 43,
Vt ſibi liceret diſcere id de me 44. ſectari iuſſi 45:
Si potis 46 eſt, tamquam 47 philoſophorum habent diſciplinae ex ipſis
Vocabula, paraſiti itidem vt 48 Gnathonici vocentur.
P. Viden' otium, & cibus quid facit alienus 49? *G.* Sed ego 50 ceſſo
Ad Thaidem hanc deducere, & rogitare ad coe-35
nam ut veniat?
Sed Parmenonem ante oſtium Thaidis triſtem video,
Riualis ſeruum 51. ſalua eſt res 52, nimirum heic homines frigent 53

37 cum meae res adhuc eſſent ſaluae. 38 & cum ego omnia perdidiſſem. 39 illi me. 40 de aduentu meo. 41 in tanto honore. 42 inuenire. 43 vehementer rogare. 44 hanc artem a me. 45 iuſſi, vt ipſe me ſequeretur, vt diſcipulus meus eſſet. 46 ſi modo fieri poteſt, vt paraſiti vocentur Gnathonici. 47 quemadmodum diſciplinae & ſectae Philoſophorum a Philoſophis habent nomina, v. g. Platonici, a Platone &c. 48 a Gnathone. 49 quem alium dant homines. 50 cur ego. 51 qui eſt ſeruus riualis noſtri militis. 52 omnia bene ſe habent. 53 illi rem ſuam non ſatis feliciter agunt.

Nebulonem Hunc certum eſt ludere 54. *P.* Hinc hoc munere arbitrantur
Suam Thaidem eſſe 55. *G.* Plurima ſalute Parmenonem
Summum ſuum impertit Gnatho 56. quid agitur? *D.* Statur. *G.* Video.
Num quidnam heic, quod nolis, vides 57? *P.* Te 58 *G.* Credo; at nunquid aliud 59?
P. Quid dum 60? G. Quia triſtis es. *P.* Nihil equidem 61. *G.* Ne ſis 62. ſed quid videtur
Hoc tibi mancipium 63? *P.* Non malum 64 hercle.
G. Vro hominem 65. *P.* Vt falſus animi eſt 66!
G. Quam hoc munus gratum Thaidi arbitrare 67 eſſe? *P.* Hoc nunc dicis,
Eiectos hinc nos 68. omnium rerum heus 69! viciſſitudo eſt.
G. Sex ego te totos, Parmeno, hos menſes quietum reddam 70.

Ne

gunt. 54 illudere, vexare. 55 hi ſibi perſuadent, ſe poſſe gratam rem facere Thaidi per hoc munus. 56 Gnatho ſalutat Parmenonem ſummum ſuum amicum. 57 tune vides heic aliquid, quod nolis videre. 58 te video. 59 vides. 60 quare vero? 61 non ſane ſum triſtis. 62 noli eſſe triſtis. 63 quid iudicas de hac ſerua? 64 ea non eſt mala, ſed pulcra. 65 ad furorem commoueo illum. 66 eſt graeciſmus pro *falſus animo*. Tacitus Lib. II. Annal. cap 26. *laetus animi miles*. Lib. IV. Annal cap. 52, *modicum dignationis*. 67 quam egregie ipſe ſe decipit! 68 tu videris mihi dicere, ac ſi propter hoc donum tuum nos ſimus eiecti. 69 audi 70 ego faciam, vt quiete poſſis frui per ſex menſes.

71 coga-

Ne sursum, deorsum cursites 71, neue vsque ad
lucem 72 vigiles.
Ecquid beo 73 te? *P.* Mene 74? papae! *G.* Sic so-
leo amicos 75. *P.* Laudo.
G. Detineo te fortasse: tu profectus alio fueras 76?
P. Nusquam 77. *G.* Tum tu igitur paululum da mihi operae 78: fac admittar
Ad illam 79. *P.* Age modo, nunc tibi patent fores
hae, quia istam 80 ducis.
G. Num quem euocari hinc vis foras 81? *P.* Sine 82, biduum hoc praetereat:
Qui mihi nunc vno digitulo forem aperis fortu-
natus,
Nae tum istam faxo calcibus saepe insultabis fru-
stra 83.
G. Etiam nunc heic stas Parmeno? eho num-
nam 84 tu heic relictus custos,
Ne quis forte internuncius 85 clam a milite 86 ad
istam cursitet?
P. Facete dictum 87. mira vero, militi quae pla-
ceant 88.

Sed

71 cogaris currere. 72 per totam noctem vsque ad diem. 73 nonne hoc ingens officium est, quod tibi exhibeo? 74 tune me bees? 75 meos beare & felices reddere. 76 tu fortassis aliorsum ire voluisti. 77 ire volebam, 78 hanc exiguam operam mihi praesta. 79 Thaidem. 80 virginem seu seruam. 81 visne, vt aliquem euocem? *herausruffen.* 82 sine, vt. 83 faxo, vt tu istam forem frustra calcibus insultes, qui mihi nunc eam aperis digitulo. 84 an tu es. 85 nuncius. *ein Angeschickter.* 86 missus. 87 *das ist artig geredet.* 88 an vero mirum, id

GIORGIO DE CHIO UNIVERSITÀ

Sed video herilem 89 filium minorem huc advenire.
Miror, quei ex Piraeo 90 abierit: nam ibi custos publice est nunc 91
Non temere: properans venit. nescio 92 quid cumspectat.

id est, quod tam egregiae res placeant militi? 89 heri mei. 90 quomodo vel cur abierit ex Pireaeo, portu Athenienſi. 91 ille enim ibi nunc habet custodiam publicam. 92 quamobrem.

ACTVS II. SCENA III.

CHAEREA, PARMENO.

C. Occidi 1!
Neque virgo est vsquam, neque ego 2, qui illam e conspectu amisi meo.
Vbi quaeram? vbi investigem? quem perconter? quam insistam viam?
Incertus sum: vna haec spes est; vbi vbi 3 est, diu celari non potest.
O faciem pulchram! deleo 4 omnes dehinc ex animo mulieres.
Taedet quotidianarum 5 harum formarum. *P.* Ecce alterum 6,

De

1 Perii. ah! 2 scil. vsquam sum, id est, dum illa periit, ego quoque perii. 3 vbicunque illa demum sit. 4 eiicio. deleo erga reliquas mulieres amorem in animo meo, oblitione istarum. Cicero in Philipp. I. cap. 1. *Omnem memoriam discordiarum oblitione sempiterna delendam censui.* 5 Vulgarium, quales reperire possumus quotis die. 6 putat Chaeream.

7 hic

De amore neſcio quid loquitur. o infortunatum ſenem!
Hic vero eſt, qui ſi amare occoeperit, ludum iocumque dices 7
Fuiſſe illum alterum, prout huius rabies quae dabit 8.
C. Vt dii illum deaequae ſenium 9 perdant, qui 10 me hodie remoratus 10 eſt,
Meque adeo 11, qui reſtiterim: dum autem 12, qui illum flocci fecerim.
Sed eccum Parmenonem. ſalue. P. Quid tu es triſtis, quidue alacris 13?
Vnde is 14? C. Egone 15? neſcio hercle, neque vnde eam 16, neque quorſum eam 17:
Ita prorſum oblitus ſum mei.
P. Quei quaeſo 18? C. Amo. P. Ehem! C. Nunc, Parmeno, te oſtendes, qui vir ſies 19.
Scis te mihi ſaepe pollicitum 20 eſſe: Chaerea, aliquid inueni

Modo

7 hic vero eſt talis ſenex, qui ſi inceperit amare, dices, Phaedriae amorem nihil eſſe niſi ludum & iocum. 8 integra oratio eſt: prout illa ſunt, oſtendunt, quae rabies ſeu inſania huius Chaereae dabit, efficiet. 9 ſenem. 10 impediuit. 11 & dii me quoque perdant. 12 tum autem dii quoque me ideo perdant. 13 cur tu es tam triſtis & tam ſedulus, *ſo emſig und geſchaeftig?* 14 vnde venis? 15 cur ſim triſtis? 16 veniam. 17 abeam. 18 cur vero? 19 quantus vir ſis. 20 ita dixiſſe: excogita tu modo aliquid.

Modo quod ames: in ea re vtilitatem ego faciam vt noſcas 21 meam:
Dum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum 22.
P. Age inepte. *C.* Hoc hercle factum eſt: fac, 23 ſis, nunc promiſſa appareant 24,
Siue adeo digna res eſt, vbi tu neruos intendas tuos 25.
Haud ſimilis virgo eſt virginum noſtrarum: quas matres ſtudent
Demiſſis humeris 26 eſſe, vincto pectore, vt gracilae ſient. 27
Si qua eſt habitior 28 paulo, pugilem 29 eſſe aiunt: deducunt cibum:
Tametſi bona eſt natura, reddunt curatura iunceas 30.

Ita-

21 vt intelligas, quam maxime tibi vtilis ſim. 22 illo tempore tu mihi hoc pollicitus eſt, cum omnem penum patris in cellulam tuam portabam. 23 *ſis* eſt pro *ſi vis* κατὰ συγχοπὴν & additur tam imperatiuis, quam infinitiuis. frequenter occurrit. 24 vt ea appareant, quae tu promiſiſti. 25 vbi tu omnem *operam* adhibeas. *nerui* enim omnem vim & robur corporis membris dant. Cicero in Verr. II, 12. *Opus dignum, in quo omnes neruos etatis induſtriaque mea contenderem.* 26 matres ſtudent, vt virgines habeant humeros demiſſos. 27 *ſie müſſen ſich ſtarck und enge ſchnüren, damit ſie geſchlanck werden.* Antiquitus faſcia quadam mamillas cohibere ſolebant. Sed quid hodie moris eſt? 28 craſſior. 29 *Pugiles* enim & *Athletae* validis & robuſtis corporibus ſint oportet. 30 tametſi bona eſt virginum natura

Itaque ergo 31 amantur. *P.* Qui tua iſthaec 32? *C.* 25
Noua figura oris 33. *P.* Papae!
C. Color verus 34, corpus ſolidum, & ſucci plenum. *P.* Anni 35? *C.* Sedecim.
P. Flos 36 ipſe. *C.* Hanc tu mihi vi, clam, precario 37
Fac tradas: mea nil refert 38, dum potiar modo.
P. Quid, virgo cuia 39 eſt? *C.* Neſcio hercle *P.* Vnde eſt? *C.* Tantundem 40. *P.* Vbi habitat?
C. Ne id quidem 41. *P.* Vbi vidiſti? *C.* In via. *P.* 30
Qua ratione amiſiſti?
S. Id equidem adueniens mecum ſtomachabar 42 modo:
Neque quemquam hominem eſſe ego arbitror, cui magis bonae
Felicitates omnes aduerſae ſient.
Quid hoc eſt ſceleris 43? perii. *P.* Quid factum eſt? *C.* Rogas?

Pa-

---

ra & bonus habitus corporis, tamen efficiunt per hanc curam, vt fiant adeo ſiccae, tanquam iuncus aut baculus, *ſo dürre wie ein ſcheit.* vox *curatura* eſt rara maxime. Donatus ad h. l. cura *mentis eſt*; curatio *medicinae*: curatura *diligentiae.* 31 & propterea illae amantur. 32 quomodo autem comparata eſt tua virgo? 33 extraordinariam illa habet pulcritudinem. 34 naturalis. 35 quotnam illa annos habet? 36 flos aetatis. 37 per preces. 38 *ich frage darnach nichts.* 39 ad quem pertinet illa virgo? 40 hoc tantumdem ſcio, quantum prius ſciui. 41 ſcio. 42 propterea iratus eram. 43 quanta infelicitas! *ſcelus* pro infortunio. Martialis;

Acci-

Patris cognatum atque aequalem 44 Archidemidem
Noſtin'? *P.* Quidni 45? *C.* Is, dum ſequor hanc 46, fit mihi obuiam.
P. Incommode 47 hercle. *C.* Imo enim vero infeliciter 48:
Nam incommoda alia ſunt dicenda, Parmeno.
Illum liquet mihi deierare, his menſibus
Sex, ſeptem prorſum non vidiſſe proxumis 49;
Niſi nunc, cum minime vellem, minimeque opus fuit.
Eho, nonne hoc monſtri ſimile 50 eſt? quid ais? *P.* Maxume.
C. Continuo 51 accurrit ad me, quam longe quidem 52,
Incuruus, tremulus, labiis demiſſis, gemens: 53
Heus, heus, tibi dico, Chaerea, inquit. reſtiti.
Scin' quid ego te volebam? dic 54. cras eſt mihi Iudicium 55. quid tum 56? vt diligenter nuncies Patri,

Accidit infandum noſtrae ſcelus, Aule, puellae.
Amiſit luſus delicieasque ſuas.

44 qui totidem annos habet, perinde ſenex. 45 cur ego illum non nouerim? 46 virginem. 47 inopportuno tempore. 48 illi mihi fit obuiam. 49 ego poſſum iurare, quod illum non viderim in his proximis ſex vel ſeptem menſibus. 50 nonne hoc quaſi miraculum quoddam videtur? 51 ſtatim is. 52 quam longe a me potuit conſpicere. 53 viuis coloribus ſenis mores repraeſentat. 54 *dic* dicit Chaereas ad ſenem. 55 eſt reſponſio ſenis. *iudicium* h. l. eſt *ein Gerichts-Termin.* 56 quid hoc ad me atti-

Patri, aduocatus mane mihi esse vt meminerit 57
Dum haec dicit, abiit hora. rogo, num quid velit?
Recte 58. inquit. abeo. cum huc respicio ad virgi-
nem,
Illa sese interea commodum huc aduorterat 59
In nostram hanc plateam. P. Mirum 60, ni hanc
dicis modo,
Huic quae data est dono 61. C. Huc cum aduenio,
nulla erat 62,
P. Comites secuti scilicet sunt virginem 63?
C. Verum 64, parasitus cum ancilla. P. Ipsa est: 55
ilicet 65
Desine. iam conclamatum 66 est. C. Alias res a-
gis 67.
P. Istuc ago quidem 68. C. Nostin' quae sit? die
mihi: aut
Vidistin'? P. Vidi, noui: scio, quo abducta 69 sit.
C. Eho,

attinet? inquit Chaereas. 57 ne obliuiscatur, crastino mane esse meus aduocatus. *Aduocatus* non tam est patronus, qui causam tractabat, aut qui ius suggerit, sed etiam qui amico praesentiam suam commodat. 58 bene se habent omnia, nihil aliud desidero 59 illa interea opportune abierat. 60 mirum mihi videtur. 61 nisi hanc intelligas quae nunc dono data est Thaidi. 62 nuspiam poterat inueniri. 63 an erant comites aliqui apud istam virginem? 64 imo. 65 iam iri mihi licet. nam *ilicet* dicitur per Syncopen pro *ire licet*. Donatus in Phorm. I, 4. *Semper*, Ilicet, *finem rei significat*. 66 iam acta res est. 67 aliam rem habes in mente. 68 & nullam aliam rem. 69 quorsum illa ducta fuerit.

70 quis

C. Eho, Parmeno mi, noſtin'? *P.* Noui. *C.* Et ſcis, vbi ſiet?
P. Huc deducta eſt ad Thaidem: ei dono data eſt.
C. Quis is eſt tam potens cum tanto munere hoc? *P.* Miles Thraſo,
Phaedriae riualis. *C.* Duras fratris partes praedicas.
P. Imo enim, ſi ſcias quod donum huic dono contra comparet,
Tum magis dicas. *C.* Quodnam quaeſo hercle? *P.* Eunuchum. *C.* Illumne obſecro
Inhoneſtum hominem, quem mercatus eſt heri ſenem, mulierem?
P. Iſtunc ipſum. *C.* Homo quatietur certe cum dono foras.

Sed

---

70 quis eſt ille vir tam diues, qui dare poteſt tam pretioſum donum? 71 *riuales* proprie ſunt, qui ad eundem riuum veniunt, ſiti compulſi, vt Phaedrus Lib. I. fab. I. ait. Gellius N. A. XIV, 1. *Negotium quoque alicuius quod ei forte de aquae ductu cum riualibus, aut de communi pariete cum vicino apud iudicem eſt.* Metaphorice deinde æmulis vſurpatur, qui quaſi vnum riuum amoris, ſectantur *die ſich mit einer Hure zugleich behelffen.* 72 de duro & graui officio dicis quod fratri meo ſuſtinendum erit. Partes de munere, officio, negotio vſurpari conſtat. Cic. lib. III. de Orat. *Sed hoc tamen cecidit mihi peropportunam, quod transactis iam meis partibus ad Antonium audiendum veniſtis.* 73 ſi ſcites, quam egregium donum ille comparet huic dono. 74 donum. 75 qui non vir eſt, ſed mulier. 76 eiicietur foras.

77 eſſe

Sed iſtam Thaidem non ſciui nobis vicinam 77.
P. Haud diu 78 eſt
C. Perii. nunquam ne etiam me illam vidiſſe 79? ehodum dic mihi,
Eſt ne, vt fertur 80, forma 81? *P.* Sane 82. *C.* At nihil ad noſtram hanc 83. *P.* Alia res 84 eſt.
C. Obſecro te hercle, Parmeno, fac vt potiar. *P.* Faciam ſedulo, ac
Dabo operam, adiutabo. nunquid me aliud 85? *C.* Quo nunc is? *P.* Domum,
Vt mancipia 86 haec, ita vt iuſti frater, deducam ad Thaidem.
C. O fortunam iſtum Eunuchum, qui quidem in hanc detur domum!
P. Quid ita? *C.* Rogitas? ſumma forma ſemper conſeruam domi

Vide-

77 eſſe. 78 quod illa nobis vicina eſt. 79 vnde vero factum eſt, quod ego illam nunquam viderim? 80 vti dicitur. 81 ſcil. eleganti. 82 illa elegans eſt. 83 cum noſtra hac comparari illa non poteſt. 84 haec res a ſcopo aliena eſt, nec de illa differendum puto. 85 an quidquam aliud deſideras a me? 86 *Mancipia*, quae ita dicta ſunt quod ab hoſtibus *manu caperentur*, alia erant *Vrbana*, alia *Ruſtica*, alia *Nouitia*, alia *Veterena*. A. Emptoris nomine & patria in Tabula notabantur, additis illis: Ἀγαθῇ τύχῃ ſ. B. & F. id eſt *Bonum Factum*. De pretio *Mancipii* lege Hofman. Lexic. Vniuerſ. Continuat. Tom. II. p. 15. add. Lucianum de Vitarum auctione, Scaligerum ad Propertii Lib. IV. p. 268. & 269. Durantium Varior. Lib. I. cap. 10. & Pignorium Comment. de Seruis. In auctore mancipia

ſunt

75 Videbit 87, conloquetur, aderit vna 88 in vnis aedibus,
Cibum nonnunquam capiet cum ea, interdum propter 89 dormiet.
P. Quid, si nunc tute fortunatus 90 fias? C. Qua 91 re, Parmeno?
Responde. P. Capias tu illius 92 vestem. C. Vestem? quid tum postea 93?
P. Pro illo 94 te deducam 95 C. Audio. P. Te esse illum dicam. C. Intelligo.
80 P. Tu illis fruare commodis, quibus tu illum dicebas modo. 96:
Cibum vna capias, adsis, tangas, ludas, 97 propter dormias 98:

Quam

---

sunt Eunuchus & Aethiopissa. 87 ille eunuchus semper videbit hanc conseruam domi. 88 simul cum ea. 89 prope illam. 90 quid? si tu nunc posses tam fortunatus fieri? 92 Eunuchi. 93 fiet. 94 eunucho. 95 ad Thaidem. 96 posse frui. 97 *ludere* h. l. ponitur de re amoris, venerea, vt vox Ebraeorum. צָחַק in isto Geneseos XXVI, 8. *Und Isaac schertzte* (מְצַחֵק ludens) *mit seinem weibe Rebecca.* Horat. Lib. III. Od. 15. *Lasciuae similem ludere capreae*; & lib. IV. Od. 13. *Ludisque & bibis impudens.* Sardanapali epitaph. apud Athen. lib. 12. Ἐγὼ δ' ἐβασίλευσα, καὶ ἄχρις ἑῴων τε ἡλίε φῶς ἔπιον, ἔφαγον, ἀφροδισίασα, *Ego regnaui, & quamdiu Solis lucem adspexi, edi, bibi, venereisque rebus operam dedi*; ἀφροδισιάζειν vero est *ludere.* 98 prope eam dormias, vt paullo ante v. 76. dixerat... *Propter* pro *prope* saepe vsurpatur, vide Turtellinum de Particulis pag. 999 edit. Schwartzii.

99 prae-

Quandoquidem 99 illarum neque quisquam te
nouit, neque scit, qui sies;
Praeterea forma, aetas ipsa est, facile vt te pro
Eunucho probes.
C. Dixisti pulchre: nunquam vidi melius consi-
lium dari.
Age eamus intro: nunc iam orna me, abduc, duc, 85
quantum potest 100.
P. Quid agis? iocabar equidem. *C.* Garris 1. *P.*
Perii quid ego egi miser?
Quo 2 trudis? perculeris iam tu 3 me: tibi equi-
dem dico, mane.
C. Eamus. *P.* Pergin' 4? C. Certum 5 est. *P.* Vide,
ne nimium calidum hoc sit modo 6.
C. Non est profecto 7: sine. *P.* At enim isthaec in
me cudetur faba 8 ah.
Flagitium, facinus. *C.* An id flagitium est, si in 90
domum meretriciam.

I Dedu-

99 praesertim, quoniam nulla ex his feminis te nouit. 100 quam cito id fieri potest. 1 nugas dicis. 2 ad quam rem tu me compellis? 3 penitus destruxisses, perdidisses me, si animum meum ad istam rem commouere continuare velles. *Percellere* est h. l. verbum praegnans. 4 tune obtinebis hanc sententiam? 5 ita certe decrevi. 6 caue tibi, ne hoc consilium nimis sit periculosum. *calidum* h. l. est θερμὸν id est audax, praeceps & per consequens periculosum. 7 permitte, vt intro eam. 8 omne periculum in me cadet. Metaphora sumitur a faba, quae cum siliquis exuitur & fustibus in terra intunditur; non tam ipsa faba, quam terra molo-

Deducar, & illis crucibus 9, quae nos, noſtramque adoleſcentiam
Habent deſpicatam 10, & quae nos ſemper omnibus cruciant modis,
Nunc referam gratiam 11, atque eas itidem 12 fallam, vt 13 ab illis fallimur?
An potius haec patri aequum eſt fieri 14, vt a me ludatur dolis 15?
Quod qui reſcierint, culpent 16: illud merito 17 factum omnes putent.
P. Quid iſtuc? ſi certum eſt facere 18, facias. verum ne poſt 19 conferas
Culpam in me. *C.* Non faciam. *P.* Iubes ne? *C.* Iubeo, cogo, atque impero,
Nunquam defugiam auctoritatem. 20 *P.* Sequere. *C.* Dii vortant bene 21.

moleſtiam, vt ita loquar, percipit. 9 feminis, quae nos vexant. 10 contemnunt. 11 *Revenge geben.* 12 pariter. 13 quemadmodum. 14 an potius iuſtum eſt, vt ego hoc faciam meo patri? 15 vt illum decipiam? 16 quoniam forte illi, qui hoc audient, me culpabunt. 17 iure meritoque. 18 ſi decreuiſti hoc facere. 19 poſtea. 20 mandatum tuum. 21 hoc conſilium.

ACTVS III. SCENA I.

THRASO, GNATHO, PARMENO.

T. MAgnas vero agere gratias Thais mihi 1? *G.* In-

1 Anne Thais magnas mihi agebat gratias? Cicero. de amicitia cap. 26. *Ne paraſitorum in comoedia aſſentatio nobis facета videretur, niſi eſſent milites glorioſi.*

Magnas vero agere Thais mihi?

Satis erat reſpondere. Magnas: ingentes, *inquit*, *Semper*

G. Ingenteis. T. Ain' tu, laeta 2 eſt? G. Non
tam ipſo quidem
Dono, quam abs te datum 3 eſſe: id vero ſerio
Triumphat 4. P. Huc prouiſo, vt, vbi tempus ſiet,
Deducam 5: ſed eccum militem. T. Eſt iſtuc datum
Profecto mihi, vt ſint grata, quae facio omnia 6.
G. Aduerti hercle animum 7. T. Vel rex ſemper
maxumas
Mihi agebat, quidquid feceram, aliis non item 8.
G. Labore alieno magno partam gloriam
Verbis ſaepe in ſe transmouet, qui habet ſalem,
Qui in te 9 eſt. T. Habes 10. G. Rex te ergo in oculis 11? T. Scilicet 12. I 2 G. Ge-

Semper auget aſſentator id, quod is, cuius ad voluntatem dicitur, vult eſſe magnum. 2 quid ais, illane laeta eſt? 3 illa laeta vtique erat, non tam propter hoc donum, aut eius excellentiam, ſed ideo, quoniam illud datum erat abs te. 4 propter hoc illa vehementer ac ſerio gaudet, & quaſi triumphum agit. *Propter* interdum omittitur. Eunuch. V, ſc. 7. *Nunc id prodeo, vt conueniam Parmenonem*, pro: *nunc propter id prodeo.* 5 Eunuchum & Aethiopiſſam ad Thaidem. 6 ego hoc accepi a naturae benignitate, vt omnia grata ſint, quae facio. 7 Ad hoc beneficium, quod a natura accepiſti, ſemper animum meum aduerti, & iſtud admiratus ſum. 8 imo etiam rex meus maximas mihi agebat gratias pro eo, quod feceram, aliis vero non perinde agebat gratias. 9 ille qui habet talem ſapientiam, qualis in te eſt, gloriam transfert in ſe, quam alii ſibi pepererunt magno labore. *Qui habet ſalem* eſt, *qui ſapiens, prudens eſt*, atque ingenium hilare & facetum tenet. Metaphora fit a ſenſu guſtandi ad animum. Hinc *inſulſus* homo eſt moribus inelegantibus & ſapientia deſtitutus; *inſulſa oratio*, quae caret elegantia. 10 habes, tenes veritatem. 11 geſtabat. 12 vtique. 13 ge-

G. Geſtare 13. *T.* Vero 14 credere omnem exercitum,
Conſilia 15. *G.* Mirum. *T.* Tum ſicubi eum ſatietas
Hominum, aut negotii ſi quando odium ceperat 16,
Requieſcere vbi 17 volebat, quaſi 18: noſtin'? *G.* Scio.
Quaſi vbi illam exſpueret miſeriam ex animo 19. *T.* Tenes 20.
Tum me conuiuam ſolum abducebat ſibi 21. *G.* Hui,
Regem elegantem narras. *T.* Imo ſic homo
Eſt per paucorum hominum 22. *G.* Imo nullorum arbitror 23,
Si tecum viuit 24. *T.* Inuidere 25 omnes mihi,
Mordere clanculum 26: ego flocci pendere 27:
Illi inuidere miſere 28, verum vnus tamen
Impenſe 29, elephantis quem Indicis praefecerat.

Is

13 geſtabat. 14 *Vero* h. l. eſt *quin imo.* 15 rex mihi tradebat ſuum exercitum, & mecum communicabat omnia ſua conſilia. 16 praeterea, quoties rex laſſus erat conuerſatione cum homin bus, aut a negotiis. 17 quando, quoties. 18 apoſiopeſis. 19 quaſi vt eiiceret ex animo taedium, quod conceperat ex illa conuerſatione. 20 probe dicis. 21 ad ſe, ſecum. 22 cui pauci homines placent. 23 imo puto eum non poſſe converſari cum aliis. 24 ſi rex viuit cum te ſolo. 25 quod mihi omnes inuiderent. 26 *und ſtichelten heimlich auf mich.* 27 id ego contemnebam. 28 illi vehementer mihi inuidere pergebant. 29 ſed vnus tamen ex illis omni-

Is vbi moleſtus magis 30 eſt, quaeſo, inquam, Strato,
Eo ne es ferox, quia habes imperium in bel-25 luas 31?
G. Pulchre me hercle dictum & ſapienter. papae!
Iugularas hominem 32: quid iſte 33? *T.* Mutus illico 34.
G. Quid ni eſſet 35? *P.* Dii veſtram fidem, hominem perditum,
Miſerumque, & illum ſacrilegum 36! *T.* Quid? illud Gnatho,
Quo pacto Rhodium tetigerim in conuiuio 37, 30
Nunquid 38 tibi dixi? *G.* Nunquam: ſed narra obſecro.
Plus millies iam audiui. *T.* Vna 39 in conuiuio
Erat hic, quem dico, Rhodius adoleſcentulus.
Forte habui ſcortum: coepit ad id alludere: 40,
Et me irridere. quid agis, inquam, homo impu-35 dens?
Lepus tute es, & pulpamentum quaeris 41 *G.* Ha, ba, hae!

omnibus prae caeteris mihi inuidebat. 30 quoniam maximam mihi moleſtiam creat. 31 tune es ideo ferox, quoniam imperium habes in elephantos? 32 propemodum occidiſti hominem hoc verbo. 33 potuiſſet reſpondere. 34 ſtatim obmutuit. 35 ſcil. mutus. 36 ſceleratum. 37 quomodo tractauerim in conuiuio quendam Rhodium. 38 annon. 39 ſimul mecum 40 *auf dieſelbe zu ſticheln oder zu ſchrauben.* 41 tu quaeris apud alios, quod tu ipſis praebes. *pulpamentum* eſt

T. Quid eſt? *G.* Facete, ſlepide, laude 42, nihil ſupra 43,
Tuumne, obſecro te, hoc dictum erat 44? vetus, credidi 45.
T. Audieras? *G.* Saepe 46; & fertur in primis 47, *T.* Meum eſt 48
G. Dolet, dictum imprudenti adoleſcenti, & libero 49.
P. At te dii perdant. *G.* Quid ille quaeſo 50? *T.* Perditus 51.
Riſu omnes, qui aderant, emoriri 52. denique
Metuebant omnes iam me. *G.* Non iniuria.
T. Sed heus tu, purgon' ego me de iſtac 53 Thaidi,
Quod eam me amare ſuſpicata 54 eſt? *G.* Nihil minus,
Imo magis auge ſuſpicionem. *T.* Cur? *G.* Rogas 55?
Scin? ſi quando illa mentionem 56 Phaedriae Facit,

---

eſt carnoſa pars, qualis poſterior eſt leporis ſupra armos. 42 bene hoc dictum eſt. 43 vt nihil poſſit melius dici. 44 an tu excogitaſti hoc dictum? 45 ego enim ſemper putaui, hoc dictum originem ſuam habere ab antiquis. 46 ſaepe illud audiui. 47 & hoc dictum eſt vnum ex optimis. 48 ego ſum auctor huius prouerbii. 49 dolet, quod tu hoc dixeris homini, qui non ſeruus erat. 50 reſpondebat, 51 plane velut occidebatur. 52 emori volebant, *ſie hætten vor lachen zerſpringen mögen.* *emoriri* ponitur pro *emori*. *Moriri* pro *mori* vſurpauit Plautus Aſin. a. 1. ſc. 1. v. 108. 53 an ego me debeam excuſare Thaidi propter iſtam puellam, 54 quoniam Thais ſuſpicata eſt, me amare hanc puellam. 55 interrogas? 56 Phaedriam nominat.

57 cum

Facit, aut ſi laudat, te vt male 57 vrat. *T.* Sentio.
G. Id vt ne fiat, haec res ſola eſt remedio 58.
Vbi nominabit Phaedriam, tu Pamphilam
Continuo 59. ſi quando illa dicet Phaedriam
Commeſſatum 60 intromittamus: tu, Pamphilam
Cantatum 61 prouocemus. ſi laudabit haec
Illius 62 formam; tu huius contra 63, denique
Tu par pari referto, quod eam remordeat 64.
T. Siquidem 65 me amaret, tum iſtuc prodeſſet, Gnatho.
G. Quando 66 illud, quod tu das, exſpectat, atque amat,
Iam dudum amat te: iam dudum illi facile fit,
Quod doleat 67, metuit ſemper, quem ipſa nunc capit
Fructum, ne quando iratus tu alio conferas 68.
T. Bene dixti, at mihi iſtuc non in mentem venerat.
G. Ridiculum: non enim cogitaras 69: caeterum,

57 commoueat ad iram. *damit ſi dich* jaloux *oder eiferſüchtig machen möge.* 58 haec ſola res poteſt id impedire. 59 nominabis. 60 ad commeſſandum, ad coenam. 61 tu dicere debes: prouocabimus Pamphilam ad cantandum. 62 Phaedriae. 63 Phaedriae formam laudabis. 64 vt ipſa ſentiat aculeos & morſus. 65 ſane ſi illa me amaret. 66 quoniam Thais. 67 iam dudum facile eſt, excitare Thaidi dolorem. 68 Thais metuit ſemper, ne iratus ad aliam conferas illud donum, quod ipſa nunc capit, 69 *du hätteſt dich nicht darauf beſonnen.*

70 quan-

Item hoc tute melius quanto inueniſſes 70, Thraſo?

70 quanto melius tu ipſe hoc potuiſſes excogitare?

ACTVS III. SCENA II.

THAIS, THRASO, PARMENO, GNATHO, PYTHIAS.

Th. AVdire vocem viſa ſum modo 1 militis: Atque eccum, ſalue mi Thraſo. *Thr.* O Thais mea,
Meum ſuauium 2, quid agitur? ecquid nos amas
De fidicina iſtac 3? *Pa.* Quam venuſte quod dedit
Principium adueniens 4. *Th.* Plurimum merito tuo 5.
Gn. Eamus ergo ad coenam: quid ſtas? *Pa.* Hem alterum, 6
7 Ex homine hunc natum dicas. *Th.* Vbi vis, non moror.
Pa. Adibo, atque adſimulabo 8, quaſi nunc exeam.
Iturane Thais quopiam 9 es? *Th.* Ehem Parmeno,
10 Bene pol feciſti. hodie itura 10. *Pa.* Quo 11? *Th.* Ecquid 12 hunc vides?

Pa. Vi-

---

1 iam. 2 *mein Schatz.* 3 tunc nos amas, quoniam tibi dedimus iſtam fidicinam? 4 quam elegans eſt (Ironice) principium ſermonis tui de dono, quod iam dediſti! 5 ego te plurimum amo, propter meritum tuum. 6 ſcil. ſtultum, ex duobus quippe Thraſone & Gnathone. 7 ex Thraſone, cuius ſtultitiae Gnatho ſimilis eſt. 8 *ich will mich anſtellen.* 9 tune volebas aliquorſum ire? 10 ſum; ibo. 11 quorſum? 12 annon.

13 potes

Pa. Video, & me taedet. vbi vis, dona adſunt tibi
A. Phaedria 13. *Thr.* Quid ſtamus? cur non imus
hinc?
Pa. Quaeſo hercle vt liceat, pace quod fiat tua 14,
Dare huic quae volumus, conuenire & conlo-
qui 15.
Thr. Perpulchra credo dona, haud noſtris 16 ſi- 15
milia,
Pa. Res indicabit. heus! iubete iſtos foras
Exire, quos iuſſi. ocyus procede tu huc.
Ex Aethiopia eſt vſque haec 17. *Thr.* heic ſunt
tres minae 18.
Gn. Vix. *Pa.* Vbi tu es, Dore? accede huc. hem
Eunuchum tibi.
Quam liberali facie 19, quam aetate integra! 20
Th. Ita me dii ament 20, honeſtus eſt. *Pa.* Quid
tu ais Gnatho?
Nunquid habes, quod contemnas? quid tu au-
tem Thraſo?
Tacent: ſatis laudant. fac periculum 21 in literis,
Fac 22 in palaeſtra, in muſicis, quae liberum

13 potes recipere haec dona, quae tibi mittuntur a Phaedria. 14 *mit deiner Erlaubniſs.* 15 vt poſſimus dare huic Thaidi, quae volumus, & eam adire, & cum ea loqui. 16 quae noſtris donis non ſunt ſimilia. 17 haec puella eſt oriunda ex Aethiopia. 18 ſcil. impenſae. *Mina* autem decem coronis valuit, confer Budæum, Gronouium. 19 eleganti facie hic Eunuchus eſt. *Liberalis* non tantum eſt, qui benignus, ſed etiam qui ingenua forma eſt. 20 eſt formula iurantis. 21 *probire ihn nur.* 22 fac periculum, quid poſſit in exercitiis militaribus.

Scire aequum eſt adoleſcentem, ſolertem dabo23.
Thr. Ego illum eunuchum, ſi ſit opus, vel ſobrius24.
Pa. Atque haec qui 25 miſit, non ſibi ſoli poſtulat
Te viuere 26, & ſua cauſſa 27 excludi caeteros:
Neque pugnas narrat, neque cicatrices ſuas
Oſtendat, neque tibi obſtat: quod quidam 28 facit.
Verum, vbi 29 moleſtum non erit, vbi tu voles,
Vbi tempus tibi erit, ſat habet 30, ſi tum 31 recipitur.
Thr. Apparet 32, ſeruum hunc eſſe domini pauperis
Miſerique. *Gn.* Nam hercle nemo poſſet, ſat ſcio,
Qui haberet, quei pararet alium, hunc perpeti 33.
Pa. Tace tu, quem ego eſſe infra infimos omneis puto
Homines. nam, qui huic animum aſſentari induxeris 34,
E flamma petere te cibum poſſe arbitror 35.

Thr.

---

23 ego tibi illum dabo, qui omnia ſcit, qui ſcire debet honeſtus adoleſcens. *Solers* pro docto, erudito raro. 24 eſt ellipſis. 25 is, qui haec dona tibi miſit. 26 non poſtulat, vt pro ſe ſolo viuas. 27 & propter ſe. 28 Thraſo hic. 29 ſi. 30 *ſo wird er ſchon zufrieden ſeyn.* 31 tunc. 32 *er hat das anſehen*, videtur. 33 nam ſatis ſcio, nemo poſſet hunc tam miſerum ſeruum perpeti, ſi dominus haberet ſumtus, pro quibus parare ſibi poſſet alium ſeruum. 34 dum tu ſtudes huic aſſentari. 35 puto te poſſe cibum petere ex flamma, modo vt expleas tuum ventrem. Te quiduis paſſurum & facturum cibi gratia

Thr. Iam ne imus 36? *Th.* Hos prius introducam,
& quae volo,
Simul imperabo. poſt, continuo exeo.
Thr. Ego hinc abeo: tu iſtam opperire 37. *Pa.*
Haud conuenit 38,
Vna 39 cum amica ire imperatorem in viam.
Thr. Quid tibi ego multa dicam? domini ſimilis es 40.
Gn. Ha, ha, hae! *Thr.* Quid rides? *Gn.* Iſtuc 41,
quod dixti modo 42,
Et illud de Rhodio dictum cum 43 in mentem
venit.
Sed Thais exit. *Thr.* Abi, percurre 44, vt 45 ſint
domi
Parata. *G.* Fiat. *Th.* Diligenter, Pythias,
Fac cures, ſi Chremes huc forte aduenerit
Vt ores, primum vt maneat: ſi id non commodum 46 eſt,
Vt redeat: ſi id non poterit, ad me adducito.
Py. Ita faciam. *Th.* Quid? quid aliud volui dicere?

tia. Haec dictio ex inde petita eſt; veteres epulas in rogum mortuorum pro inferis ſolebant coniicere: hinc qui extremae erant paupertatis, ibi cibum conquirebant. vid. Kirchmannum de Funeb. Romanor. Lib. IV. c. 5. 36 ſtatim exibo. 37 exſpecta. 38 *das würde ſich nicht ſchicken.* 39 ſimul. 40 tu ſimilis es plane domino tuo. 41 iſtud rideo. 42 iam. 43 dum mihi. 44 celeriter curare. 45 vt omnia. 46 *wenn es ihm aber nicht gelegen iſt zu warten.*

1 Cer-

Hem, curate iſtam diligenter virginem.
Domi adſitis, facite. *Thr.* Eamus. *Th.* Vos me ſequimini.

ACTVS III. SCENA III.

CHREMES, PYTHIAS.

C. PRofecto, quanto magis magisque cogito,
Nimirum 1 dabit haec Thais mihi magnum malum:
Ita me video ab ea aſtute labefactarier 2.
Iam tum, cum primum iuſſit me ad ſe accerſier 3,
(Roget quis, quid tibi cum 4 illa? ne noram 5 quidem)
Vbi veni, cauſſam 6, vt ibi manerem, repperit:
Ait rem diuinam feciſſe 7, & rem ſeriam
Velle agere mecum. Iam tum erat ſuſpicio,
Dolo malo haec fieri omnia, ipſa accumbere 8
Mecum, nihil ſeſe dare 9, ſermonem quaerere 10.
Vbi 11 friget, huc euaſit 12 quam pridem pater
Mihi & mater mortui eſſent, dico, iam diu.

Rus

1 Certe ſic vſurpatur Cic. III. Tuſc. 33. *Nimirum igitur vt in cauſſis non ſemper vtimur eodem ſtatu: ſic in aegritudine lenienda, quamnam quisque curationem recipere poſſit, videndum eſt.* vid. Turſellin. de Partic. cap. 128. 2 decipi. 3 venire. 4 quid tu habes cum illa? 5 ego enim eam non ſatis recte noueram. 6 poſtquam veni, illa reperit praetextum. 7 ſe dediſſe ſacrificium. 8 adſidebat. 9 totam tradebat. 10 quaerebat, volebat mecum loqui. 11 poſtquam noſter friget ſermo, dum neſcimus, quid loqui debeamus. 12 huc tandem euaſit illa, illa hoc interrogauit.

13 an

Rus Sunii ecquod 13 habeam, & quam longe a mare 14.
Credo ei placere hoc: sperat se a me auellere 15.
Postremo, ecqua inde parua periisset soror 16;
Ecquis cum ea vna 17; quid habuisset, cum periit:
Ecquis eam posset noscere. haec cur quaeritet?
Nisi illa forte, quae olim periit paruola
Soror, hanc se intendit 18 esse, vt est audacia 19.
Verum ea 20 si viuit, annos nata est sedecim,
Non maior 21: Thais, ego quam sum, maiuscula est 22.
Misit porro orare, vt venirem, serio 23.
Aut dicat quid volt aut, molesta ne siet,
Non hercle veniam tertio. heus! heus! *P.* Heic quis est?
C. Ego sum Chremes. *P.* O capitulum 24 lepidissimum!
C. Dico ego mi insidias fieri? *P.* Thais maxumo
Te orabat opere, vt cras redires. *C.* Rus eo.

13 an aliquod praedium habeam in Sunio. 14 & quam longe situm sit illud praedium a mari. 15 sperat fortasse, se posse mihi eripere hoc praedium. 16 tandem illa interrogat, an parua soror mea periisset ex hoc Sunio. 17 & an aliqua foemina periisset simul cum ea. 18 nisi illa forte vult significare, se esse illam sororem paruulam. 19 pro ea audacia, quam ipsa habet. 20 illa soror. 21 maior natu illa esse non potest. 22 Thais enim maior natu est, quam ego sum. 23 illa misit porro hominem qui me oraret serio, vt ad se venirem. 24 caput, hominem carissimum. 25 fac

P. Fac amabo 25. *C.* Non possum 26, inquam. *P.*
At apud nos heic mane,
Dum redeat ipsa 27. *C.* Nihil minus 28. *P.* Cur,
mi Chremes?
C. Malam rem 29 abis hinc? *P.* Si istuc ita certum
30 est tibi,
Amabo, vt illuc transeas 31, vbi illa est. *C.* Eo.
P. Abi Dorias, cito hunc deduce ad militem.

25 fac, quaeso, vt redeas. 26 redire. 27 Thais. 28 possum facere, quam manere. 29 cur non abis hinc in malam rem, ad patibulum, sceleste? 30 decreuisti. 31 venias.

ACTVS III. SCENA IV.

ANTIPHO.

A. HEri aliquot adolescentuli coiimus in Piraeeo,
In hunc diem vt de symbolis essemus 1. Chaeream
ei rei
Praefecimus 2: dati annuli 3: locus, tempus 4
constitutum est.

Prae-

1 Vt simul comessaremur. *Essemus* est ab antiquo verbo *edo, es, est.* De *Symbolis* Casaubonus Animaduers. in Athenaeum Lib. 3. c. 31. eleganter differit, quum ait: Συμβολὴ *est collatio eraniſtae ad conuiuium: quisque enim quod ad manum erat, conferebat. Eae partes dictae* συμβολαὶ, *& conuiuium huiusmodi* ἔρανος, vel δεῖπνον ἀπὸ συμβόλων. *Mutato vero genere,* σύμβολον *vocabant annulum, vel quiduis aliud arrhae loco solitum dari ei sodalium, qui iubebatur coenam parare &c.* 2 dedimus negotium Chereae, vt is curaret hoc conuiuium. 3 dedimus ipsi annulos, in fidei nostrae pignus. 4 ad conuiuium hoc.

5 nondum

Praeteriit tempus: quo in loco dictum, eſt, parat 5 nihil eſt.
Homo 6 ipſe nuſquam eſt: neque ſcio, quid dicam, aut quid coniectem 7.
Nunc mihi hoc negotii caeteri dedere 8, vt illum 9 quaeram:
Idque adeo viſam 10, ſi 11 domi eſt, quiſnam hinc a Thaide exit? 12
Is eſt an non eſt? ipſius eſt quid hoc hominis 13? qui eſt hic ornatus?
Quid illud mali eſt? nequeo ſatis mirari, neque coniicere,
14 Niſi quidquid eſt, procul hinc libet prius, quid ſit, ſciſcitari.

5 nondum quidquam eſt paratum ad conuiuium. 6 Chaerea. 7 coniicere debeam. 8 dederunt, *ſie haben mir die Commiſſion gegeben.* 9 Chaeream. 10 videbo. 11 an domi ſit. *Si* pro *an* ponitur more Graecorum. Caeſar Lib. I. B. G. *Heluetii nonnunquam interdiu ſaepius noctu ſi perrumpere poſſent, conati.* 12 ſed quis iam e domo Thaidis exit? 13 quis eſt hic homo? 14 *Niſi* eſt pro *ſed* quod ſaepe ſic apud Latinos ponitur. Andr. IV, 1. *Niſi me Deos ſatis ſcio fuiſſe iratos.* Eunuch. V, 1. *Neſcio, niſi amaſſe me credo Pamphilum.*

ACTVS III. SCENA V.

CHAEREA, ANTIPHO.

C. NVm quis heic eſt? nemo eſt. num quis hinc me ſequitur? nemo homo eſt.
Iamne erumpere 1 hoc licet mihi gaudium? pro! Iupiter, Nunc

1 Iamne licet mihi, vt in hoc gaudium erumpam?

2 cum

Nunc tempus profecto eſt, cum perpeti 2 me poſſum interfici,
Ne vita aliqua hoc gaudium contaminet aegritudine 3.
Sed neminem ne curioſum interuenire nunc 4 mihi,
Qui me ſequatur, quoquo eam, rogitando obtundat 5, enecet 6,
Quid 7 geſtiam, aut quid laetus ſim, quo pergam, vnde emergam 8, vbi ſiem
Veſtitum hunc nactus, quid mihi quaeram, ſanus ſim anne inſaniam?
A. Adibo, atque ab eo gratiam hanc, quam video velle, inibo 9,
Chaereae, quid eſt quod ſic geſtis 10? quid ſibi hic veſtitus quaerit?
Quid eſt, quod laetus ſis? quid tibi vis? ſatis ne ſanus? quid me
Adſpectas? quid taces? *C.* O feſtus dies hominis!! amice
Salue: nemo eſt omnium, quem ego magis nunc cuperem, quam te.

A. Nar-

2 cum pati poſſum, vt interficiar, 3 ne hoc gaudium meum corrumpatur per aegritudinem aliquem, ſi diutius viuam. 4 ſed annon fieri poteſt vt aliquis nunc mihi interueniat. 5 qui me multa interroget. 6 & ita me velut enecet multis quaeſtionibus. 7 cur gaudeam. 8 vnde veniam. 9 *ich wil ihm den Gefallen erweiſen.* 10 cur ita ſis laetus. 11 o! quam laetus eſt mihi hic dies!

A. Narra iſtuc quaeſo, quid ſiet. *C.* Imo ego te obſecro hercle, vt audias 12,
Noſtin' hanc 13, quam frater amat? *A.* Noui 14: 15
nempe opinor Thaidem.
C. Iſtam ipſam. *A.* Sic commemineram 15. *C.* Quaedam hodie eſt ei dono data
Virgo. quid 16 ego eius tibi nunc faciem praedicem aut laudem, Antipho,
Cum ipſum me noris, quam elegans formarum 17 ſpectator ſiem?
In hac commotus ſum 18. *A.* Ain' 19 tu? *C.* Primam 20 dices, ſcio, ſi videris.
Quid multa verba 21? amare coepi forte fortuna 20 22 domi
Quidam erat eunuchus, quem mercatus fuerat frater Thaidi:
Neque is deductus etiam tum ad eam. ſummonuit 23 me Parmeno
Ibi ſeruus, quod ego arripui. *A.* Quid id eſt? *C.* Tace ſis, citius 24 audies.
Vt veſtem cum illo 25 mutem, & pro illo iubeam me illuc 26 ducier 27.

A. Pro

---

es! 12 ea quae ego narrabo. 13 puellam. 14 eam. 15 *ich hatte mir es wol eingebildet.* 16 cur. 17 pulcritudinem, pulcrarum virginum. 18 ego hanc vehementer amare coepi. 19 quid ais? 20 certe dices, eam eſſe pulcerrimam omnium virginum. 21 faciam. 22 *von ungefehr.* 23 monuit. dedit mihi Parmeno aliquod conſilium. 24 mox id. 25 eunucho. 26 ad Thaidem. 27 deduci.

28 quam

A. Pro eunuchone? *C.* Sic eſt. *A.* Quid tandem ex ea re vt caperes commodi 28?
C. Rogas 29? viderem 30, audirem, eſſem vna, qua cum cupiebam 31, Antipho.
Num parua cauſſa, aut parua ratio 32 eſt? traditus ſum mulieri.
Illa illico vbi me accepit, laeta vero ad ſe adducit domum,
Commendat 33 virginem. *A.* Cui 34? tibi ne? *C.* Mihi. *A.* Satis tuto tamen 35.
C. Edicit 36, ne vir quiſquam ad eam 37 adeat, & mihi, ne abſcedam 38, imperat,
In interiore parte vt maneam ſolus cum ſola, annuo 39,
Terram intuens modeſte. *A.* Miſer. *C.* Ego, inquit 40, ad coenam hinc eo:
Abducit ſecum ancillas: paucae, quae circum illam 41 eſſent, manent
Nouitiae, continuo haec adornant, vt lauet 42.
Adhortor, properent. dum apparatur, virgo in conclaui ſedet,

Su-

28 quam vtilitatem capere deberes ex hoc conſilio? 29 quid interrogas? 30 vt viderem illam. 31 eſſe. 32 putasne, hoc non eſſe operae pretium? 33 mihi. 34 commendat illa virginem 35 profecto ſatis tuto illa commendauit tibi virginem. 36 Thais iubet. 37 virginem. 38 diſcedam ab illa 39 conſentio. 40 Thais. 41 virginem. 42 vt lauare poſſit virgo,

Suſpectans tabulam quantam, pictam, vbi 43 inerat pictura haec, Iouem
Quo 44 pacto Danaae miſiſſe, aiunt, quondam in gremium imbrem aureum.
Egomet quoque id ſpectare coepi, & quia conſimilem luſerat
Iam olim ille 45 ludum, impendio 46 magis animus gaudebat mihi,
Deum ſeſe in hominem conuertiſſe, atque per 40 alienas tegulas 47
Veniſſe clanculum per implutium 48 fucum factum 49 mulieri.
At quem 50 Deum? qui templa 51 coeli ſumma ſonitu concutit.
Ego homuncio 52 hoc non facerem? ego vero illud feci, ac lubens.
Haec dum mecum reputo, accerſitur 53 lauatum interea virgo.
It, lauit, redit: deinde illam in lecto illae 54 col- 45 locarunt.
Sto exſpectans, ſi quid mihi imperent, venit vna, 55 heus tu, inquit, Dore,

Cape

virgo, illae ancillae omnia apparant. 43 in qua. 44 quo modo aiunt quod Iupiter quondam immiſiſſet imbrem aureum in gremium Danaae. 45 Iupiter. 46 longe multo. 47 per alienum tectum. 48 *Dachrinne* 49 *fucum facere* eſt doloſa ſpecie fallere. 50 quantum. 51 regiones, coelum, aërem. 52 leuis homo, in comparatione erga Iouem. 53 iubetur virgo vt lauet. 54 ancillae. 55 ancilla

Cape hoc flabellum 56, ventulum 57 huic ſic facito dum lauamus;
Vbi nos lauerimus 58, ſi voles, lauato 59 accipio 60 triſtis.
A. Tum equidem iſtuc os tuum impudens videre nimium 61 vellem,
Qui eſſet ſtatus 62, flabellulum tenere te aſinum tantum.
C. Vix elocuta 63 eſt hoc, foras ſimul omnes proruunt 64 ſe:
Abeunt lauatum 65, perſtrepunt 66, ita vt ſit, domini vbi 67 abſunt.
Interea ſomnus virginem opprimit 68, limis ſpecto
Sic per flabellum clanculum 69 & ſimul alia circumſpecto
Satin' explorata 70 ſint. video eſſe 71: peſſulum oſtio obdo. 72

A. Quid

---

cilla. 56 *Fliegenwedel*, *Fecher*, euentail. 57 leuem & amoenum ventum. 58 quando nos lauauerimus. 59 tu etiam potes lauare. 60 hoc officium & mandatum. 61 vehementer optarem. 62 *wie es dir angeſtanden oder gelaſſen hætte*. 63 ancilla hoc vix dixerat. 64 prodeunt. 65 ad lauandum. 66 ancillae magnum ſtrepitum & clamorem faciunt. 67 quando. 68 *überfiel ſie*. 69 *ich ſchielte oder guckte heimlich durch den Fliegenwedel*. 70 tuta. num aliquis adeſſet. 71 omnia eſſe tuta. 72 *Peſſulus* idem eſt ac obex, *der Rigel*. Heaut. II, 3, 37. *Anus foribus obdit peſſulum*. Obdit autem peſſulum oſtio virginem adorturus Chaerea, cum ſecuritatis cauſſa, tum

A. Quid tum? 73 *CH.* Quid tum fatue? *A.* Fateor. *CH.* Egone occaſionem
Mihi oſtentatam, tam breuem, tam optatam, tam inſperatam,
Amitterem 74? tum pol ego is eſſem vero, qui ſimulabar 75.
A. Sane hercle, vt dicis 76. ſed interim de ſymbolis quid actum 77 eſt?
CH. Paratum 78 eſt. *A* Frugi 79 es: vbi 80? domi- 60
ne 81? *CH.* Immo apud libertum Diſcum.
A. Perlonge 82 eſt. *CH.* Sed tanto ocyus properemus. *A.* Muta veſtem.
CH. Vbi mutem? perii: nam domo exulo 83 nunc, [redacted] metuo fratrem,
Ne intus ſit: porro autem 84, pater ne rure redierit iam.
A. Eamus ad me: ibi proxumum 85 eſt, vbi mutes 86. *CH.* Recte dicis.

Eamus

tum ſolenni concumbentium more, quos famae cauere iubet pudor. 73 quid poſtea feciſti? 74 dimitterem e manibus. 75 certe ego fuiſſem eunuchus, qualem ego me ſimulabam, niſi vſus eſſem hac occaſione. 76 certe ita eſt, vt dicis. 77 ſed quid agitur de conuiuio noſtro. 78 illud eſt. 79 probus homo. 80 vbi paraſti conuiuium? 81 an domi? 82 illud nimium longe eſt. 83 *ich darff nicht wieder nach Hauſe.* 84 id timeo. 85 ille locus eſt proximus. 86 vbi mutare poteris veſtem.

87 puel-

Eamus, & de istae simul 87. quo pacto porro possim 88
Potiri, consilium capere volo vna tecum. *A.* Fiat.

87 puella. 88 illam accipere ad amorem.

ACTVS IV. SCENA I.

DORIAS.

D. 1 ITa me dii ament, 2 quantum ego illum vidi, non nihil timeo
Misera, ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi,
Nam postquam iste aduenit Chremes adolescens frater virginis,
Rogat, illum 3 admitti vt iubeat: ille continuo irasci 4, neque
Negare audere 5: Thais porro instare 6, vt hominem inuitet. id
Faciebat retinendi illius caussa 7: quia, illa quare cupiebat
De sorore eius indicare, ad eam rem tempus non erat 8.
Inultat tristis 9, mansit ibi. illa cum illo sermonem occipit 10.

Miles

1 Est formula iurantis. 2 *quantum* non est aduerbium, sed nomen pro: *in quantum tempus*, id est *quando*. 3 Chremetem. 4 statim irascebatur. 5 audebat id negare. 6 rogabat. 7 vt illum eo commodius posset retinere. 8 quia non tempus opportunum erat ad eam rem, & ad indicanda illa quae Thais volebat indicare de sorore Chremetis. 9 contra suam voluntatem, 10 incipit.

11 pu-

Miles vero ſibi putare 11 adductum ante oculos aemulum:
Voluit facere contra huic aegre: heus heus, inquit 12, puer, huc Pamphilam
Accerſe, vt 13 delectat heic nos. illa 14 exclamat minime gentium 15.
Tune in conuiuium illam 16? miles tendere 17: inde ad iurgium.
Interea aurum ſibi clam mulier demit 18, dat mihi vt auferam.
Hoc eſt ſigni 19, vbi primum 20 poterit, ſeſe illinc ſubducet, ſcio 21.

11 putabat. 12 miles. 13 illa. 14 Thais. 15 minime prorſus ego hoc patiar. 16 adduces, vid. Muretum Lib. VII. 2. Variar. Lect. 17 ideo incepit. 18 *ſie lege te ihr Geſchmeide weg.* 19 ſignum, indicium. 20 quam primum illa. 21 hoc certo ſcio.

ACTVS IV. SCENA II.

PHAEDRIA.

P. Dum rus eo, cœpi egomet mecum inter vias,
Ita vt fit, vbi quid in animo eſt moleſtiae,
Aliam rem ex alia 1 cogitare, & ea omnia in
Peiorem partem 2. quid opus eſt verbis? dum haec puto 3,
Praeterii imprudens villam. longe iam abieram,
Cum ſenſi 4: redeo rurſum, male vero me habens 5. Vbi

1 *immer eines aus dem andern.* 2 interpretatus ſum. 3 animo reputo. Virgil. Lib. VI. Aen.
Multa putans, ſortemque animo miſeratus iniquam.
4 cum vidi, me praeteriiſſe. 5 *da ich böſe auf mich war.* 6 ſemi-

Vbi ad ipſum veni diuorticulum 6 conſtiti 7:
Occepi 8 mecum cogitare, hem biduum heic
Manendum eſt ſoli ſine illa 9? quid tum 10 poſtea?
10 Nihil eſt: quid? nihil? ſi non tangendi copia 11. eſt,
Eho ne videndi quidem 12 erit? ſi illud non licet.
Saltem hoc licebit, certe extrema linea
Amare 13, haud nihil 14 eſt. villam praetereo ſciens
Sed quid hoc, quod timida ſubito egreditur Pythias?

ACTVS

6 ſemitam deflexam de via, *Fuſsſteig.* 7 *ſo blieb ich ſtehen.* 8 incepi. 9 me ſolum oportebit heic manere duos dies ſine Thaide. 10 *was iſt es denn nun mehr?* 11 ſi non habeo libertatem & occaſionem tangendi Thaidem. 12 ecce, annon habeam licentiam videndi illam. 13 eſt tamen aliquid, etiam amare poſſe in linea extrema, id eſt ſaltim in adſpectu amatae perſonae. Veteres certas amoris lineas conſtituerunt, quarum prima ſeu vt hoc loco vocatur, extrema fuit *viſus*, quum amatores eam, quam amant, de longinquo tantum vident, nec propius iſtam adeundi copiam habent; ſecunda *alloquium* vt cum ea ſermone conferas; tertia *tactus*, vt eam adtingas; *wenn man eine Hure bald hie, bald da betaſtet*; quarta *oſculum*, quod maioris pretii quam tactus habetur, nec adeo facile a meretricibus ad iſtud quam ad tactum quidam admittitur; quinta eſt *potiri*, cuius adiunctum interdum ipſe actus venereus eſt. adde Muretum Lib. X, 18. V, L. 14 aliquid.

1 Scele-

ACTVS IV. SCENA III.

PYTHIAS, PHAEDRIA, DORIAS.

Py. VBi illum ego ſceleroſum 1 miſera atque impium inueniam? aut vbi
Quæram? hoccine tam audax facinus eſſe auſum 2? *Ph.* Perii: hoc quid ſit, vereor.
Py. Quin inſuper etiam ſcelus 3, poſtquam ludificatus 4 eſt virginem,
Veſtem omnem miſerae 5 diſcidit, eam ipſam capillo conſcidit 6.
Ph. Hem. *Py.* Qui nunc ſi detur 7 mihi,
Vt ego vnguibus facile illi in oculos inuolem 8 venefico!
Ph. Profecto neſcio quid abſente 9 nobis turbatum eſt domi.
Adibo. Quid iſtuc? quid 10 feſtinas? aut quem quaeris, Pythias?
Py. Hem Phaedria, egone quem quaeram? abi hinc quo dignus es cum donis tuis.

1 Sceleſtum illum Eunuchum. 2 an ille potuit audere tam audax facinus? 3 ſceleſtus ille. 4 decepit, vitiauit. *Illudere, Iudificari, ludibrio habere* apud antiquos ſaepe turpitudinis ſignificationem habent, vt apud Graecos ὑβρίζειν & ἐμπαίζειν. 5 virgini. 6 capillum conſcidit virgini. 7 *wenn ich nun hätte.* 8 vt ego vellem ſceleſto huic inuolare vnguibus in oculos. & illos diſcerpere. 9 abſentibus. Eſt enallage numeri ſingularis pro plurali, & nota poſtremae latinitatis. Varro dixit: *praeſente legatis omnibus*; Catullus *Inſperanti nobis*; Tibullus *nobis merenti.* 10 cur.

11 *was*

Tam lepidis. *Ph.* Quid iſtuc eſt rei 11?
Py. Rogas 12 me? eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit?
Vitiauit virginem, quam herae dederat dono miles *Ph.* Quid ais?
Py. Perii. *Ph.* Temulenta 13 es. *Py.* Vtinam ſic ſient, mihi qui male volunt 14.
D. Au, obſecro mea Pythias, qui iſtuc nam monſtri 15 fuit?
Ph. Inſanis: quei iſtuc facere eunuchus potuit?
Py. Ego illum neſcio
Qui fuerit 16: hoc, quod fecit, res ipſa indicat.
Virgo ipſa lacrumat, neque, cum rogites 17 quid ſit, audet dicere.
Ille autem bonus 18 vir nuſquam apparet. etiam hoc miſera ſuſpicior,
Aliquid domo abeuntem abſtuliſſe. *Ph.* Nequeo mirari ſatis,
Quo abire ignauus ille poſſit longius, niſi domum.
Forte ad nos rediit. *Py.* Viſe 19 amabo, num ſit. 20
D. Iam faxo 21 ſcies,
D. Perii! obſecro tam infandum facinus, mea tu 22, ne audiui quidem.

Py.

---

11 *was ſoll doch das heiſſen?* 12 interrogas? 13 ebria es procul dubio. 14 vtinam illi ebrii ſint. 15 prodigium, miraculum. 16 ego neſcio, quis ille fuerit, an eunuchus nec ne. 17 quando eam interroges. 18 *der ſchöne Vogel.* 19 inſpice, quaeſo. 20 num ille ſit domi. 21 curabo vt id ſcias. 22 o mea cariſſima.

23 eunu-

Py. At pol ego amatores mulierum esse audieram eos 23 maxumos,
Sed nil potesse: verum miserae non in mentem venerat 24:
Nam illum aliquo 25 concluſissem, neque illi commisissem virginem.

23 eunuchos. 24 miserae Thaidi hoc non venerat in mentem. 25 in aliquem locum.

ACTVS IV. SCENA IV.

PHAEDRIA, DORVS, PYTHIAS, DORIAS.

PH. EXi foras sceleste: at etiam restitas 1
2 Fugitiue? prodi, male conciliate 3. *Do.* Obsecro. *Ph.* Oh,
Illud vide, os vt sibi distorsit carnifex.
Quid huc reditio 4 est? quid vestis mutatio est?
Quid narras? paulum si cessassem 5 Pythia,
Domi non offendissem 6: ita iam ornabat fugam 7. 5
Py. Habesne hominem, amabo 8? *Py.* Quid ni 9?
Py. 10 Factum bene!

1 *Bleibeſt du noch ſtehen? Reſtitare* est subsistere & h. l. contrarium est verbi *ixire*. Occurrit apud Plautum, Liuium, Plinium & alios. 2 est epitheton illius sceleſti Eunuchi. Et *seruus fugitiuus* est, *der ſeinem Herrn entlauffen iſt*. 3 quem ego infeliciter emi. 4 cur vero huc redis? *Reditio* est pro: *reditus*, & construitur vt verbum redire, quasi dixisset: *quid ad hunc locum reditio eſt*. Eadem ratione Caesar B. G. I, 5. *Domum reditionis ſpe ſublata*. 5 *wenn ich nur ein Biſgen länger waere auſſen geblieben*. 6 non inueniſſem eum. 7 parabat se ad fugam. *Ornare* est quoque *inſtruere, parare*, sic saepius dicunt scriptores, *aciem, exercitum, claſſem, ornare*. 8 quaeſo. 9 cur non habeam eum?

10 nulla

Do. Istuc pol vero bene. *Py.* Vbi est? *Ph.* Rogitas? non vides?
Py. Videam obsecro, quem? *Ph.* Hunc scilicet.
Py. quis hic est homo?
Ph. Qui ad vos deductus hodie est. *Py.* Hunc oculis suis
Nostrarum nunquam quisquam vidit, Phaedria.
Ph. Non vidit? *Py.* An tu hunc credidisti esse, obsecro,
At nos deductum? *Ph.* Namque alium habui neminem. *Py.* Au,
Nec comparandus hic quidem ad illum est, ille erat
Honesta facie & liberali. *Ph.* Ita visus est
Dudum, quia varia veste exornatus fuit:
Nunc tibi videtur foedus, quia illam non habet.
Py. Tace obsecro; quasi vero paululum interfiet.
Ad nos deductus hodie est adolescentulus,
Quem tu videre vero velles, Phaedria.
Hic est vetus, vietus, veternosus senex,
Colore mustellino. *Ph.* Hem, quae haec est fabula?
Eo redigis me, vt, quid egerim, egomet nesciam.

Eho

---

nulla ex nobis ancillis. nemo ex vobis hunc vidit? certe. ad illum eunuchum simulatum, videlicet, Chaeream. eunuchus. pulcra. antea. alia, diuersicolore, eleganti. vestem. quasi vero non ingens discrimen esset inter vtrumque. certe. *alt. fressen.* turpis. *gelbliebr.*

heus

Eho tu 24, emini ego te? *Do.* Emisti. *Py.* Iube mihi denuo 25
Respondeat. *Ph.* Roga. 26. *Py.* Venistine hodie ad nos? negat? 25
At ille alter venit annos natus 27 sedecim,
Quem secum aduxit Parmeno. *Ph.* Age dum, hoc mihi expedi 28,
Primum, vnde habes istam, quam habes, vestem? taces?
Monstrum hominis, non dicturus 29? *Do.* Venit Chaerea,
Ph. Frater ne 30? *Do.* Ita est. *Ph.* Quando? *Do.* Ho- 30
die. *Ph.* Quamdudum? *Do.* Modo 31.
Ph. Quei cum 32? *Do.* Cum Parmenone. *Ph.* Norasne eum prius?
Do. Non: nec, quis esset, vnquam audieram dicier 33.
Ph. Vnde igitur meum fratrem esse sciebas? *Do.* Parmeno
Dicebat eum esse: is dedit mihi hanc 34. *Ph.* Occidi.
Do. Meam 35 ipse induit: post vna ambo abie- 35
runt foras.

24 heus tu, anne ego te emi? 25 iube, vt is iterum mihi respondeat. 26 tu ipsa interroga eum. 27 qui natus erat. 28 dic. 29 non vis mihi hoc dicere? 30 an frater meus? 31 iam modo. 32 cum quonam venit ille? 33 dici. 34 vestem. 35 vestem.

36 esse

Ph. Alio pacto honeſte quo modo hinc nunc abeam neſcio 45.
Actum eſt ſiquidem: tu me heic etiam nebulo ludificabere 46?
Py. Parmenonis tam ſcio eſſe hanc technam 47, quam me viuere 48.
D. Sic eſt. *Ph.* Inueniam parem vbi pol hodie referam gratiam 49.
Sed nunc quid faciendum cenſes, Dorias? *D.* De iſtac rogas 50
Virgine? *Py.* Ita: vtrum taceam ne, an praedicem 51? *D.* Pol, ſi ſapis 52,
Quod ſcis, neſcis 53, neque de Eunucho, neque de vitio 54 virginis.
Hac 55 re & te omni turba 56 euolues, & illi gratum feceris 57.
Id modo dic, abiiſſe Dorum. *Py.* Ita faciam. *D.* Sed videone Chremem?
Thais iam aderit. *Py.* Quid ita 58? *D.* Quia, cum inde abeo, iam tunc coeperat
Turba 59 inter eos. *Py.* Tu auſer aurum hoc: ego ſcibo 60 ex hoc, quid fiet.

damno ſuo. 45 neſcio, quo modo nunc poſſim hinc abire honeſte, *mit ehren*. 46 illudes. 47 fallaciam. 48 quam certo ſcio, quod ego viuam. 49 excogitabo aliquid, vt parem poſſim illi gratiam referre, revange *nehmen*. 50 me interrogas. 51 dicam id publice. 52 ſi ſapiens es. 53 ſi diſſimulas & taces ea, quae tu ſcis. 54 vitiatione. *Schwaechung*. 55 hoc modo, per hanc rem. 56 ex omni turba liberabis. 57 gratam rem facies. 58 cur? 59 inimicitia. 60 percontabor, ſciſcitabor.

ACTVS IV. SCENA V.

CHREMES, PYTHIAS.

C. AT at, data hercle verba mihi ſunt 1: vicit vinum quod bibi 2,
Ac dum accubabam 3, quam videbar mihi eſſe pulchre ſobrius!
Poſtquam ſurrexi, neque pes neque mens ſatis ſuum officium facit,
P. Chreme. *C.* Quis eſt? ehem Pythia, vah! quanto nunc formoſior
Videre 4, quam dudum 5? *P.* Certe quidem tu pol multo alacrior 6.
C. Verbum 7 hercle verum hoc eſt: ſine Cerere & Libero friget Venus 8.
Sed Thais multo ante venit 9? *P.* An abiit iam a milite?

C. Iam

---

1 Ego turpiter deceptus ſum. Supra. Andr. I. 3. *Cui verba dare difficile eſt.* 2 vinum me occupauit & ebrium fecit, quod ego bibi. 3 adſidebam ad menſam. Romani veteres & Graeci quum ederent, non ſedebant, ſed accumbabant, cubito quippe innitentes. 4 videris. 5 olim, antea. 6 mihi videris. 7 prouerbium. 8 amor nihil prorſus valet ſine vino & eſca. *Ceres* enim Dea frumenti pro ipſo frumento & cibo; & *Liber* ſeu *Bacchus* pro vino; item *Venus*, pro amore per ſpeciem tropi, quae *Metonymia* dicitur, ponuntur. Cicero de N. D. II, 23. *Itaque tum illud, quod erat a Deo natum, nomine ipſius dei nuncupabant: vt cum fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum: ex quo illud* Terentii,

Sine Cerere, & Libero friget Venus.

9 an dudum.

10 *ataten*

C. Iam dudum, aetatem 10. lites factae ſunt inter eos 11 maximae.
P. Nil dixit dum, vt ſequerere ſeſe? *C.* Nihil, niſi abiens mihi innuit 12.
P. Eho, nonne id ſat erat? *C.* At neſciebam id dicere illam, niſi, quia
Correxit miles, quod intellexi minus 13: nam me extruſit foras.
Sed eccam ipſam video: miror, vbi huic ego antevorterim 14.

10 *aetatem* pro: *per aetatem* Heautontim. IV, 2. 38. *me aetatem cenſes velle.* Hec. V, 1. 21. *Nam neque ille hoc animo erit aetatem.* *Per aetatem* autem h. l. ſignificat diutiſſime, per longum tempus. 11 militem & Thaidem. 12 ſignum dedit. 13 miles autem mihi hoc explicauit, quod ego non ſatis intelligebam 14 *wenn ich eher gekommen als ſie.*

ACTVS IV. SCENA VI.

THAIS, CHREMES, PYTHIAS.

T. CRedo equidem illum 1 iam affuturum eſſe, illam 2 vt eripiat: ſine
Veniat 3: atque ſi illam digito attigerit vno, oculi illico 4
Effodientur, vſque eo ego illius ferre poſſum ineptias,
Et magnifica verba, verba dum 5 ſint, verum enim ſi ad rem

1 Militem. 2 puellam. 3 *laſs ihn nur angeflochen kommen.* 4 ſtatim. 5 quamdiu, *ſo lange es nur bey den bloſſen VVorten verbleibet.*

Conferentur 6, vapulabit 7

C. Thais, ego iam dudum heic adſum. *T.* O mi Chreme, te ipſum exſpectabam:
Scin' 8 tu, turbam hanc propter te eſſe factam? & adeo ad te attinere hanc
Omnem rem? *C.* Ad me 9? quei? quaſi iſtuc 10. *T.* Quia tum tibi ſororem ſtudeo
Reddere, & reſtituere, haec atque huiuſmodi 11 ſum multa paſſa.
C. Vbi ea 12 eſt? *T.* Domi apud me. *C.* Ehem! *T.* Quid eſt?
Educta ita, vti teque illaque dignum 13 eſt. *C.* Quid ais? T. Id quod res eſt.
Hanc tibi dono do, neque repeto pro illa abs te quidquam pretii.
C. Et habetur, & referetur, Thais, ita vti merita es,
Gratia 14, *T.* At enim caue, ne prius, quam hanc a me accipias, amittas,
Chreme: nam haec ea eſt, quam miles a me vi nunc venit ereptum 15.
Abi tu, ciſtellam 16, Pythias, domo effer cum monumentis 17.

C. Vi-

6 ſi verba transferuntur ad rem. 7 verbera accipiet. 8 ſcisne. 9 haec res attineat ad me? 10 quomodo? quaſi iſtuc ad me attineret. 11 iniurias. 12 ſoror. 13 ita illa educata eſt, veluti te atque illam decet. 14 gratitudinem ego tibi habebo verbis, & referam reapſe. 15 vult eripere. 16 *Kaeſtgen.* 17 ſignis, quibus probari poteſt, Pamphilam eſſe ſororem Chremetis.

18 mili-

C. Viden' tu illum 18, Thaïs? *P.* Vbi ſita 19 eſt?
T. In riſco 20, odioſa ceſſas 21?
C. Militem ſecum ad te quantas copias adducere 22?
At at. *T.* Num formidoloſus obſecro es, mi homo? *C.* Apageſis 23
Egon' 24 formidoloſus? nemo eſt hominum, qui 29
viuat, minus 25.
T. Atque ita opus eſt. *C.* Ah, metuo, qualem tu me eſſe hominem exiſtumes 26,
T. Imo hoc cogitato: quei cum res tibi 27 eſt,
peregrinus eſt,
Minus potens quam tu, minus notus, amicorum heic habens minus 28.
C. Scio iſtuc: ſed tu quod cauere poſſis, ſtultum,
admittere 29 eſt.
Malo ego nos 30 proſpicere, quam hunc 31 vlciſci 2 5
accepta iniuria 32.
Abi tu, atque oſtium obſera intus, ego dum 33
hinc tranſcurro ad forum:

18 militem. 19 ciſtella. 20 *Riſcum* eſt nomen Phrygium, ſignificans vel ciſtam pelle contectam, vel feneſtram paruam in pariete. 21 ego te odi propter ceſſationem tuam & lentorem. 22 vult. 23 noli hoc cogitare aut dicere. 24 egone ſim. 25 magis ſine timore, quam ego. 26 vereor ne putes, me eſſe hominem timidum. 27 ille eſt peregrinus, cum quo tu habes rem. 28 qui in hac vrbe non habet tot amicos quam t[illegible]. 29 ſtultitia eſt, ſi tu id facis, quod poſſis cauere. 30 nos nobis. 31 militem. 32 propter acceptam iniuriam. 33 dum ego.
34 vt

Volo ego adeſſe heic aduocatos nobis in turba 34 hac. *T.* Mane.

C. Melius 35 eſt. *T.* Mane. *C.* Omitte 36, iam adero. *T.* Nil opus eſt iſtis 37, Chreme:

Hoc dic modo, ſororem illam tuam eſſe: & te paruam virginem

Amiſiſſe, nunc cognoſſe 38, ſigna oſtende, *P.* Adſunt *T.* Cape.

Si vim faciet, in ius ducito hominem 39: intellextin'? *C.* Probe 40.

T. Fac, animo haec praeſenti 41 dicas. *C.* Faciam, *T.* Attolle pallium.

Perii: huic ipſi opus patrono 42 eſt, quem defenſorem paro.

34 vt aduocati nobis adſint. 35 vt ego abeam. 36 *Laſs mich gehen*, mox redibo. 37 aduocatis. 38 te vero nunc cognoviſſe eam. 39 militem. 40 intellexi. 41 audaci. 42 hic ipſe quem ego elegi pro defenſore, opus habet aduocato.

ACTVS IV. SCENA VII.

THRASO. GNATHO, SANGA, CHREMES, THAIS.

Thr. HAnccine ego vt contumeliam tam inſignem 1 in me accipiam Gnatho?

Mori me ſatius 2 eſt. Simalio, Donax, Syriſce, ſequimini.

Primum aedeis expugnabo. *G.* Recte. *Thr.* Virginem eripiam. *G.* Probe.

Thr. Male mulctabo 3 ipſam. *G.* Pulchre. *Thr.* In medium huc agmen cum vecti 4 Donax. Tu

1 grandem. 2 malo ego potius mori, quam hoc pati. 3 puniam. 4 veniat cum vecte, *mit einem Hebebaum* ſcii. Donax. 5 vbi

Tu, Simalio, in ſiniſtrum cornu, tu Syriſce, in texterum
Cedo 5 alios: vbi centutio eſt Sanga, & manipulus furum 6? *S.* Eccum adeſt.
Thr. Quid ignaue? peniculon' pugnare, qui iſtum huc portes, cogitas 7?
S. Egone 8? imperatoris virtutem noueram, & vim militum;
Sine ſanguine hoc fieri non poſſe: qui abſtergerem 9 vulnera.
Thr. Vbi 10 alii? *S.* Qui malum! alii? ſolus Sannio ſeruat 11 domi.
Thr. Tu hoſce inſtrue 12: heic ego ero poſt principia 13: inde omnibus ſignum 14 dabo.
G. Illuc eſt ſapere: vt 15 hoſce inſtruxit, ipſus ſibi cauit loco 16.
Thr. Idem hocce Pyrrhus factitauit. *C.* Viden' tu Thais, quam hic rem agit?

5 vbi ſunt reliqui? 6 *die Rotte.* *Manipulus* hoc loco ponitur pro exigua militum manu. adde Vegetium Lib. II, c. 1. & alios rei militaris ſcriptores, de quibus E. S. Cyprianus Programmat. p. 21. differit. De Centurionibus autem confer Belli Romani reſtitutam p. 96. 7 tunc cogitas pugnare cum peniculo, *mit einem Schwamm oder Wiſchlappen* 8 id cogitem. 9 vt poſſem abſtergere. 10 ſunt. 11 res domi. 12 *in* Bataille *ſtellen.* 13 *hinter den vörderſten Gliedern.* 14 ad praelium. 15 poſtquam. 16 ipſe ſibi elegit locum in quo tutus eſſet.

17 bonum

Nimirum consilium illud rectum est de occludendis aedibus 17.

Th. Sane, quod tibi nunc vir videatur esse, hic nebulo magnus 18 est:

Ne metuas. *Thr.* Quid videtur? *G.* Fundam 19 tibi nunc nimis 20 vellem dari,

Vt tu illos procul hinc ex occulto caederes 21: facerent fugam.

Thr. Sed eccam Thaidem ipsam video. *G.* Quam mox irruimus 22? *Thr.* ane. 23.

Omnia prius experiri verbis, quam armis, sapientem decet. 24

Quei scis, an, quae iubeam, sine vi faciat? *G.* Dii vostram fidem,

Quanti est sapere 25! nunquam accedo ad te, quin abs te abeam dectior.

Thr. Thais, primum hoc mihi responde: cum tibi do illam virginem,

Dixtine hos mihi dies soli dare 26 te? *Th.* Quid tum postea? *Thr.* Rogitas,

Quae mi ante oculos coram amatorem adduxisti tuum?

Th.

17 bonum excogitasti consilium, dum domum occlusisti. 18 sane, hic miles timidissimus est, qui tibi videtur iam esse vir terribilis. 19 *eine Schleuder.* 20 vehementer cuperem. 21 ferire, vulnerare. 22 facimus impetum. 23 exspecta. 24 Nam vt Cicero ait de Officiis Lib. I. *Rarum profutura sunt arma nisi consilium sit domi.* 25 quanta est tua sapientia! 26 te velle me amare

Th. Quid cum illo vt agas 27? *Thr.* Et cum eo clam ſubduxiſti 28 te mihi?
Th. Libuit 29, *Thr.* Pamphilam ergo huc redde, niſi ſi mauis eripi 30.
C. Tibi illam reddat? aut tu eam tangas? omnium 31. G. Ah, quid agis? tace.
Thr. Quid tu tibi vis? ego non tangam meam?
C. Tuam autem, furcifer 32?
G. Caue 33 ſis, neſcis, cui maledicas nunc viro.
C. Non tu hinc abis?
Scin' tu, vt tibi res ſe habeat 34? ſi quidquam hodie heic turbae coeperis,
Faciam, huius loci, dieique, meique ſemper memineris.
G. Miſeret tui me, qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.
C. Diminuam ego caput tuum hodie, niſi abis. *G.* Ain' vero canis 35?
Siccine agis? *Thr.* Quis tu es homo? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi eſt?
C. Scibis 36: principio eam eſſe dico liberam. *Thr.* Hem! *C.* Ciuem Atticam. *Thr.* Hui!
C. Meam ſororem. *Thr.* Os durum 37. *C.* Miles, nunc adeo edico tibi,

Ne-

amare ſolum per hos dies. 27 Quid autem voluiſti agere cum illo? 28 abiiſti ex oculis meis. 29 ira mihi placuit. 30 per vim. 31 ſceleſtiſſime. 32 an ea tua ſit furcifer? 33 caue tibi. 34 quem euentum tuae res habiturae ſint. 35 quid ais, impudens homo! 36 hoc mox ſcies. 37 os impudens. 38 imo,

Ne vim facias vllam in illam. Thais, ego ad Sophronam eo
Nutricem, vt eam adducam, & ſigna oſtendam haec. *Thr.* Tune me prohibeas,
Meam ne tangam? *C.* Prohibeo, inquam 38. *G.* Audin' tu? hic furti ſe alligat 39.
Satin' hoc eſt tibi? *Thr.* Hoc idem tu ais? *Th.* Quaere, qui reſpondeat 40.
Thr. Quid nunc agimus? *G.* Quin redeamus 41: iam haec tibi aderit ſupplicans 42.
Vltro. *Thr.* Credin'? *G.* Imo certe 43. noui ingenium mulierum 44:
Nolunt, vbi velis: vbi nolis, cupiunt vltro. *Thr* Bene putas
G. Iam dimitto exercitum? *Thr.* Vbi 45 vis. *G.* Sanga, ita vti fortes decet

Mili-

38 imo, vtique. 39 ſcil. crimine. *Alligare* vero dicitur pro *alligare ſe iudicio*. 40 quaere tibi aliunde qui reſpondeat. 41 malumus redire. 42 ipſa mox veniet, te rogans. 43 id credo. 44 Simonides quidam, quid vxor eſſet, interrogatus dicebat: *Viri naufragium, domus tempeſtas, quietis impedimentum, vitae captiuitas, poena quotidiana, pugna ſumtuoſa, beſtia contubernalis, canis ornata, malum* NECESSARIVM, vid. Camerar. Hor. Subc. Centur. I. c. 51. p. 229.

Propertius II, 7.

Non ſic incerto mutantur flumine Syrtes,
Nec folia hiberno tam tremefacta Noto:
Quam cito foeminea non conſtat foedus in ira,
Siue ea cauſſa grauis, ſiue ea cauſſa leuis.

45 Si tibi id placet.

46 in

Milites, domi focique fac viciſſim vt memineris 46.
S. Iam dudum animus eſt in patinis 47. *G.* Frugi 48 es. *Thr.* Vos me hac ſequimini.

46 in domo & ad focum. 47 dudum eſt, quod ego cogitaui coenam. 48 bonus vir es.

ACTVS V. SCENA I.

THAIS, PYTHIAS.

T. PErgin' ſceleſta mecum perplexe 1 loqui?
Scio: neſcio: abiit: audiui: ego non affui.
Non tu iſtuc mihi dictura aperte es, quidquid eſt?
Virgo conſciſſa 2 veſte lacrumans obticet 3,
Eunuchus abiit. quamobrem? quid factum eſt? taces?
P. Quid tibi ego dicam miſera? illum Eunuchum negant 4
Fuiſſe. *T.* Quis fuit igitur? *P.* Iſte Chaerea.
T. Qui Chaerea? *P.* Iſte ephebus 5 frater Phaedriae,
T. Quid ais veneficia? *P.* Atqui certo comperi 6.
T. Quid? is obſecro ad nos quamobrem adductus eſt? *P.* Neſcio,
Niſi amaſſe credo Pamphilam 7. *T.* Hem miſera occidi,
Infelix, ſi quidem tu iſtaec vera praedicas 8.

Num

1 Obſcure, dubitanter. 2 conſcidit ſibi veſtem. 3 tacet. 4 dicunt, illum non fuiſſe eunuchum. 5 adoleſcens. 6 hoc audiui pro certo. 7 niſi credo, quod amaverit Pamphilam. 8. dicis.

9 pro-

Num id 9 lacrumat virgo ? *P.* Id opinor. *T.* Quid
ais sacrilega ?
Istuccine interminata sum hinc abiens 10 tibi ?
15 *P.* Quid facerem ? ita vt tu iusti, soli credita est.
T. Scelesta, ouem lupo 11 commisisti, dispudet 12,
Sic mihi data esse 13 verba, quid illud hominis 14
est ?
P. Hera mea, tace obsecro, saluae sumus 15 : ho-
minem
Habemus ipsum. *T.* Vbi is est ? *P.* Hem ad sini-
stram, non vides ?
20 En ! *T.* Video. *P.* Comprehendi iube, quantum 16
potest.
T. Quid illo 17 facias stulta ? P. Quid factam, rogas ?
Vide amabo, si non, cum aspicias, os impudens
Videtur 18. *T.* Non. *P.* Tum 19, quae eius confi-
dentia 20 est.

9 propter id. 10 annon tibi istud mandaui. 11 Nos dicimus: *du hast den bock zum gaertner gestellet.* 12. pudet me. 13 quod ego tam turpiter decepta fuerim. 14 quis iste homo est ? 15 iam bene se habent res nostrae. 16 iube vt is comprehendatur, quam celeriter id fieri potest. 17 cum illo. 18 inspice eum, an non tibi eius os videtur impudens ? 19 praeterea etiam vide. 20 audacia.

ACTVS V. SCENA II.

CHAEREA, THAIS, PYTHIAS.

C. APud Antiphonem vterque, mater, & pater,
Quasi dedita opera 1, domi erant, vt nullo
modo In-

1 *Mit allem fleiss.*

2 post-

Introire poſſem, quin viderint me, interim
Dum ante oſtium ſto, notus mihi quidam obuiam
Venit vbi 2 vidi, ego me in pedes 3, quantum queo,
In angiportum 4 quoddam deſertum, inde item
In aliud, inde in aliud, ita miſerrimus
Fui fugitando, ne quis me cognoſceret.
Sed eſtne haec Thais, quam video? ipſa eſt, haereo 5,
Quid faciam? quid mea autem 6? quid faciet mihi?
T. Adeamus, bone vir Dore, ſalue: dic mihi;
Aufugiſtin'? *C.* Hera, factum 7. *T.* Satin' id tibi placet?
C. Non. *T.* Credin' te impune habiturum 8? *C.* Vnam hanc noxiam,
Mitte 9: ſi aliam vnquam admiſero vllam 10, occidito.
T. Num meam ſaeuitiam veritus es? *C.* Non. *T.* Quid igitur?
C. Hanc metui 11, ne me criminaretur tibi.
T. Quid feceras? *C.* Paululum 12 quiddam. *P.* Eho, paululum, impudens?
An paululum eſſe hoc tibi videtur, virginem Vitiare

2 poſtquam hunc vidi. 3 dedi, conieci. *Dare ſe in pedes* pro fugae ſe dare dicit Plautus Capt. 1, 2, 12. 4 *ein enges Gaeſsgen.* 5 dubito, neſcio. 6 dicet. 7 eſt a me. 8 credisne, te hoc feciſſe impune? 9 condona. 10 ſi poſthinc aliam noxiam admiſero, ſi poſthinc iterum peccauero. 11 metui, ne haec ancilla me accuſaret apud te. 12 leue aut exiguum quiddam feci.

13 an

Vitiare ciuem? *C.* Conſeruam 13 eſſe credidi.
P. Conſeruam? vix me contineo, quin involem in
Capillum, monſtrum, etiam vltro deriſum advenit 14.
T. Abin' hinc inſana? *T.* Quid ita 15 vero? debeam,
Credo, iſti quidquam furcifero, ſi id fecerim 16?
Praeſertim cum ſe ſeruum fateatur tuum.
T. Miſſa haec faciamus 17. non te dignum 18, Chaerea,
Feciſti; nam ſi ego digna hac contumelia
Sum maxime, at tu indignus qui faceres tamen 19.
Neque aedepol, quid nunc conſilii capiam, ſcio,
De virgine iſtac: ita conturbaſti mihi
Rationes 20 omnes, vt eam non poſſim ſuis,
Ita vt aequum fuerat, atque vt ſtudui, tradere, vt
Solidum parerem hoc mihi beneficium 21, Chaerea.
C. At nunc dehinc ſpero aeternam inter nos gratiam 22
Fore, Thais, ſaepe ex huiusmodi re quapiam, &
Malo ex principio magna familiaritas
Con-

13 ancillam, quae mecum ſeruiret. 14 hic homo ſceleſtus huc venit, vt nos etiam inſuper irrideat. 15 cur vero abeam? 16 an ego peccauerim, ſi quidquam fecero huic ſceleſto? 17 non amplius loquemur de hoc argumento. 18 non feciſti, quod te deoet. 19 tu tamen non debuiſti hoc facere. 20 conſilia mea omnia. 21 vt cognati huius puellae mihi obſtricti eſſent propter hoc beneficium. 22 amicitiam, reconciliationem.

Conflata 23 est. Quid, si hoc quispiam voluit deus?
T. Equidem pol in eam partem accipioq; & volo,
C. Imo ita quaeso, vnum hoc scio, contumeliae
Non me feciſſe cauſſa 24, ſed amoris 25. *T.* Scio,
Et pol propterea magis nunc ignoſco tibi.
Non adeo inhumano ingenio ſum, Chaerea,
Neque tam imperita 26, vt, quid amor valeat, neſciam.
C. Te quoque iam Thais, ita me dii bene ament, amo.
P. Tum pol ab iſtoc, tibi, hera, cauendum intelligo.
C. Non auſim. *P.* Nihil tibi quidquam credo.
T. Deſinas.
C. Nunc ego te in hac re mihi oro vt adiutrix ſies:
Ego me tuae commendo & committo fidei.
Te mihi patronum cupio, Thais: te obſecro:
Emoriar, ſi non hanc vxorem duxero.
T. Tamen ſi pater 27. *C.* Quid? ah! volet, certo ſcio,
Ciuis modo haec ſit. *T.* Paululum opperirier 28
Si vis, iam frater ipſe heic aderit virginis:
Nutricem accerſitum 29 iit, quae illam aluit parvulam:
In cognoſcendo 30 tute ipſe heic aderis, Chaerea.

C. Ego

23 orta. 24 propter contumeliam, vt te afficerem aliqua contumelia. 25 ſed propter amorem. 26 imprudens. 27 hoc nollet. 28 exſpectare. 29 vt accerſeret. 30 & tu ipſe poteris adeſſe, quando illa cognoſcetur.

31 vique

C. Ego vero maneo. *T.* Vis ne interea, dum 31 is venit,
Domi opperiamur 32 potius, quam heic ante ostium?
C. Imo percupio 33. *P.* Quam tu rem actura obsecro es?
T. Nam quid 34 ita? *P.* Rogitas? hunc tu in aedes 35 cogitas
Recipere posthac? *T.* Cur non? *P.* Crede hoc meae fidei,
Dabit hic aliquam pugnam denuo. 36. *T.* Au, tace obsecro.
P. Parum perspexisse eius videre 37 audaciam.
C. Non faciam, Pythia. *P.* Non pol, credo, Chærea,
Nisi si commissum non 38 erit. *C.* Quin, Pythias,
Tu me seruato. *P.* Neque pol seruandum tibi
Quidquam dare ausim, neq; te seruare: apage te.
T. Optime adest ipse frater. *C.* Perii hercle! obsecro
Abeamus intro, Thais: nolo, me in via
Cum hac veste videat 39. *T.* Quamobrem tandem? an 40 quia pudet?
C. Id ipsum 41. *P.* Id ipsum? virgo vero 42. *T.* I prae, sequor.
Tu istic mane, vt Chremem introducas, Pythias.

ACTVS

31 vsque dum. 32 expectemus. 33 hoc valde cupio. 34 cur? 35 in domum tuam. 36 turbas nouas excitabit. 37 videris. 38 certe non facies turbas, nisi quando haec virgo tibi non committetur. 39 vt me videat. 40 an, ideo hoc non vis, quia te pudet? 41 est. 42 quid faciet.

ACTVS V. SCENA III.

PYTHIAS, CHREMES, SOPHRONA.

P. QVid? quid venire in mentem nunc poſſit mihi,
Quidnam, qui referam ſacrilegio illi gratiam 1,
Qui hunc ſuppoſuit nobis 2? *C.* Moue 3 vero ocyus
Te nutrix, *S.* Moueo 4. *C.* Video, ſed nil promoves 5.
P. Iamne oſtendiſti ſigna nutrici? *C.* Omnia 6,
T. Amabo 7, quid ait 8, cognoſcit ne 9? *C.* Ac memoriter 10.
P. Bene aedepol narras: nam illi faueo 11 virgini.
Ite intro: iam dudum hera vox exſpectat domi.
Virum bonum eccum Parmenonem incedere 12
Video. viden' vt otioſus ſit, ſi diis placet.
Spero me habere 13, quei 14 hunc meo exercruciem modo 15,
Ibo intro, de cognitione vt certum 16 ſciam:
Poſt exibo, atque hunc perterrebo ſacrilegum 17.

ACTVS

1 Vt puniam hunc ſacrilegum. 2 quis adduxit nobis hunc Chaeream pro vero eunucho. 3 abi cito. 4 iam abeo. 5 non procedis. 6 ſigna oſtendi. 7 quaeſo. 8 illa. 9 haec ſigna. 10 quaſi omnia adhuc in memoria teneret. 11 amo virginem. 12 huc accedere, venire. 13 pro: *me habiturum*, eſt Helleniſmus. 14 vt. 15 pro meo arbitrio ac lubitu. Vell. Paterc. II, 31, 4. *Modum in voluntate habent*, Andr. I, 1. *ſine me meo viuere interea modo.* 16 vt rem omnem certo cognoſcam. 17 ſcelestum.

ACTVS V. SCENA IV.

PARMENO, PYTHIAS.

Pa. REuiſo 1, quidnam Chaerea heic rerum gerat 2.
Quod ſi aſtu 3 rem tractauit, dii voſtram fidem,
Quantam & quam veram laudem capiet Parmeno!
Nam vt mittam 4, quod ei amorem difficillimum, &
Cariſſimum ab meretrice auara 5; virginem
Quam amabat, eam confeci 6 ſine moleſtia,
Sine ſumtu, ſine diſpendio 7: tum hoc alterum,
Id vero eſt, 8 quo ego mihi puto palmarium 9.
Me repperiſſe 10, quo modo adoleſcentulus
Metetricum ingenia & mores poſſet noſcere;
Mature 11, vt cum cognorit, perpetuo oderit.
Quae dum foris ſunt 12, nihil videtur mundius 13,
Nec magis compoſitum 14 quidquam, nec magis elegans:

Quae

1 Videbo. 2 agat. 3 callide. 4 hoc non dicam. 5 quod ei parauerim amorem difficillimum, & qui magnos ſumtus requireret, quoniam meretrix eſt auara. 6 paraui. 7 incommodo, damno. 8 alterum vero eſt, quod ego feci. 9 ſingulare & cum primis laude dignum. *Palmarium* qſ. palma dignum eſt praecipuum, ſingulare. Nam palma donum erat victoribus, & palmatis veſtibus vtebantur victores, poſtea conſules quoque, quum domeſtica fortitudo militari non ſit inferior. add. Manutium Lib. III. c. 1. de Quaeſitis per epiſtol. 10 inueniſſe, excogitaſſe. 11 in tempore. 12 dum prodeunt in publicum. 13 nitidius, *reinlich.* 14 decorum

15 *ſic*

Quae, cum amatore ſuo cum coenant, liguriunt 15.
Harum videre ingluuiem 16, ſortes, inopiam,
Quam inhoneſtas ſolae ſint domi 17, atque auidae cibi 18,
Quo pacto ex jure heſterno panem atrum vorent 19,
Noſſe omnia haec, ſalus eſt adoloſcentulis 20.
Py. Ego pol te pro iſtis dictis, & ſcelus,
Vlciſcar 20, vt ne impune in nos illuſeris 21.

15 *ſie freſſen wie die Dreſcher.* 16 voracitatem. 17 quando domi ſunt ſolae. 18 eſurientes. 19 quomodo devorent atrum panem, qui remanſit ex offa heſterna. 20 hoc ſaluat adoleſcentulos. 21 nos illuſeris, deceperis.

ACTVS V. SCENA V.

PYTHIAS, PARMENO.

Py. PRo deum fidem, facinus foedum! o infelicem adoleſcentulum!
O ſceleſtum Parmenonem, qui iſtum huc adduxit! *Pa.* Quid eſt?
Py. Miſeret me: itaque, vt ne viderem, miſera huc effugi foras.
Quae futura exempla dicunt in eum indigna 2!
Pa. O Iupiter!

1 ego miſera. 2 *Exemplum* eſt pro poena. A. Gellius N. A. VI, 14. *Poeniendis peccatis tres eſſe debere cauſſas exiſtimatum eſt. Una eſt; quae νουθετία,* vel *κόλασις*, vel *παιδεύσις dicitur; quum poena adhibetur caſtigandi atque emendandi gratia, vt is, qui fortuito deliquit, attentior fiat correctiorque: altera eſt,*

quam

Quae illaec turba est? numnam ego perii? adibo quid istuc Pythias?
Quid ais? in quem exempla fient? *Py.* Rogitas, audaciſſime?
Perdidiſti iſtum, quem aduxti pro Eunucho, adoleſcentulum,
Dum ſtudes dare verba nobis. *Pa.* Quid ita? aut factum eſt? cedo.
Py. Dicam: virginem iſtam, Thaidi hodie quae dono data eſt,
Scin' eam hinc ciuem eſſe? & eius fratrem adprime nobilem?
Pa. Neſcio. *Py.* Atqui ſic inuenta eſt, eam iſte vitiauit miſer.
Ille vbi reſciuit factum frater violentiſſimus *Pa.*

quam ii, qui vocabula iſta curioſius diuiſerunt, τιμωρίαν appellant, ea cauſſa animaduertendi eſt, quum dignitas auctoritasque eius, in quem eſt peccatum, tuenda eſt, ne praetermiſſa animaduerſio contemtum eius pariat & honorem leuet: id circo id ei vocabulum a conſeruatione honoris factum putant. tertia ratio vindicandi eſt, quae παράδειγμα a Graecis nominatur, quum poenitio propter exemplum eſt neceſſaria; vt ceteri ſimilibus a peccatis, quae prohiberi publicitus intereſt, metu cognitae poenae deterreantur. Idcirco veteres quoque noſtri exempla pro maximis grauiſſimisque poenis dicebant. 3 ſtatuentur. 4 interrogas adhuc? 5 adduxiſti. 6 nos fallere, quod ſupra probauimus. 7 cur vero? 8 quid factum eſt? 9 dic mihi. 10 ex hac vrbe. 11 valde, inprimis. 12 ciuis. 13 Chaerea. 14 frater virginis admodum iratus.

15 quam

Pa. Quidnam fecit? *Py.* Colligauit primum eum miseris modis,
Pa. Colligauit? hem! *Py.* Atque equidem oran-
te 15, vt ne id faceret, Thaïde.
Pa. Quid ais? *Py.* Nunc minitatur porro se se id 15
16, quod moechis solet 17:
Quod ego nunquam vidi fieri, neque velim. *Pa.*
Qua audacia
Tandem facinus audet? *Py.* Quid ita tantum 18?
Pa. Annon hoc maximum est?
Quis homo pro moecho vnquam vidit in domo
meretricia
Deprendi 19 quemquam? *Py.* Nescio. *Pa.* Atne
hoc nescias, Pythia,
Cico, edico vobis, nostrum esse illum herilem 20 20
filium. *Py.* Hem!
Obsecro an is est? *Pa.* Ne quam in illum Thais
vim fieri sinat 21
Atque adeo autem cur non egomet introeo? *Py.*
Vide, Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, & tu 22 pereas:
nam hoc putant,

15 quamuis etiam intercederet Thais. 16 facere velle. 17 fieri. Quid deprehensis moechis factum sit Athenis videatur Aristophanes in Nebul. Plautus Poen. *Facio quod deprehensi moechi haud ferme solent.* 18 an putas hoc tantum esse facinus? 19 deprehendi. 20 Heri nostri. 21 cura, ne Thais patiatur, vt vis aliqua fiat in illum. 22 vt nullam Chaereae offeras vtilitatem & ipse simul tu pereas.

23 tuum

Quidquid factum eſt, ex te eſſe ortum 23 *Pa.* Quid igitur faciam miſer?

25 Quidue incipiam? ecce autem video rure 24 redeuntem ſenem.

Dicam huic, an non? dicam hercle, etſi mihi magnum malum

Scio paratum 25: ſed neceſſe eſt, huic vt ſubueniat 26. *Py.* Sapis 27:

Ego abeo intro: tu iſti 28 narrato ordine, vt factum ſiet 29.

23 tuum eſſe hoc conſilium. 24 ex rure. 25 eſſe. 26 vt auxilio veniat. 27 ſapiens vir es. 28 ſeni. 29 quomodo tota res facta ſit.

ACTVS V. SCENA VI.

LACHES, PARMENO.

L. EX meo propinquo rure hoc capio commodi 1:

Neque agri, neque vrbis odium me vnquam percipit, 2

Vbi ſatias 3 coepit fieri, commuto locum.

Sed

1 Muretus Vol. II. Orat. XIII. *Perſarum reges qui vt opibus ac diuitiis affluebant, ita luxu ac deliciis diffluebant, voluptatis cauſſa ita diuidebant annum, vt hyemem Babylone, vel Suſis, in Media aeſtatem agerent. Quidni ſtudia noſtra eandem nobis honeſte luxuriandi facultatem & copiam praebeant?* Ex meo propinquo iure, *ait Terentianus Leches*, hoc &c. 2 *percipit* id eſt penitus capit, occupat. Lucret. Lib. III. 28. Plut. Amph. V, 1, 65. Men. V. 5. 22. Stich. II, 16. 3 *Satias* eſt *ſatietas*. Plaut. Pſeud. I. 3. 99. *Vt huic ſuppetat ſatias Iouis.*

4 ex-

Sed eſtne ille noſter Parmeno? & certe ipſus eſt.
Quem praeſtolare 4, Parmeno, heic ante oſtium? 5
P. Quis homo eſt? hem, ſaluum te aduenire, here, gaudeo.
L. Quem praeſtolare 5? *P.* Perii. lingua haeret metu 6. *L.* Hem,
Quid eſt? quid trepidas? ſatisne ſaluae 7? dic mihi.
P. Here, primum de arbitrari id, quod res eſt, velim 8:
Quidquid huius factum 9 eſt, culpa non factum 10 eſt mea.
L. Quid? *P.* Recte ſane interrogaſti, oportuit
Rem praenarraſſe me 10. emit quendam Phaedria
Eunuchum, quem dono huic 11 daret. *L.* Cui 12? *P.* Thaidi.
L. Emit? perii hercle. quanti? *P.* Viginti minis 13.
L. Actum eſt! *P.* Tum 14 quandam fidicinam amat hic Chaerea.

4 exſpectas, 5 exſpectas. 6 prae metu. 7 ſunt res noſtrae, vid. Briſſonium de formulis lib. 8. 8 primum ante omnia volo, vt ne malam opinionem habeas de mea narratione. 9 quidquid in his rebus factum eſt, id non factum eſt ex culpa mea. 10 vt ego rem ante exponam, *ich muſs doch nur mit der Vorklage kommen.* 11 Thaidi. 12 daret Phaedria eunuchum dono. 13 Plinius lib. XXI. *Mna, quam noſtri Minam vocant, pendit drachmas Atticas centum.* Et paullo ante: *Drachma Attica denarii argentei habet pondus.* 14 praeterea

L. Hem, quid amat? an ſcit iam ille, quid meretrix ſiet?
An in Aſtu 15. venit? aliud ex alio malum 16.
P. Here ne me ſpectes: me impulſore haec 17 non facit.
20 *L.* Omitte 18 de te dicere: ego 19 te, te furcifer,
Si viuo. ſed iſtuc, quidquid eſt, primum expedi 20.
P. Is 21 pro illo Eunucho ad Thaidem deductus eſt.
L. Pro Eunuchon' 22? *P.* Sic eſt: hunc pro moecho poſtea
Comprehendere intus & conſtrinxere. *L.* Occidi!
25 *P.* Audaciam meretricum ſpecta. *L.* Nunquid eſt
Aliud mali damniue 23, quod non dixeris,
Reliquum? *L.* Tantum 24 eſt. *P.* Ceſſone huc introrumpere 25.
P. Non dubium eſt, quin mihi magnum ex hac re ſit malum,
Niſi, quia neceſſe fuit hoc facere 26. id gaudeo 27.
Propter me hiſce aliquid eſſe euenturum mali 28:
Nam

---

terea. 15 in vrbem Athenarum, Athenae antiquitus Κατ' ἐξοχὴν ἄστυ, vrbs appellatae ſunt. C. Nepos vit. Themiſt. cap. IV. *At Xerxes, Thermopylis expugnatis, protinus acceſſit Aſtu.* Quod de Roma quoque conſtat, quae ſimpliciter *vrbs* ſaepe dicitur. 16 oritur. 17 filius tuus hoc non facit ex meo conſilio. 18 deſine. 19 ſcil. probe puniam. 20 dic mihi. 21 Chaerea in locum eunuchi. 22 deductus eſt. 23 num reſtat aliud malum aut damnum. 24 ſatis eſt, plura non habeo dicere. 25 cur ceſſo huc irrumpere? 26 me tamen oportuit ita facere. 27 propter id. 28 quod aliquod malum euen-

Nam iam diu aliquam cauſam quaerebat ſenex,30
Quamobrem inſigne aliquid faceret 29 iis: nunc repperit 30.

euenturum ſit his meretricibus propter me. 29 magnum aliquod malum. 30 occaſionem.

ACTVS V. SCENA VII.

PYTHIAS, PARMENO.

Py. NVnquam aedepol quidquam iam diu, quod magis vellem euenire 1,
Mi euenit, quam quod modo ſenex intro ad nos venit errans.
Mihi ſolae 2 ridiculo fuit 3, quae, quid timeret, ſciebam 4.
Pa. Quid hoc autem eſt? *Py.* Nunc id 5 prodeo, vt conueniam Parmenonem.
Sed vbi obſecro eſt 6? *Pa.* Me quaerit haec 7. *Py.* 5 atque eccum video: adibo.
Pa. Quid eſt inepta? quid tibi vis 8? quid 9 rides? pergin' 10? *Py.* Perii!
Defeſſa iam ſum miſera te ridendo. *Pa.* Quid ita? *Py.* Rogitas?
Nunquam pol hominem ſtultiorem vidi, nec videbo 11. ah.

1 fieri. 2 *ſolae* dicitur pro *ſoli* per Archaiſmum, vt *ſola, ſolae, tota totae*, quae tamen non temere imitanda ſunt. 3 ego ſola ipſum valde irriſi. 4 dum ego ſciebam, cur ille timeret. 5 propter id, vt ſupra. 6 Parmeno. 7 Pythias. 8 quid deſideras? 9 cur. 10 pergiſne loqui? 11 quam te.

12 non

Non pote ſatis narrari 12, quos ludos praebueris intus 13.

At etiam primo callidum & diſertum credidi hominem 14.

Pa. Quid? *Py.* Illicone credere ea, quae dixi, oportuit te 15?

An poenitebat flagitii 16, te auctore 17 quod feciſſet

Adoleſcens, ni miſerum in ſuper etiam patri indicares 18?

Nam quid illi credis animi tum 19 fuiſſe, vbi 20 veſtem vidit

Illam eſſe eum indutum pater? quid? iam ſcis te periiſſe?

Pa. Ehem quid dixti, peſſuma, an mendita es? etiam rides?

Itane lepidum tibi viſum eſt, ſcelus, nos irridere 21? *Py.* Nimium 22.

Pa. Siquidem iſtuc impune habueris 23. *Py.* Verum 24. *Pa.* Reddam 25 hercle. *Py.* Credo:

Sed in diem 26, Parmeno, eſt fortaſſe, quod minitare:

Tu

12 non poteſt ſatis dici. 13 quantum riſum tu nobis excitaueris. 14 te eſſe. 15 an tu debuiſti ſtatim ea credere, quae dixi tibi? 16 an poenituit te illius flagitii. 17 ex tuo ſuaſu & conſilio. 18 proderes. 19 in quanto timore putas illum fuiſſe? *animus* notat animi affectum. 20 poſtquam. 21 tu ſceleſta, an tu ex ea re hauſiſti voluptatem, quod nos potuiſti irridere? 22 vtique. 23 certe hoc non impune feres. 24 ſcilicet! *Ironia.* 25 *ich wil meine revange ſchon finden.* 26 in longum tempus,

es

Tu jam pendebis, qui ſtultum adoleſcentulum nobilitas 27
Flagitiis, & eundem indicas 28: vterque in te exempla edet 29.
Pa. Nullus ſum! *Py.* Hic pro illo munere 30 tibi honos eſt habitus, abeo.
Pa. Egomet meo indicio miſer, quaſi ſorex, hodie perii.

es wird ſich noch eine weile verziehen 27 celebrem facies, inſtruis, ſeducis ad flagitia. 28 prodis patri ſuo. 29 pater & filius ſtatuent exempla in te & punient. 30 hanc mercedem accipies pro iſto tuo conſilio.

ACTVS V. SCENA VIII.

GNATHO, THRASO.

G. QVid nunc 1? qua ſpe, aut quo conſilio huc imus? quid inceptas 2, Thraſo?
T. Egone 3? vt Thaidi me dedam 4 & faciam quod iubeat, *G.* Quid eſt?
T. Quei minus huic, quam Hercules ſeruiuit Omphalae 5? *G.* Exemplum placet 6.
Vtinam tibi commitigari videam ſandalio caput 7.

1 Agendum eſt. 2 incipis. 3 quid incipiam? 4 tradam. 5 cur ego non ita ſeruiam Thaidi, vti Hercules ſeruiuit ſuae Omphalae? *Omphala* Lydiae regina fuit, quae Herculem ſibi ſeruientem etiam ad lanificium compulit, eundemque ſandalio mitigare ſolita eſt, ſi penſum non abſoluiſſet. Muret. V. L. Lib. 10. c. 10. Coel. Rhodig. Lib. 14. c. 14. 6 laudo hoc exemplum. 7 vtinam videam caput tuum verberari ſandaliis, *mit Pantoffeln.*

8 cur

5 Sed quid 8 fores crepuere ab ea 9? quid autem
hoc eſt mali?
Hunc ego nunquam videram etiam, quidnam 10
properans hinc profilit?

8 cur. 9 in domo Thaidis. 10 quare ita, vſque adeo properans.

ACTVS V. SCENA IX.

CHAEREA, PARMENO, PHAEDRIA, GNATHO, THRASO.

C. O Populares 1! ecquis me viuit hodie fortunatior?
Nemo hercle quiſquam 2: nam in me plane dii
poteſtatem ſuam
Omnem oſtendere 3, cui tam ſubito tot congruerint commoda 4.
Pa. Quid 5 hic latus eſt? *C.* O Parmeno mi! o mearum voluptatum omnium
Inuentor, inceptor, perfector! ſcin' me in quibus
ſim gaudiis?
Scis Pamphilam meam inuentam 6 ciuem? *Pa.*
Audiui. *C.* Scis ſponſam mihi?
Pa. Bene, ita me dii ament, factum 7. *G.* Audin'tu
illum 8 quid ait? *C.* Tum 9 autem Phaedriae,
Meo fratri, gaudeo amorem eſſe omnem in tranquillo: vna eſt domus 10.
Thais

1 Ciues. 2 tam eſt fortunatus quam ego. 3 oſtenderunt. 4 dum ego tam ſubito tot commoda accepi. 5 cur. 6 fuiſſe. 7 hoc eſt. 8 audisne, quid ille dicat? 9 praeterea. 10 iam facta eſt vna familia.

Thais patri se commendauit: in clientelam & 11 fidem
Nobis dedit se. *Pa.* Fratris igitur Thais tota 12 est? *C.* Scilicet 13.
Pa. Iam hoc aliud est, quod gaudeamus 14: miles pellitur foras.
C. Tum tu, frater, vbi vbi est, fac quam primum haec audiat. *Pa.* Visam domi 15.
T. Nunquid Gnatho dubitas quin ego nunc perpetuo perierim 16? *G.* Sine
Dubio opinor. *C.* Quid commemorem primum, aut quem laudem maxime?
Illum qui mihi dedit consilium vt facerem; an me 17, qui id ausus sim
Incipere? an fortunam collaudem, quae gubernatrix 18 fuit,
Quae tot res, tantas, tam opportune in vnum conclusit diem? an
Mei patris festiuitatem 19 & facilitatem? o Iupiter!
Serua 20 obsecro haec nobis bona 21. *Ph.* Dii vostram fidem, incredibilia
Parmeno modo quae narrauit 22: sed vbi est frater? *C.* Praesto 23 est. *Ph.* Gaudeo.

11 tutelam. 12 an Thais se tradidit totam fratri? 13 omnino, ita est. 14 propter quod est. 15 videbo an ille sit domi. 16 miser factus sim. 17 laudem. 18 ita direxit haec omnia. 19 indulgentiam, complaisance. 20 conserua. 21 felicitatem hanc. 22 quam incredibilia sunt haec, quae Parmeno narrauit nobis! 23 iam praesens

C. Satis credo nihil eſt Thaide hac, frater, tua dignius 24
Quod ametur: ita noſtrae eſt omni fautrix familiae 25. *Ph.* Hui, mihi
Illam laudas? *Th.* Peri! quanto ſpei eſt minus, tanto magis amo.
Obſecro, Gnatho, in te ſpes 26 eſt *G.* Quid vis faciam 27? *T.* Perfice hoc
Precibus, pretio, vt haeream 28 aliqua in parte tamen apud Thaidem.
G. Difficile eſt. *T.* Si quid collibuit 29, noui 30 te, hoc ſi effeceris,
Quoduis donum, praemium 31 a me optato 32, id optatum feres 33.
G. Itane? *T.* Sic erit. *G.* Hoc ſi efficio, poſtulo vt tua mihi domus
Te praeſente, abſente 34, pateat inuocato vt ſit locus 35
Semper. *T.* Do fidem ita futurum 36. *G.* Accingar. 37. *Ph.* Quem heic ego audio?

O!

---

praeſens adeſt. 24 nulla alia femina, mi frater, tam digna eſt, quae abs te ametur, quam haec ipſa Thais. 25 fauet illa noſtrae familiae. 26 omnis poſita eſt. 27 quid deſideras vt faciam? 28 ſim, maneam. 29 ſi modo habes voluntatem ad id efficiendum. 30 ego te probe noui, quam ſis idoneus ad eam rem. 31 & praemium. 32 deſideres. 33 id accipies certe, quod optas. 34 in tua praeſentia & abſentia. 35 vt ego poſſim introire etiam non vocatus. 36 promitto tibi, me hoc velle facere. 37 iam me parabo ad hoc opus.

38 ſum

O! Thraſo. *T.* Saluete. *Ph.* Tu fortaſſe facta quae heic ſient
Neſcis. *T.* Scio. *Ph.* Cur te ergo in his ego conſpicior regionibus?
T. Vobis fretus 38. *Ph.* Scis quam fretus 39? miles, edico tibi,
Sin in platea hac te offendero poſt 40 vnquam, quod 41 dicas mihi,
Alium quaerebam 42, iter hac 43 habui: periiſti. 44 *G.* Eia haud ſic decet.
Ph. Dictum 45 eſt. *G.* Non cognoſco voſtrum 46 tam ſuperbum. *Ph.* Sic 47 erit.
G. Prius audite paucis: quod cum dixero, ſi placuerit,
Facitote. *Ph.* Audiamus, *G.* Tu concede paulum iſtuc, Thraſo.
Principio ego vos ambos credere hoc mihi vehementer velim 48,
Me, huius quidquid faciam 49, id facere maxume cauſſa 50 mea:

38 ſum. 39 noſtin' etiam, quam fallaciter tu ſis fretus nobis? 40 poſtea inuenero. 41 & dices mihi fortaſſis. 42 hominem. 43 in hac platea iui. 44 tunc ego certe te male tractabo. 45 memento, quod ego tibi hoc dixerim. 46 non noui, vos habere tam ſuperbum & audax ingenium. 47 certe hoc fiet. 48 primum ego vehementer cupio, vt nos ambo hoc mihi credatis. 49 quicquid faciam in hac re. 50 propter me ipſum. 51 tur-

Verum idem ſi vobis prodeſt, vos non facere inſcitia eſt 51.
Ph. Quid id eſt? *G.* Militem ego riualem recipiendum 52 cenſeo. *Ph.* Hem!
Recipiendum 53? *G.* Cogita modo: tu hercle cum illa 54, Phaedria,
Et libenter viuis, & enim bene libenter victitas 55,
Et quod des paululum 56, & neceſſe eſt multum accipere Thaidem,
Vt tuo amori ſuppeditare 57. poſſit ſine ſumtu tuo: ad
Omnia haec magis opportunus 58, nec magis ex vſu tuo 59
Nemo 60 eſt. principio & habet 61 quod det, & dat nemo largius 62:
Fatuus eſt, inſulſus 63, tardus, ſtertit noctesque & dies.
Neque tu iſtum metuas ne amet mulier 64: pellas facile, vbi 65 velis.

Ph. Quid

51 turpe eſſet, ſi vos nolletis hoc facere. 52 ego puto, vt miles recipiatur tanquam riualis veſter. 53 an nos illum reciperemus? 54 Thaide. 55 ſaepe viuis. 56 & tu tamen habes parum, quod des Thaidi. 57 obſequio ſatisfacere. 58 idoneus eſt. 59 ad vtilitatem tuam. 60 quam hic miles. 61 ille 62 maiori cum liberalitate. 63 ineptus. 64 neque tu habes cauſſam merendi, ne Thais amet iſtum militem. 65 quandoque.

66 ne-

Ph. Quid agimus? *G.* Praeterea hoc etiam, quod ego vel primum puto,
Accidit homo nemo melius prorsus, neque prolixius 66.
Ph. Mirum, ni illic homine quoquo pacto opus 67 est. *C.* Idem arbitror.
G. Recte facitis, vnum etiam hoc vos oro, vt me in vostrum gregem 68
Recipiatis. satis diu hoc iam saxum voluo 69. *Ph.* Recipimus.
C. Ac libenter. *G.* At ego pro istoc 70, Phaedria, & tu Chaerea,
Hunc comedendum & deridendum vobis praebeo 71. *C.* Placet 72.
Ph. Dignus 73 est. *G.* Thraso, vbi 74 vis, accede. *T.* Obsecro te quid agimus?
G. Quid? isti te ignorabant 75. postquam eis mores ostendi tuos,
Et collaudaui 76 secundum 77 facta & virtutes tuas,
Impetraui. *T.* Bene fecisti; gratiam habeo maxumam,

Num-

66 nemo melius tractat suos conuiuas, quam hic miles. 67 opus habemus. 68 societatem. 69 satis diu est, quod hoc meditor. 70 beneficio. 71 praebeo vobis hunc militem, quem possitis comedere & deridere. 72 nobis hoc tuum consilium. 73 qui irrideatur. 74 si tibi placet. 75 Phaedria & Chaerea te antea non recte monerant. 76 te. 77 iuxta. 78 Athe-

Nunquam etiam fui vſquam, quin me omnes amarent plurimum.

G. Dixin' ego vobis, in hoc eſſe Atticam 78 elegantiam?

Ph. Nil. praetermiſſum 79 eſt. ite hac. vos 80 valete, & plaudite 81

FINIS EVNVCHI.

78 Athenienſem, galanterie, politeſſe. 79 iam facta ſunt omnia, quæ fieri debuerunt. 80 ſpectatores. 81 oſtendite plauſu veſtro, quod haec commoedia vobis placuerit.

FINIS EVNVCHI.



P. TERENTII HEAVTONTIMORVMENOS.

ACTA LVDIS MEGALENSIBVS L. CORNELIO LENTVLO, L. VALERIO FLACCO AEDILIBVS CVRVLIBVS. EGIT AMBIVIVS TVRPIO. MODOS FECIT FLACCVS CLAVDI. GRAECA EST MENANDRV. ACTA PRIMVM TIBIIS IMPARIBVS. DEINDE DVABVS DEXTRIS. ACTA ETIAM TERTIO. TI. SEMPRONIO M. IVVENTIO COSS.

Perſonae.

PROLOGVS.
CHREMES, pater Clitiphonis & Antiphilae, ſenex.
MENEDEMVS, ſenex, pater Cliniae.
CLITIPHO, adoleſcens, filius Chremetis.
CLINIA, adoleſcens, filius Menedemi.
SYRVS, Clitiphonis ſeruus.
DROMO, Cliniae ſeruus.
SOSTRATA, Matrona, vxor Chremetis.
PHRYGIA, ancilla Bacchidis.
BACCHIS, meretrix amica Clitophonis.
ANTIPHILA, Chremetis filia, amica Cliniae.
NVTRIX, Antiphilae.

Per-

Personae mutae.
PHANOCRATES, senex.
ARCHONIDES, senex.

Heautontimorumeni Argumentum.

C. SVLPICIO APOLLINARI AVCTORE.

In militiam proficiscí gnatum Cliniam,
Amantem Antiphilam, compulit durus pater,
Animique sese angebat, facti poenitens.
Mox vt reuersu' est, clam patrem diuortitur
Ad Clitiphonem. is amabat scortum Bacchidem.
Cum accerseret cupitam Antiphilam Clinia,
Vt eius Bacchis venit amica, ac seruola
Habitum gerens Antiphila, factum id, quo patrem
Suum celaret Clitipho, hic technis Syri
Decem minas meretriculae aufert a sene:
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho vxorem accipit.

Aliud,

M. ANT. MVRETI.

CHremes Soſtratae vxori grauidae imperat, ſi puellam pareret, vt eam ſtatim interficeret. Fuit haec immanitas in veterum moribus, vt, cum fera nulla ſit quae foetus ſuos non diligat, ipſi quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere aut exponere fas putarent. Soſtrata puellam enixa (vt eſt maternus ſemper animus clementior) vitam ei adimere non ſuſtinuit: ſed pau-

pauperculae cuidam anni Corinthiae, Philterae nomine, exponendam dedit: etiamque muliebri quadam ſuperſtitione, annulum de digito detractum ſuo, iuſſit, vt vna cum puella exponeret. Id, quod tum ſtulte factum videri poterat, poſtea puellae ſaluti fuit; eius enim annuli ope tandem agnita eſt a ſuis. Anus acceptam puellam. Antiphilam nominat, educat que vt ſuam. Eam, cum adoleuiſſet, amuſque illius filia putaretur, Menedemi filius Clinia perdite amare coepit, prope iam vt pro vxore haberet. Quod vbi reſciuit pater, ita violenter tulit, vt filium, aſſiduitate iurgandi, clam militatum in Aſiam abire coegerit. Tum vero qui filii amorem iniquo animo tulerat, multo iniquiore eiuſdem abſentiam ferre coepit. Itaque vt de ſe ſupplicium abſenti filio daret, qui eum ſaeuitia ſua exegiſſet ex aedibus, aedes, ſuppellectilem, familiam vendit, praeter, qui ſerui ad opus ruri faciundum, vtiles erant: ingentemque ſibi agrum comparat, vbi a prima luce ad noctem non ſeruos modo exerceret, verum etiam homo ſexagenarius, ſenectutem miſeris modis excruciaret ſuam. Profecto Clinia, Philtera, quae, vt dixi, Antiphilae putabatur mater, extremum vitae diem morte confecit. Clinia, cum iam menſes tres abfuiſſet, amicae deſiderio reuerſus, non auſus eſt patri ſe in conſpectum dare antiquam illius aſperitatem veritus, ſed ad Clitiphonem, Chremetis filium, diuertit, quo cum magna ipſi a puero familiaritas interceſſerat. Clitipho, ſoda-

ſodalis reditu laetus, Syrum & Dromonem ſeruos (iam autem aduesperaſcebat) in vrbem, ad accerſendam Antiphilam, mittit. Expoſuerat, eo ipſo die Menedemus Chremeti, quando ſibi deſiderio eſſet filius: parum vt abfuerit, quin Chremes, cum primum de reditu Cliniae accepit, mitteret qui ei nunciaret. Coutinuit tamen ſe in diem poſterum; quod ita magis e re illius fore cenſeret Syrus, ſumma ſeruus & audacia, & aſtutia, qui cum Antiphilam tantum accerſere iuſſus eſſet, etiam Bacchidem adduxit. Erat haec meretrix, procax, potens, ſumtuoſa, nobilis, cuius ſe amore haud ita pridem irretierat Clitipho. Quo autem res Chremetem lateret, hoc conſilium capiunt, vt Bacchidem quidem amicam Cliniae, Antiphilam vero vnam de illius ancillis eſſe ſimularent. Poſtridie mane Chremes ad Menedemum diluculo proficiſcitur, & rediiſſe Cliniam nunciat. Ille gaudio amens, filium iamiam videre, iamiam amplecti, iam iam ei ſe ſuaque omnia permittere cupiebat. At Chremes, caue, inquit, faxis: iſtoc enim modo & te & eum & rem vna perdideris tuam, ſimul ei oſtendit, quot incommoda capturus ſit, ſi tam molli eſſe ſe, tamque infracto animo oſtenderit. Cliniae amicam (eam enim Bacchidem exiſtimabat) non iam pauperculam eſſe, aut paruo contentam, vt antea, ſed ſumtuoſam, gemmi atque auro collucentem cum familia numeroſiſſima. Vna, inquit, mihi nox tantum non paupertatem attulit, nedum tu te cenſeas oneri ferundo fore, ſi te illi per-

perpetuo ſumptibus ſuppeditare oporteat. Quin tu ita potius agito. Humane quidem & comiter excipito filium: iſtud tamen tam impotens illius deſiderium occultum habeto: tum ille, quod amicae det, vt habeat, Machinam aduerſum te aliquam ſtruet, falli te finito. Ita & eum commodius retinebis apud te, & ſumtuum facies minus. Haec Chremes, neſcius (vt ſunt humana) oculatum foris eſſe ſe, caecum domi. Interea enim meditabatur Syrus, decem minas, quas Bacchidi pollicito erat dare, eas quomodo illi a Chremete ipſo conficeret: iamque inibi erat, cum eum Chremes arreptum blande compellat, hortaturq;, aliquam ad Menedemum fallaciam moliatur. Iniecit in ſermone Syrus mendacium a ſe pro tempore confictum: anum Corinthiam, Antiphilae (ita enim putabatur) matrem, mille drachmarum mutuo accepiſſe a Bacchide: ea mortua, puellam pro pecunia illa arrhaboni relictam. Dum haec aguntur, annulum ſuum agnouit Soſtrata, eiusque indicio Antiphilam filiam ſuam eſſe cognouit. Gaudio exſiliens, omnem rem defert ad virum; qui, ea leviter obiurgata, ob repertam tamen filiam ipſe quoque gauiſus eſt. Iam omnia in tranquillo erant; absque Bacchide fuiſſet. Sed & illi quoquo modo decem excudendae erant argenti minae, & periculum erat, ne aliqua eam Chremes filii amicam eſſe reſciſceret. Ibi Syrus audax conſilium init, quomodo & vtrique ſeni iam, vt erat, patefaceret, & commode ſe e tam impedito negotio

tio expediret. Primum igitur Chremeti, Reperi, inquit, quomodo argentum a Menedemo eripiam. Dicemus ei, Bacchidem hanc tui Clitiphonis amicam esse: orabimusque, vt eam domi suae dies aliquot esse patiatur, teque id celatum velit. porro Cliniae filiae tuae, quae modo reperta est, formam sibi conplacitam esse dicet, eamque petet vxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet a patre suo, quae nouae nuptae ornamenta coemat; eam pecuniam numeraturus est Bacchidi. Iam autem ad Menedemum, Syri hortatu, transierat Bacchis, & eo Pompam omnem suam transduxerat. Chremes, primo non satis consilium illud probare, At illam certe, inquit Syrus, pecuniam, pro qua filia tua opposita erat pignori, quam dissoluas, facere honeste non potes. Ego vero, inquit Chremes, & libenter quidem. Immo vero, inquit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidem deferat. Ita enim facilius credet Menedemus, eam illius esse. Sit ita sane numeratus a patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricem perferret. Interea tota res detegitur, indignari Chremes, & fremere, & minitari se omnia atrociſſima exempla editurum. tandem, cum prius Antiphilam Cliniae collocasset, partim Menedemi, partim vxoris precibus delinitus ignoscit. Clitipho se relictis meretriciis amoribus, vxorem ducturum pollicetur. Cum autem caeterarum fabularum argumentum vno die contineri soleat, huius non nisi biduo expliari potest.

PRO-

PROLOGVS.

NE cui 1 sit vestrum mirum, cur parteis 2 seni
Poeta dederit, quae sunt adolescentium 3:
Id primum dicam: deinde, quod veni, eloquar.
Ex integra Graeca integram comoediam
Hodie sum acturus Heautontimorumenon 4:
Duplex quae ex argumento facta est simplici 5.
Nouam esse ostendi, & quae esset. Nunc, qui
scripserit 6,
Et cuia Graeca 7 sit, ni 8 partem maxumam
Existimarem scire vostrum, id dicerem:

Nunc,

1 Nemo ex vobis miretur. 2 officium prologi. 3 cum tamen alioquin adolescentes soleant agere prologum. 4 Comoediam, quam hodie sum acturus & qua propositurus Heautontimorumenon (id est eum, qui se ipsum excruciat, punit, graece ἑαυτὸν τιμωρούμενος Cicero Tusc. III. cap. 27. *Quid ille Terentianus, ipse se puniens*) ex integra graeca comoedia Menandri quem imitor, transtuli. 5 Alii vt Iulius Scaliger Lib. VI. c. 3. Poetic. & Georgius Fabricius haec ad tempus referunt, dum istaec fabula non simul, vt caeterae, sed interuallo noctis interposito peracta sit. Alii putant, duplicem ex simplici factam, quod, quum in Menandri Heautontimorumeno vnus; fuerit senex, filius vnicus, amica vna, seruus vnus, hac Terentius omnes geminauerit. 6 quisnam scripserit illam. 7 quis Graecus auctor huius Comoediae sit. 8 nisi putarem, quod maxima pars ex vobis hoc sciret.

9 Au-

Nunc quam ob rem has parteis didicerim 9, pau-
cis dabo 10.
Oratorem voluit 11 esse me, non prologum: 12
Vestrum iudicium fecit 13: me actorem dedit 14.
Sed hic actor tantum poterit a facundia 15,
Quantum ille potuit cogitare commode 16,
Qui orationem hanc scripsit, quam dicturus sum.
Nam quod rumores distulerunt 17 maleuoli,
Multas contaminasse Graecas 18, dum facit
Paucas Latinas: factum hic 19 esse id non negat,
Neque se id pigere 20, & deinde facturum 21 au-
tumat 22.
Habet bonorum exemplum 23: quo exemplo sibi
Lice-

9 Actores fabularum dicebantur *discere*, sicut ipsi Poetae *docere*. 10 dicam. *Dare* est dicere, indicare, ostendere, vt *accipere* ponitur pro *audire*. Virgilius:

Tuque o sanctissima Vates
Praescio Venturi da; non indebita posco.

Infr. Phorm. V, 6. 38.

Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam
Imo etiam dabo, quo magis credas.

11 Terentius. 12 non qui recitaret prologum. 13 voluit illi, vt vos iudices essetis. 14 ego vero vt causam pro se agerem, voluit. 15 sed ego tantum valebo dicere. 16 quantum ille commode excogitauit. 17 dissemina-rant. 18 quod Terentius multas graecas Comoedias commiscuerit. 19 Terentius. 20 & fatetur, se non poenitere. 21 se porro id facere velle & posse. 22 sperat. 23 habet enim exempla bonorum poëtarum vt Naeuii, Plauti, Ennii. vid. Seneca de vita beata cap. I. qui idem fecerunt. 24 & propter haec exempla putat Teren-

Licere id facere, quod illi fecerunt, putat 24.
Tum quod maleuolus vetus poëta dictitat,
Repente ad ſtudium hunc 25 ſe applicaſſe muſicum 26,
Amicum 27 ingenio fretum, haud natura ſua:
Arbitrium voſtrum, voſtra exiſtimatio
Valebit. Quam ob rem omnes vos oratos volo,
Ne plus iniquum poſſit quam aequum 28 oratio.
Facite, aequi 29 ſitis, date creſcendi copiam 30,
Nouarum qui ſpectandi faciunt copiam 31
Sine vitiis 32: ne ille pro ſe dictum exiſtumet,
Qui nuper fecit ſeruo currenti in via 33
Deceſſe populum 34: cur inſano ſeruiat 35?
De illius 36 peccatis plura dicet, cum dabit

Terentius ſibi idem licere facere. 25 Terentium. 26 comicum. *ſtudium muſicum* eſt ſtudium poëticum, vt daret operam comoediis componendis. 27 *amicum* per ſyncopen dicitur pro *amicorum* genitiuo numeri pluralis. Amici vero fuerunt Laelius, Scipio & alii. Cicero ad Attic. Lib. VII. epiſt. 3 *Terentii fabellae propter elegantiam ſermonis putabantur a Caio Laelio ſcribi.* 28 ne ſermo iniquorum plus poſſit efficere, quam aequorum. 29 vt ſitis. 30 date occaſionem, vt hi plures poſſint ſcribere comoedias. 31 qui iam faciunt occaſionem ſpectandi nouas. 32 in quibus nihil poſſit taxari. 33 ne maleuolus noſter poëta putet hoc pro ſe in ſuam defenſionem dici, qui nuper comoediam dedit, in qua repraeſentauit ſeruum currentem, a quo populus aufugit. 34 *deceſſe* eſt pro *deceſſiſſe.* 35 cur enim ſeruiat Terentius inſano poëtae? 36 maleuoli.

37 co-

Alias nouas, 37 niſi finem maledictis 38 facit.
Adeſte aequo animo: date poteſtatem 39 mihi,
Statariam 40 agere vt liceat per ſilentium:
Ne ſemper ſeruus currens, iratus ſenex,
Edax paraſitus, ſycophanta 41 autem impudens,
Auarus leno, aſſidue agendi ſint 42 mihi
Clamore ſummo, cum labore maxumo.
Mea 43 cauſſa, cauſam hanc iuſtam eſſe, animum inducite 44,
Vt aliqua pars laboris minuatur mihi.
Nam nunc nouas qui ſcribunt, nihil parcunt ſeni 45:
Laborioſa ſi qua eſt, ad me curritur 46:
Si leuis 47 eſt, ad alium mox defertur gregem 48.
In hac eſt pura 49 oratio. experimini 50,
In vtramque partem ingenium quid poſſit 51 meum.
Si nunquam auare pretium ſtatui arti meae 52,

Et

37 comoedias. 38 maleuolis ſuis ſermonibus, calumniis. 39 occaſionem. 40 *Stataria comoedia* eſt, quae tranquille agitur, neque populi aduerſis ſuffragiis foras pellitur. 41 adulator, calumniator, vide, quae ſupra de hac voce monui. 42 ne neceſſe habeam ſemper repraeſentare. 43 propter me. 44 credite. 45 non reſpiciunt nec conſiderant meam ſenectutem. 46 nunc deſideratur meum auxilium. 47 facilis. 48 Comoedianten-Compagnie. 49 ſimplex. 50 cognoſcite. 51 quid valeat ingenium meum in ſtylo facili & difficili. 52 quod ſi nunquam pretium auarum ſtatui meae arti.

53 cre-

Et eum esse quaestum in animum induxi maxumum 53,
Quam maxume seruire vostris commodis;
Exemplum statuite in 54 me, vt adolescentuli.
Vobis placere studeant potius, quam sibi 55.

53 credidi. 54 facite. 55. sibimet ipsis placere, & suos sequi voluptates.

ACTVS I. SCENA I.

CHREMES, MENEDEMVS, duo Senes.

C. QVanquam haec inter nos nupera notitia 1 admodum est,
Inde adeo 2 quod 3 agrum in proxumo heic mercatus es,
Nec rei fere sane amplius quidquam 4 fuit;
Tamen vel virtus tua me, vel vicinitas,
Quod ego in propinqua parte amicitiae puto 5,
Facit, vt te audacter moneam, & familiariter,
Quod mihi videre 6 praeter 7 aetatem tuam
Facere, & praeter quam res 8 te adhortatur tua.
Nam, proh deum atque hominum fidem! quid 9 vis tibi?
Quid quaeris? annon sexaginta natus es,
Aut plus 10 eo, vt coniicio; agrum in his regionibus

1 *Bekandſcafft.* 2 quae notitia inde orta est. 8 quoniam. 4 nec nos habuimus inuicem aliud negotium. 5 pono. 6 videris. 7 aliter ac decet senectutem tuam, 8 *dein Vermögen.* 9 quid quaeris hoc labore? 10 scil. numero. *Plus* particulae ellipsis in numeris nota est.

Rectum eſt, ego vt faciam 22 non, vt deterream 23,
M. Mihi ſic eſt vſus 24: tibi vt opus eſt facto, face 25.
C. An cuiquam eſt vſus homini, ſe vt cruciet 26?
M. Mihi 27.
C. Si quid laboris eſt, nollem 28; ſed iſtud quid ma- 30
li 29 eſt?
Quaeſo, quid de te tantum meruiſti 30? *M.* Heu,
hoi?
C. Ne lacruma, atque iſtuc, quidquid eſt, fac me vt
ſciam.
Ne retice: ne verere 31 credere, inquam, mihi:
Aut conſolando, aut conſilio, aut re iuuero 32
M. Scire hoc vis? *C.* Hac cauſſa equidem 33, qua 35
dixi tibi.
M. Dicetur. *C.* At iſtos raſtros 34 interea tamen
Depone, ne labora. *M.* Minime. *C.* Quam rem a-
gis:
M. Sine me 35, vacuum tempus ne quod duim 36
mihi

faciam. Sin verum rectum non eſſe, tibi oſtendero, vt ab hoc vlterius faciendo monitione mea te auertam. 22 ſi rectum eſt, quod te moneo, vt ipſe poſtea illud faciam; 23 ſi vero non rectum eſt, vt ego te poſtea deterream. 24 haec eſt mea conſuetudo. 25 tu fac, quod tibi placet. 26 anne eſt illa hominis cuiuſdam conſuetudo, vt ſe ipſum cruciet. 27 haec eſt conſuetudo. 28 ſi labor tuus expediret tibi, ego nollem deterrere. 29 quaenam eſt tua calamitas? 30 quid vero feciſti, quamobrem te crucias tam miſere? 31 ne time hoc mihi dicere & aperire. 32 te iuuabo. 33 ob hanc cauſſam vtique ego volo hoc ſcire, propter quam ego hoc tibi dixi. 34 *Grabſcheid.* 35 permitte, *laſs mich mit frieden.* 36 ne mihi dem aliquod tempus vacuum. *Duim* antiqua flexione

Laboris 37. C. Non ſinam, inquam. *M.* Ah, non aequam facis 38.
C. Hui, tam Graueis 39 hos, quaeſo? *M.* Sic meritum eſt meum 40.
C. Nunc loquere. *M.* Filium vnicum adoleſcentulum
Habeo, ah quid dixi habere me? imo habui, Chreme:
Nunc habeam, nec ne, incertum eſt. C. Quid ita iſtuc? *M.* Scies.
Eſt e Corintho heic aduena 41 anus paupercula.
Eius filiam ille amare coepit perdite 42,
Prope iam vt pro vxore haberet: haec clam me 43 omnia.
Vbi rem reſciui, coepi non humaniter,
Neque vt aegrotum 44 animum decuit adoleſcentuli,
Tractare, ſed vi & via peruulgata patrum 45,
Quotidie accuſabam: hem! tibi ne haec diutius
Licere ſperas facere, me viuo patre 46,
Amicam 47 vt habeas prope iam in vxoris loco?
Erras, ſi id credis, & me ignoras, Clinia.
Ego te meum 48 eſſe dici tantiſper 49 volo,

Dum

---

flexione dicitur. 37 a labore. 38 iníque facis. 39 q. d. conſidera, quaeſo, Menedeme, quam graues hi raſtri ſint. 40 ſic ego merui. 41 venit huc. 42 vehementer. 43 haec omnia ego neſcius. 44 *verliebt.* 45 quemadmodum patres plerumque facere ſolent. 46 dum ego pater tuus adhuc viuo. 47 meretricem. 48 filium. 49 tamdiu.

50 quam-

Dum 50, quod te dignum eſt, facies: ſed ſi id non facis,
Ego, quod me in te ſit facere dignum, inuenero 51.
Nulla adeo ex re iſtuc fit, niſi ex nimio otio 52.
Ego iſtuc aetatis 53 non amori operam dabam 54,
Sed in Aſiam abii hinc propter pauperiem, atque ibi
Simul rem 55 & gloriam armis belli repperi.
Poſtremo adeo res rediit: adoleſcentulus
Saepe eadem & grauiter audiendo victus 56 eſt:
Aetate me putauit & ſapientia
Plus ſcire, & prouidere, quam ſe ipſum 57 ſibi.
In Aſiam ad regem militatum 58 abiit, Chreme.
C. Quid ais? *M.* Clam me profectus, menſes treis abeſt,
C. Ambo accuſandi 59: etſi illud inceptum 60 tamen
Animi eſt pudentis ſignum, & non inſtrenui
M. Vbi 61 comperi ex iis, qui ei fuere conſcii 62,
Domum reuertor moeſtus, atque animo fere
Perturbato, atque incerto prae aegritudine:
Adſido 63; accurrunt ſerui: ſoccos 64 detrahunt:

50 quamdiu. 51 inueniam aliquid. 52 quoniam nimium otioſus es. 53 cum in ea eſſem aetate. 54 non amabam meretrices. 55 opes, diuitias acquiſiui 56 perſuaſus eſt, defatigatus eſt; quoniam ſemper eadem & grauia verba ex me audiebat. 57 putabat filius, me propter ſapientiam & ſenectutem meam plura ſcire, quam ipſum. 58 in militiam. 59 eſtis. 60 conſilium filii tui. 61 poſtquam. 62 qui hoc eius conſilium ſciuerunt. 63 adſideo. 64 die Pantoffeln.

65 das

Video alios feſtinare, lectos 65 ſternere,
Coenam apparare: pro ſe quisque ſedulo
Faciebant, quo 66 illam mihi lenirent miſeriam 67.
Vbi video haec, coepi cogitare: hem, tot mei
Solius ſolliciti ſunt cauſſa 68, vt me vnum expleant 69?
Ancillae tot me veſtiant? ſumptus domi
Tantos ego ſolus faciam? ſed gnatum vnicum,
Quem pariter vti his decuit aut etiam ampliùs 70,
Quod illa aetas magis ad hæc vtenda idonea 71 eſt,
Ego eum hinc eieci miſerum iniuſtitia mea 72,
Malo quidem me dignum quouis deputem 73,
Si id faciam: nam vſque dum ille vitam illam colet 47
Inopem, carens patria ob meas iniurias,
Interea vſque illi de me ſupplicium dabo 75,
Laborans, quaerens, parcens, illi ſeruiens.
Ita facio prorſus, nihil relinquo in aedibus,
Nec vas, nec veſtimentum: corraſi omnia 76.
Ancillas, ſeruos, niſi eos 77, qui opere ruſtico

Faci-

65 *das Bette am Tiſch zu rechte machen.* 66 vt. 67 dolorem, curam. 68 propter me ſolum tot ſerui ſunt ſolliciti. 69 vt faciant, quod mihi ſoli placeat & gratum eſſe poſſit. 70 qui hac commoditate merito vti debuiſſet, aut etiam adhuc amplius. 71 quoniam eius aetas magis idonea eſt ad vſum huius commoditatis. 72 per meam iniuſtitiam. 73 ego me dignum haberem quavis calamitate. 74 aget in bello. 75 ego me puniam propter ipſum. 76 collegi. 77 praeter eius ſeruos.

78 in

Faciundo facile victum exercerent ſuum,
Omneis produxi 78 ac vendidi: inſcripſi illico 79
Aedeis: mercedem quaſi talenta ad quindecim
Coëgi: agrum hunc mercatus ſum: heic me exerceo.
Decreui tantiſper me minus iniuriae, 95
Chreme, meo gnato facere, dum fiam miſer 80;
Nec mihi fas eſſe vlla me voluptate heic frui 81,
Niſi vbi ille huc ſaluus redierit meus particeps 82
C. Ingenio te eſſe in 83 liberos leni puto, &
Illum obſequentem, ſi quis recte aut commode 100
Tractaret 84: verum neque tu illum, 85 ſatis noueras,
Nec te ille: hoc vbi fit, ibi non vere viuitur 86.
Tu illum nunquam oſtendiſti quanti penderes 87
Nec tibi ille eſt credere auſus, quae eſt aequum patri 88:
Quod ſi eſſet factum, haec nunquam euenisſent 105 tibi.
M. Ita res eſt, fateor: peccatum a me maximum 89 eſt,
C. Menedeme, at porro recte ſpero; & illum tibi
Saluum affuturum eſſe heic confido propediem 90.

78 in forum. 79 ad domum ſcripſi, quod illa ſit venalis. 80 dummodo ego fiam miſer. 81 nec fas eſt, vt ego fruar aliqua voluptate. 82 niſi donec redibit haeres meus filius. 83 erga. 84 tractauiſſet. 85 filium tuum. 86 tunc non viuitur, vti decet. 87 tu vero nunquam oſtendiſti, quanti illum faceres. 88 quae decet patri credere. 89 vehementer. 90 proximo tempore. 91 hoc

M. Vtinam ita Dii faxint. C. Facient 91, nunc, si commodum 92 est,
120 Dionysia 93 heic sunt: hodie apud me sis, volo,

M. Non

91 hoc dii. 92 si tibi placet. 93 Bacchanalia. De Bacchanalibus Romanorum Liuius XXIX. n. 13. eleganter agit, dum ait: *Primo sacrarium id feminarum fuit, nec quenquam virum eo admitti solitum. Tres in anno statos dies habuisse, quibus interdiu Bacchis initiarentur. Sacerdotes inuicem matronas creari solitas. Paculam Miniam Campanam sacerdotem omnia tanquam Deum monitu immutasse. Nam & viros eam primam suos filios initiasse Minium & Herennium Cerrinios, & nocturnum sacrum ex diurno; & pro tribus in anno diebus quinos singulis mensibus dies initiorum fecisse. Ex quo promiscuo sacra sint & permisti viri feminis, & noctis licentia accesserit; nihil ibi facinoris, nihil flagitii praetermissum, plura virorum inter sese, quam feminarum esse stupra. Si qui minus patientes dedecoris sint, & pigriores ad facinus, pro victimis immolari.* Et Flauius Blondus Romae triumphantis Lib. II. *Nudi viri cum nudatis omnia membra mulieribus, matronis, viduis & virginibus ad sacra conueniebant, quae non nisi nocturna erant, caput omnes pariter femoraliaque pampinis & vuarum racemis cincti, alios item uvarum racemos in manu habebant & tumultuarie inuicem commixti coetu in sublime saltantes, variaque gesticulatione bracchia, ceruicem caputque mouentes carmen inconditum Baccho cantabant, nec prius erat saltationis modus, quam defatigati, & toto corpore vacillantes partim resupinarentur proximioribus inhaerentes, partim in pauimentum fanatici amentesque procumberent, vt recte senserit Marcus Varro, talia nisi ab amentibus fieri non potuisse.*

94 pau-

M. Non poſſum. C. Cur non? quaeſo, tandem aliquantulum 94,
Tibi parce 95: idem abſens facere te hoc vult filius 96.
M. Non conuenit 97, qui illum ad laborem impulerim,
Nunc me ipſum fugere 98. *C.* Siccine eſt ſententia?
M. Sic. C. Bene vale. *M.* Et tu. C. Lacrumas excuſſit mihi,
Miſeretque me eius: ſed, vt 99 diei tempus eſt,
Monere 100 oportet me hunc vicinum Phaniam,
Ad coenam vt veniat: ibo, viſam 1 ſi domi eſt.
Nil opus fuit monitore: iam dudum domi
Praeſto 2 apud me eſſe aiunt: egomet conuiuas moror 3.
Ibo adeo hinc intro: ſed quid 4 crepuerunt fores?
Hinc a me quiſnam egreditur? huc conceſſero 5,

94 paululum ad me veni. 95 noli nimium laborare. 96 & filius tuus abſens etiam vult, ne nimium labores. 97 hoc non decet. 98 vt ego fugiam laborem, qui impuli ipſum ad laborem belli. 99 quoniam. 100 rogare. 1 videbo, an ille domi ſit. 2 adeſt. 3 ego ipſe facio, conuiuae me exſpectent. 4 cur. 5 concedam, *hieher treten.*

ACTVS I. SCENA II.

CLITIPHO, CHREMES.

Cl. NIhil adhuc 1 eſt, quod vereare, Clinia: haud quaquam etiam ceſſant 2:
Et illam ſimul cum nuncio tibi heic affuturam

1 Nihil habes, quod timeas. 2 non ceſſant illae mulie-

Hodie, ſcio, proin 3 tu ſolicitudinem iſtam falſam, quae te
Excruciat, mittas 4. *Ch.* Qui cum 5 loquitur filius? *Cl.* Pater adeſt,
Quem volui: adibo. Pater opportune aduenis. 6
Ch. Quid id eſt? *Cl.* Hunc Menedemum noſtine noſtrum vicinum? *Ch.* Probe.
Cl. Huic filium ſcis eſſe? *Ch.* Audivi eſſe in Aſia, *Cl.* Non eſt, pater; 7 apud
Nos eſt. *Ch.* Quid ais? *Cl.* Aduenientem, e naui egredientem abduxi illico
Ad coenam 8: nam mihi magna cum eo iam inde vſque a pueritia
Semper fuit familiaritas. *Ch.* Voluptatem magnam nuncias.

Quam

---

res. 3 *Proinde* ſeu *proin* ſignificat quamobrem, quare. Cic. Verr. 29. *Proinde ſi ſapis, vide, quid tibi faciendum ſit.* 4 *mittas* idem eſt ac *dimittas* prout ſimplicia ſæpe numero pro compoſitis vſurpantur; & compoſita pro ſimplicibus. 5 cum quo. 6 Clitipho nunc ipſum patrem, poſtquam eum adiit, alloquitur. 7 mi Pater, non eſt Aſiae, ſed apud nos. 8 Apud veteres peregre redeuntibus coena dari ſolebat a propinquis, quae dicebatur *aduentitia*, *aduentoria* vt apud Martialem; *viatica* apud Plautum. Petronius Satyric. cap. XC. *Mouit ille vultum, & o mi, inquit, adoleſcens, non hodie primum auſpicatus ſum: imo, quoties theatrum, vt recitem aliquid intraui, hac me aduentitia excipere frequentia ſolet.* Sueton. Vitel. *Famoſiſſima ſuper ceteras coena ei dota aduentitia a fratre.*

9 noli

Quam vellem Menedemum inuitatum, vt nobiſcum hodie eſſet amplius,
Vt hanc laetitiam nec opinanti primus obiicerem domi!
Atque etiam nunc tempus eſt. *Cl.* Caue, faxis 9: non opus eſt, pater.
Ch. Quapropter? *Cl.* Quia enim incertum eſt etiam, quid ſe faciat 10. modo venit 11.
Timet omnia: patris iram, & animum amicae ſe erga vt ſit ſuae 12.
Eam miſere 13 amat, propter eam haec turba atque abitio 14 euenit. *Ch.* Scio.
Cl. Nunc ſeruulum 15 ad eam in vrbem miſit, & ego 16 noſtrum vna 17 Syrum.
Ch. Quid narrat? *Cl.* Quid ille 18? ſe miſerum 19 eſſe,
Ch. Miſerum? quem minus credere 20 eſt?
Quid reliqui eſt, quin habeat, quae quidem in homine dicuntur bona 21,

9 noli hoc facere, *faxim. faxis. faxit* eſt verbum defectiuum & coniunctiuus illius tantum ponitur. 10 de ſe 11 nam Clinia hoc momento venit. 12 neſcit, quo animo erga ſe ſit pater & amica. 13 valde. 14 profectio eius in bellum. 15 *einen Jungen.* 16 miſi. 17 ſimul. 18 narret. 19 dicit. 20 cum tamen credendum non ſit, illum eſſe miſerum. 21 num eſt praeterea aliquid bonorum, quae alias dicantur eſſe bona, quod ille non habeat? Horatius Lib. I. epiſt. 4,

Dii tibi formam:
Dii tibi diuitias dederant, artemque fruendi:
Quid voueat dulci nutricula maius alumno,
Quam ſapere, & fari vt poſſit, quae ſentias vtque
Gratia, fama, valetudo contingat abunde.

22 proue

20 Parenteis, patriam incolumem, amicos, genus, cognatos, diuitias?
Atque haec perinde sunt, vt illius animus, qui ea possidet 22:
Qui vti scit, ei bona 23; illi, qui non vtitur recte, mala 24.
Cl. Imo ille senex fuit importunus 25 semper: & nunc nihil magis
Vereor, quam ne quid in illum 26 iratus plus satis faxit pater.
25 Ch. Ille ne 27? sed reprimam me: nam, in metu esse hunc, illi est vtile.
Cl. Quid tute tecum 28? Ch. Dicam, vt vt 29 erat, mansum tamen oportuit 30.
Fortasse aliquanto iniquior erat praeter eius lubidinem 31.
Pateretur 32: nam quem ferret, si parentem non ferret suum?
Hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex huius viuere 33? &

Quod

22 prout animus eius est comparatus, qui possidet haec bona. 23 qui scit recte vti his bonis, illi sunt bona 24 qui vero his bonis non scit recte vti illi sunt mala, 25 *verdrießlich*, *wunderlich*, *selzam*. 26 ne quid faciat illi pater, quod non deceat. 27 aliquid faciat in filium suum. 28 loqueris, cogitas. 29 *die Sache sey nun wie sie wolle*. 30 tamen filium oportuit manere. 31 quam quidem ipse voluisset. 32 filius hoc debuisset pati. 33 an decebat, vt filius viueret ex voluntate patris, an vt pater ex voluntate filii?

34 quod

Quod illum insimulat durum 34, id non est: nam parentum iniuriae
Vniusmodi sunt ferme, paulo qui est homo tolerabilis 35
Scortari crebro nolunt 36, nolunt crebro conuivarier,
Praebent exigue sumtum: & ea sunt tamen ad virtutem omnia 37.
Verum vbi animus semel se cupiditate deuinxit mala 38,
Necesse est, Clitipho, consilia consequi consimilia, hoc
Scitum 39 est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex vsu siet 40.
Cl. Ita credo. Ch. Ego ibo hinc intro, vt videam, nobis quid coenae siet 41.
Tu, vt tempus 42 est diei, vide sis, ne quo hinc abeas longius.
Cl. Quam iniqui sunt patres in 43 omneis adolescenteis iudices:
Qui aequum esse censent, nos iam a pueris illico nasci senes,

Neque

34 quod vero dicit filius, patrem esse durum virum. 35 iniuriae patrum erga filios sunt ferme vnius modi; intelligo autem patres paullo prudentiores. 36 filios suos. 37 & haec tamen omnia eo directa sunt, vt filii ament & sequantur virtutem. 38 sed quam primum animus factus est cupidus vitiorum. 39 pulchrum est, & prudens. 40 ex aliorum exemplo capere tuam vtilitatem. 41 quid habeamus ad coenam. 42 quoniam tempus est. 43 erga.

44 vt

Neque illarum affines 44 rerum esse, quas fert adolescentia.
Ex sua libidine moderantur, nunc quae est, non quae olim fuit 45.
Mihi si vnquam filius erit, nae 46 ille facili me vtetur patre:
Nam & cognoscendi 47 & ignoscendi dabitur peccati locus.
45 Non vt meus 48, qui mihi per alium ostendit suam sententiam 49.
Perii? is mihi, vbi adbibit plus paulo 50, sua quae narrat facinora 51?
Nunc ait, periculum ex aliis facito, tibi quod ex vsu siet.
Astutus 52! nae ille haud scit, quam mihi nunc surdo narret fabulam 53.

Magis

44 & vt non summus procliues ad res illas, quas secum adfert adolescentia, *affinis* vt plurimum cum Datiuo constituitur: h. l. cum genitiuo. 45 senes solent omnia moderari & iudicare iuxta suam inclinationem & suos affectus, quales nunc habent, non vero, quales olim habuerunt. 46 profecto ego facilis patet ero erga illum. 47 nam tunc erit occasio cognoscendi eius peccata & ignoscendi. 48 pater. 49 dum allegat exempla aliorum. 50 quando paulo plus vini bibit. Vox *adbibere* rarius occurrit, nisi apud Horat. Lib. I. epist. 2. v. 67. quamquam alio sensu:

nunc adbibe puro
Pectore verba puer.

51 deus bone, quam turpes res narrat ille olim a se gestas! 52 hem, quam astutus est ille! 53 quam plane ego

non

Magis nunc me amicae dicta ſtimulant 54: da mihi, atque affer mihi.
Cui quid reſpondeam nil habeo 55: neque me quiſquam eſt miſerior.
Nam Clinia hic, etſi is quoque ſuarum rerum ſatagit 56, attamen
Habet bene ac pudice eductam 57, ignaram artis meretriciae.
Mea 58 eſt potens, procax, magnifica, ſumtuoſa, nobilis.
Tum quod dem ei, recte 59 eſt: nam nihil eſſe mihi religio eſt dicere 60.
Hoc ego mali noo pridem inueni 61: neque etiam dum ſcit pater.

non patiar me perſuaderi per eius ſermones. 54 ſermones amicae meae me impellunt. 55 nihil ſcio. 56 ſuas res obſeruat. *Satagere* cum genitiuo eſt graeca ratio loquendi, nam Latini ponunt caſum auferendi addita praepoſitione. 57 amicam educatam. 58 amica. 59 ſi quid habeo, quod dare poſſim meae amicae, tunc recte eſt. 60 pudet me dicere, quod ego pauper ſim. 61 dudum eſt, quod ego habeo hoc malum.

ACTVS II. SCENA I.

CLINIA, CLITIPHO.

C. SI mihi ſecundae res de amore meo eſſent, iam dudum, ſcio,
Veniſſent: ſed vereor, ne mulier 1 me abſente heic corrupta ſit 2

Con-

1 Antiphila. 2 & ad alium ſe contulerit, vt illius amoris ſit fundamentum.

3 ſcil.

Concurrunt multae opiniones, quae mihi animum exaugeant 3;
Occaſio, locus, aetas, mater, cuius ſub imperio eſt, mala: 4
Cui nihil praeter pretium iam dulce 5 eſt. *Cl.* Clinia. *C.* Hei miſero mihi!
Cl. Etiam caues, ne videat forte hinc te a patre aliquis exiens?
C. Faciam: ſed neſcio quid profecto mihi animus praeſagit mali.
Cl. Pergin' iſtuc prius diiudicare, quam ſcis, quid veri ſiet 6?
C. Nihil mali eſſet 7, iam heic adeſſent. *Cl.* Iam aderunt. *C.* Quando iſtuc erit?
Cl. Non cogitas hinc longule eſſe? & noſti mores mulierum:
Dum moliuntur, 8 dum comuntur, annus 9 eſt,
C. O Clitipho,

Ti-

3 *exaugere* eſt confirmare. Plautus Sticho II, 2, 2. *Benefacta maiorum tuorum exauge.* 4 *Occaſio* enim iam maxime commoda fuit, dum fuerim abſens; nec *locus*, ſcil. Athenae, corruptioni contrarius eſſe potuit, quum ibi frequentia hominum eſt; *aetas* autem adhuc iuuenilis, lubrica eſt, & cerae inſtar; *mater* denique Corinthia tantum abeſt, vt impediuerit, quo minus Antiphila corrupta ſit; vt ad hanc rem ineundam auctor extiterit, quia ei nihil praeter pecuniam dulce eſt. 5 quae nihil amat, praeter pecuniam. 6 an etiam hoc verum ſit. 7 ſi nullum malum eſſet, in hac re. 8 ſcil. aliquid rerum. 9 annus abit, priuſquam mulieres ſe ornant.

10 ani-

Timeo. *Cl.* Reſpira 10: eccum Dromonem cum Syro: vna adſunt tibi 11.

10 animum bonum habe. 11 iam huc venerunt.

ACTVS II. SCENA II.

SYRVS, DROMO, CLINIA, CLITIPHO.

S. AIn' 1 tu? *D.* Sic eſt. *S.* Verum interea dum ſermones caedimus 2.

Illae ſunt relictae 3. *Cl.* Mulier tibi adeſt, audin' Clinia?

C. Ego vero audio nunc demum, & video, & valeo, Clitipho.

D. Minime mirum: adeo impeditae 4 ſunt: ancillarum gregem 5

Ducunt ſecum. *C.* Perii! vnde illi ſunt ancillae 6? 5

Cl. Mene rogas 7?

S. Non oportuit relictas 8: portant quid rerum 9? *C.* Hei mihi.

S. Aurum, veſtem 10: & veſperaſcit, & non nouerunt viam.

Factum a nobis ſtulte eſt, abi dum tu, Dromo, illis obviam,

Propera: quid ſtas? *C.* Vae miſero mihi! quanta de ſpe 11 decidi!

Cl. Quid

1 Tune dicis verum 2 *Caedere ſermones* dicitur more Graecorum, quibus eſt κόπτειν λόγες item ῥήματα. Lipſius dixit, *ſecare ſermones.* 3 a nobis. 4 onuſtae veſtibus & ancillis. 5 multitudinem. 6 vnde illa accepit ancillas? 7 interrogas. 8 illas a vobis relinqui. 9 quas res portant illae? 10 portant, 11 quantam ſpem amiſi,

Cl. Quid istuc? quae tat res sollicit autem? *C.* Rogitas quid fiet?
Viden' tu ancillas, aurum, vestem? quam 12 ego cum vna ancillula
Heic reliqui, vnde esse censes? *Cl.* Vah, nunc demum intelligo.
S. Dii boni! quid turbae est? aedes nostrae vix capient 13 scio.
Quid comedent? quid ebibent? quid seni erit nostro miserius 14?
Sed video, eccos 15, quos volebam C. O Iupiter, vbinam est fides 16?
Dum ego propter te errans patria careo demens, tu interea loci 17
Conlocupletasti te, Antiphila, & me in his deseruisti malis,
Propter quam in summa infamia sum, & meo patri minus obsequens 18:
Cuius nunc pudet me, & miseret, qui 19 harum mores cantabat mihi,
Monuisse frustra: neque potuisse eum vnquam me ab hac expellere 20.

Quod

amisi. 12 vestem. 13 tot foeminas. 14 quid miserius erit, quam hoc seni nostro, dum tot sumtus fieri videbit. 15 ecce eos, quos optabam. 16 *Redlichkeit.* 17 interim. 18 non fui obediens. 19 pudet me nunc facti mei, & miseret me etiam patris, qui de moribus meretricum mecum sermones habuit, & me frustra tamen monuit. 20 pudet me etiam nunc quod pater me nunquam potuit ab hac meretrice auocare suis persuasionibus.

21 dum

Quod nunc faciam tamen: cum gratum mihi esse potuit, nolui 21.
Nemo est miserior me. *S.* Hic de nostris verbis errat videlicet 22,
Quae heic sumus locuti. Clinia, aliter tuum amorem, atque est, accipis 23:
Nam & vita est eadem, & animus te erga idem ac fuit 24,
Quantum ex ipsa re coniecturam cepimus.
Cl. Quid est obsecro? nam mihi nunc nihil rerum omnium est,
Quod malim, quam me hoc falso suspicarier 25.
S. Hoc primum, vt ne quid huius ignores 26: anus,
Quae est dicta mater esse ei ante hac, non fuit 27.
Ea obiit mortem: haec ipsa in itinere alterae 28
Dum narrat, forte audiui. *Cl.* Quaenam est altera?
S. Mane 29, hoc, quod coepi, primum enarrem Clitipho:
Post istuc veniam 30. *Cl.* Propera. *S.* Iam primum omnium,

Vbi

21 dum nolui hoc facere illo tempore, quo potuit mihi gratum esse. 22 *er hats vielleicht nicht recht verstanden.* 23 intelligis, quam ille est. 24 amica tua viuit adhuc vt olim, & animum erga te pristinum habet. 25 nihil est ex omnibus rebus, quod ego nunc malim, quam vt falsa sit mea suspicio. 26 hoc primum volo te scire, vt omnia scias, quae ipsam concernunt. 27 eius mater. 28 alteri feminae. nota *alterae.* ponitur ἀρχαϊκῶς pro: *alteri.* 29 permitte, vt. 30 postea etiam

Vbi ventum ad aedes e ſt, Dromo pultat 31 fores:
Anus quaedam prodit. Haec vbi aperuit oſtium,
Continuo hic 32 ſe coniecit intro: ego conſequor:
Anus foribus obdit peſſulum 33, ad lanam 34 redit,
Heic ſciri potuit, aut nuſquam alibi, Clinia,
Quo ſtudio vitam ſuam te abſente exegerit;
Vbi de improuiſo eſt interuentum mulieri 36.
Nam ea res dedit tum exiſtimandi copiam 37,
Quotidianae vitae conſuetudinem 38,
Quae 39, cuiusque ingenium vt 40 ſit, declarat maxume.
Texentem telam ſtudioſe ipſam offendimus 41
Mediocriter 42 veſtitam veſte lugubri,
Eius anuis 43 cauſſa, opinor, quae erat mortua,
Sine auro tum ornatam 44, ita vti quae ornantur ſibi 45,
Nulla mala re eſſe expolitam muliebri 46:

Ca-

etiam hoc narrabo. 31 pulſat ſaepius. *Pultare fores* Plaut. Ciſt. 3. v. 7. Bacch. 5. 1. v. 28. & 5. 2. v. 2. Moſtell. 3, 1. v. 140. & 4. 2. v. 18, 27. 32 Dromo, 33 ſupra Eunuchi, III. 5. 55. *peſſulum oſtio obdo.* 34 pergit lanam ducere. 36 *wie man ihr ſo von ohngefehr über den Halſs kam.* 37 occaſionem. 38 de conſuetudine eius. quomodo illa quotidie viuere ſoleret. 39 conſuetudo. 40 quale. 41 inuenimus. 42 *nicht praecheig.* 43 eſt genitiuus antiquus pro anus. nam olim vocabula quartae declinationis ita flexa ſunt: anus. anuis, anui, fructus, fructuis, fructui. 44 illam inuenimus. 45 in domo, ita erat ornata, vti ſolent illae facere, quae non pro aliis ſe ornant. 46 inuenimus etiam illam ita, vt non expolita eſſet fuco, *mit Schmincke.* 47 *flie-*

Capillus paſſus 47, prolixus, circum caput
Reiectus negligenter. pax! 48 *C.* Syre mi, obſecro,
Ne me in laetitiam fruſtra coniicias. S. Anus
Subtegmen 49 nebat: praeterea vna ancillula
Erat, ea texebat vna, pannis obſita 50,
Neglecta 51, immunda illuuiie 52. *C.* Si haec ſunt,
Clinia,
Vera, ita vti credo, quis te eſt fortunatior?
Scin' tu hanc, quam dicit, ſordidatam & ſordidam? 53
Magnum hoc quoque ſignum eſt, de minam eſſe
extra noxiam 54,
Cum eius tam negliguntur internuncii 55:
Nam diſciplina eſt eisdem, munerarier

An-

47 *fliegend.* 48 Pax! interiectio non romana, ſed graeca πάξ (i. e. παύε deſine, ſcil. loqui.) Ea utebantur, cum ſibi ſilentium imponebant appoſito ad os digito. Cum enim ſibi ſilentium imponebant, tanquam vlterius ſermonem procudere vererentur; aut cum quae dicta erant, indicta vellent: aut cum ex ſermone praeſentes dimitterent, tum *pax!* dicebant, Heſych. πάξ, ἐπὶ τῷ τὸ τέλος ἔχειν. Plaut. Pſeut. 5, 1. v. 33. Mil. 3, 1. v. 212. Stick. 5, 5, v. 30. Noſter Heaut. 4. 3. v. 39. *Pax, nihil amplius.* Auſon. Idyll. 12. *Totum opus hoc ſparſum: crinis velut Antiphile, pax.* vid. Parei. Lexic. Critic. p. 897. 49 *ſubtegmen* eſt filum, quod ſtamini ſubtexitur, 50 male veſtita. 51 *liederlich*, 52 propter ſorditiem ſuam. 53 *ſordidatam* refertur ad veſtitatam; *ſordidam* ad illuuiem 54 viuit ſine crimine aut culpa. 55 amici, ancilla.

56 nam

Ancillas primum, ad dominas qui affectant viam 56.
C. Perge, obsecro te, & caue ne falsam gratiam
Studeas inire 57: quid ait 58, vbi me nominas?
S. Vbi dicimus: rediisse te, & rogare, vti
Veniret ad te; mulier telam desinit 59
Continuo, & lacrumis opplet 60 os totum sibi, vt
Facile scires, desiderio 61 id fieri tuo.
C. Prae gaudio, (ita me dii ament) vbi sim nescio.
Ita timui. *Cl.* At ego nihil esse scibam 62, Clinia.
Agedum viciſſim, Syre, dic, quae illa est altera.
S. Adducimus tuam Bacchidem. *C.* Hem, quid Bacchidem?
Eho, sceleste, quo illam abducis? *S.* quo illam ego 63? ad nos scilicet.
Cl. Ad patrem ne? *S.* Ad eum ipsum. *Cl.* O hominis impudentem audaciam! *S.* Heus
Tu non fit, sine periclo facinus magnum & memorabile 64.

Cl. Hoc

56 nam his, qui affectant viam ad amorem cum domina, consuetudo est, primum ornare donis ancillas. 57 ne studeas me decipere falsis persuasionibus. 58 illa 59 desinit telam terere. 60 implet. 61 ex desiderio. 62 sciebam. 63 adducam. 64 res magna & memorabilis fieri non potest sine magno labore Xerxes apud Herodot. Lib. VII. ait. *Magna negotia magnis cum periculis fiunt.*

65 vide

Cl. Hoc vide: 65 in mea vita tu tibi laudem is quae-
ſitum 66, ſcelus 67: (rierim.
Vbi ſi paululum modo quid te fugerit 68, ego pe-
Quid illo 69 facias? *S.* At enim 70, *Cl.* Quid enim?
S. Si ſinas, dicam. *C.* Sine.
Cl. Sino. *S.* Ita res eſt, haec nunc quaſi eum 71. *Cl.*
quas, malum 72! ambages mihi
Narrare occipit 73? *C.* Syre, verum 74 hic dicit:
mitte 75! ad rem redi. (iurius.
S. Enim vero reticere nequeo, multis modis 76 in-
Clytipho es, neque, ferri potis 77 es. *C.* Audien-
dum hercle eſt; tace.
S. Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici 78.
Tuum eſſe in potiundo periculum non vis 79.
haud ſtulte 80 ſapis:
Siquidem 81 id ſapere eſt, velle te id, quod non
poteſt contingere.
Aut haec cum illis ſunt habenda 82, aut illa cum
his mittenda ſunt.

N Ha-

65 vide hoc factum, en facinus. 66 tu quaeris laudem aſtutiae in vitae meae periculo. 67 ſceleſte homo, quum abſtractum ponitur pro concreto. 68 ſiquid, quod faciendum fuerit, non feceris. 69 de illo. Saepe omittitur praepoſitio. Paullo ante dixerat: *quia enim incertum eſt etiam, quid ſe faciat.* 70 imo vero. 71 apoſiopeſis, & oratio imperfecta. 72 interiectio iraſcentis. 73 incipit. 74 veritatem. 75 omitte haec. 76 multis modis. 77 potes, non ferendus es. 78 vis, vt tibi procuretur, quod dare poſſis illi. 79 non vis autem, vt tu habeas periculum aliquod, dum illam accipis. 80 *Du biſt kein Narr.* 81 ſi modo. 82 aut id oportet, vt tu habeas haec

Harum duarum conditionum nunc vtram 83 malis, vide:
Etsi consilium, quod cepi, rectum esse & tutum scio:
Nam tua apud patrem amica tecum sine metu vt sit, copia 84 est:
Tum, illi 85 argentum quod pollicitus es, eadem hac inueniam via:
Quod vt efficerem, orando 86 surdas iam aureis reddideras mihi.
Quid aliud tibi vis? *Cl.* Siquidem hoc 87 fit. *S.* Siquidem experiundo 88 scies.
Cl. Age age, cedo 89, istuc tuum consilium, quid id est? *S.* Assimulabimus,
Tuam amicam huius 90 esse *Cl.* Pulchre: cedo 91: quid hic faciet sua 92?
An ea quoque huius dicetur, si haec vna dedecori est parum 93?
S. Imo ad tuam matrem abducetur. *C.* Quid eo 94? *S.* Longum est, Clitipho,
Tibi si narrem, quam ob rem id faciam: vera 95 caussa est. *Cl.* Fabulae!
Nihil

---

h aec cum illis aut vt illa cum his omittas. 83 *welches von beyden.* 84 nam nunc occasio est, vt tua amica nunc sit tecum sine metu apud patrem 85 amicae tuae. 86 saepius me rogando. 87 si modo. 88 per experientiam. 89 dic mihi. 90 amicam. 91 dic mihi. 92 de sua amica. 93 an dicetur quoque, eam esse huius amicam; & an parum dedecori est, quod iam amet vnam? 94 cur eo abducetur? 95 iustam habeo caussam. 96 nul-

Nihil ſatis firmi 96 video, quam ob rem accipere
hunc mihi expediat 97 metum.
S. Mane, habeo aliud 98, ſi iſtuc metuis, quod am-
bo confiteamini 99
Sine periclo eſſe. *Cl.* Huiuſmodi, obſecro, aliquid
reperi 100. *S.* Maxume:
Ibo obuiam hinc: dicam, vt reuertantur domum,
Cl. Hem,
Quid dixti? *S.* Ademtum tibi iam faxo omnem 100
metum 1,
In aurem vtramuis otioſe 2 vt dormias.
Cl. Quid ago nunc? *C.* Tu ne? quod boni 3. *Cl.*
Syre, dic modo
Verum 4. *S.* Age modo hodie: fero 5 ac nequid-
quam voles.
C. Datur modo 6: fruere dum licet: nam neſcias,
Eius ſit poteſtas 7 poſthac, an nunquam tibi. 105
Cl. Syre, inquam. *S.* Perge porro, tamen iſtuc
ago.
Cl. Verum hercle iſtuc eſt, Syre. Syre, inquam,
heus heus, Syre,

96 nullam ſatis firmam & iuſtam cauſſam video. 97 vtinam mihi ſit. 98 aliud quidpiam & melius excogitaui. 99 confitebimini. 100 excogita. 1 faxo, vt tibi iam omnis metus adimatur. 2 ſecure. Eſt prouerbialis locutio, & ſignificat ſuper vtrumlibet latus otioſe dormire. 3 quod boni tu poſſis agere? vel: age aliquid, quod bonum ſit. 4 veritatem. 5 nimis ſero & fruſtra hoc exoptabis. 6 hoc bonum tibi iam datur. 7 facultas, occaſio.

S. Concaluit 8: quid vis? *Cl.* Redi, redi. *S.* Adſum, dic, quid eſt?
Iam hoc quoque negabis tibi placere 9. *Cl.* Imo Syre,
Et me, & meum amorem & famam permitto tibi,
Tu es iudex: ne quid 10 accuſandus ſis, vide.
S. Ridiculum eſt, te iſtuc me admonere, Clitipho:
Quaſi iſtic minor mea res agatur, quam 11 tua.
Heic ſi quid nobis forte aduerſi euenerit 12,
Tibi erunt parata verba, huic homini verbera 13.
Qua propter haec res neutiquam neglectui 14 eſt mihi.
Sed iſtum exora, vt ſuam eſſe adſimulet 15. *C.* Scilicet
Facturum me eſſe in eum iam res rediit locum,
Vt ſit neceſſe 16. *Cl.* Merito amo te, Clinia.
C. Verum illa ne quid titubet 17. *S.* Perdocta 18 eſt probe.
Cl. At hoc demiror, quei tam facile potueris
Perſuadere illi, quae ſolet quos 19 ſpernere!
S. In

8 cupidus factus eſt. 9 iam quoque dices, tibi hoc non placere. 10 propter aliquam rem. 11 quaſi haec res minus ad me pertineat, quam ad te. 12 quando fortaſſis aliquod malum nobis acciderit. 13 parata erunt. 14 negligenda. 15 vt ſimulet, quaſi illa eſſet ſua amica. 16 ſcilicet eo res iam rediit, vt neceſſe ſit, me hoc facere. 17 vt conſtans ſit in ſua ſententia. 18 *ſie hat auf ſolche Sachen ſchon ausgelernet.* 19 quam egregios enim amatores ſolet illa ſpernere!

20 op-

S. In tempore 20 ad eam veni; quod rerum omnium eſt
Primum 21 nam quendam miſere offendi 22 ibi militem
Eius noctem orantem. Haec arte 23 tractabat virum,
Cupidum vt illius animum inopia 24 incenderet.
Eademque vt eſſet apud te hoc quam gratiſſimum 25.
Sed heus tu, vide ſis, ne quid imprudens ruas 26.
Patrem nouiſti, ad has res quam ſit perſpicax:
Ego te autem noui, quam eſſe ſoleas impotens 27.
Inuerſa verba, euerſas ceruices tuas,
Gemitus, ſcreatus, tuſſes, riſus, abſtine 28.
Cl. Laudabis 29. *S.* Vide ſis. *Cl.* Tutemet mirabere.
S. Sed quam cito ſunt conſecutae 30 mulieres?
Cl. Vbi ſunt? cur retines? *S.* Iam nunc haec non eſt tua 31.

20 opportuna. 21 praecipuum, quod in omnibus rebus probe eſt obſeruandum. 22 nam inueni quendam militem, qui vehementer ipſam orabat, vt ſibi vellet concedere vſum vnius noctis. 23 per aſtutiam, callide. 24 per inopiam, per recuſationem. 25 & illa faciebat per hanc eandem artem & calliditatem. 26 ne in prudens ruas in periculum. 27 *wie du dich ſo gar nichs halten und moderiren kanſt.* 28 noui ego ſermones tuos ambiguos, motus ceruicis ineptos &c. a quibus omnibus tamen debes abſtinere. 29 me. 30 ſecutae ſunt. 31 amica.

32 ſcio

Cl. Scio, apud patrem ait, nunc interim 32. S. Nihilo magis 33.

Cl. Sine. S. Non ſinam, inquam. *Cl.* Quaeſo pauliſper. S. veto 34.

Cl. Saltem ſalutare. S. Abeas, ſi ſapis 35. *Cl.* Eo, quid

Iſtic? S. Manebit. *Cl.* O felicem hominem! S. Ambula 36.

32 ſcio, quod illa nunc ſit apud patrem; at nunc interim permitte, vt illa ſit mea amica. 33 *eben ſo wenig* hoc permittam. 34 nolo. 35 rogo te, vt abeas, ſi ſapiens es. 36 *packe dich doch nur fort.*

ACTVS II. SCENA III.

BACCHIS, ANTIPHILA, CLINIA, SYRVS.

B. AEdepol, Antiphila mea, laudo te, & fortunatam iudico,

Id cum ſtuduiſti, iſti formae 1 mores vt conſimiles forent:

Minimeque (ita me dii ament!) miror, ſi te ſibi quisque expetit 2.

Nam mihi, quale ingenium haberes, fuit indicio oratio tua 3.

Et cum egomet nunc mecum in animo vitam tuam conſidero,

Adeoque voſtrarum omnium, vulgus quae ab ſeſe ſegregant 4;

Et

1 Vt mores tui forent ſimiles tuae pulchritudini. 2 ad amorem. 3 tua oratio indicauit mihi. 4 quae ſe ſegregant a vulgo, eſt antiqua conſtructio.

5 vo-

Et vos esse istiusmodi, & nos non esse, haud mirabile est.
Nam vobis expedit esse bonas 5 : nos, quibus cum res est, non sinunt 6.
Quippe forma impulsi nostra 7 nos amatores colunt:
Haec 8 vbi immutata est, illi suum animum alio 9 conferunt. 10
Nisi si prospectum est interea aliquid 10, desertae viuimus.
Vobis cum vno semel vbi aetatem agere decretum est viro 11,
Cuius mos maxume est consimilis vostrum 12 ; hi se ad vos applicant 13 :
Hoc beneficio vtrique ab vtrisque vero 14 deuincimini.
Vt nunquam vlla amori vostro incidere possit 15 calamitas.
A. Nescio alias 15 : me quidem semper scio feciſſe sedulo 16,

5 vobis vtile est, quod sitis bonae. 6 illi vero, quibuscum nos rem habemus, non sinunt, vt nos simus bonae. 7 qui incensi sunt ad amorem propter pulchritudinem nostram. 8 forma nostra. 9 ad alium amorem conuertunt. 10 quando igitur nos non prospeximus nobis 11 postquam vero vos decreuistis semel, cum vno viro viuere. 12 cuius mores similes sunt moribus vestris. 13 hi viri amant vos vnice. 14 & ita inter vos obligamini. 15 quomodo aliae foeminae comparatae sint, hoc quidem ego nescio. 16 me semper dediſſe operam.

17 Cliuae

Vt ex illius 17 commodo meum compararem commodum. *Cl.* Ah!

Ergo, mea Antiphila, tu nunc ſola reducem me in patriam facis 18.

Nam, tum abs te abſum, omnes mihi labores fuere, quos cepi 19, leues,

Praeterquam te carendum quod erat 20. *S.* Credo. *Cl.* Syre, vix ſuffero 21.

Hoceine me miſerum non licere meo modo ingenium frui 22?

S. Imo, vt patrem tuum vidi eſſe habitum, diu etiam duras dabit 23.

B. Qis nam hic adoleſcens eſt, qui intuetur nos? *A.* Ah, retine me obſecro.

B. Amabo 24, quid tibi eſt? *A.* Diſperii. *B.* Perii miſera, quid ſtupes 25,

Antiphila? *A.* Videone Cliniam, an non? *B.* quem vides? *Cl.* Salue anime mi.

A. O mi exſpectate 26, Clinia, ſalue. *Cl.* Vt 27 vales?

A. Saluum veniſſe gaudeo 28. *Cl.* Teneone te,

An-

17 Cliniae. 18 tu ſola facis quod ego nunc redeam in patriam. 19 ſuſcepi. 20 hic vero erat labor graniſſimus, quod cogebar carere tuo amore. 21 ſcil. Antiphilae abſentiam. 22 annon liceat mihi miſero frui meo ingenio, vti ego volo? 23 ſi recte intelligo voluntatem patris tui, ſane tibi duras leges dabit, *eſſe habitum* ſcil. animi affectu. 24 quaeſo. 25 cur times? *warum erſchrickſt du doch ſo hefftig?* 26 exoptate. 27 quomodo. 28 te veniſſe.

29 ha-

Antiphila, maxume animo exoptatam 29 meo?
S. Ite intro: nam vos iam dudum exſpectat ſenex.
29 habeone, videone te, quam exoptaui toties?

ACTVS III. SCENA I.

CHREMES, MENEDEMVS.

C. LVceſcit hoc iam 1: ceſſo 2 pultare 3 oſtium
Vicini? primum ex me ſciat, ſibi filium
Rediiſſe: etſi adoleſcentem hoc nolle intelligo.
Verum, cum videam miſerum hunc 4 tam excruciarier 5
Eius 5 abitu, celem 6 tam inſperatum gaudium,
Cum illi nihil pericli ex indicio ſiet 7?
Haud faciam: nam, quod 8 potero, adiutabo 9 ſenem.
Item 10 vt filium meum amico atque aequali ſuo
Video inſeruire, & ſocium eſſe in negotiis 11.
Nos quoque ſenes eſt aequum ſenibus obſequi 12. 10
M. Aut ego profecto ingenio egregio ad miſerias

1 Fabulae huius actus priores duo ludis Megalenſibus peracti ſunt tempore veſperae, quum parabatur coena. Reliqui tres actus ſub lucem vero agebantur, teſte Scaligero Lib. VI. Poët. c. 13. 2 cur ceſſo. 3 pulſare. Supr. II. ſc. 2. v. 34.

Vbi ventum ad aedes eſt, dromo pulcat fores,

4 Menedemum. 5 Cliniae filii ſui. 6 cur occultare debeam. 7 cum Clinia nullum timendum habebit periculum ex hoc indicio. 8 quantum. 9 adiuvabo. 10 ſicuti enim video. 11 eum adiuuare in ſuis negotiis. 12 ita fas quoque eſt, vt non ſenes ſenibus inſeruiamus. 13 aut

Natus ſum 13, aut illud falſum eſt, quod vulgo audio
Dici, diem 14 adimere aegritudinem 15 hominibus.
Nam mihi quidem quotidie augeſcit magis
De filio aegritudo; & quanto diutius
Abeſt, magis cupio tanto 16, & magis deſidero,
C. Sed ipſum egreſſum 17 foras video: ibo, alloquar.
Menedeme, ſalue: nuncium 18 adporto tibi,
Cuius maxume te fieri participem cupis.
M. Nunquidnam 19 de gnatho meo audiſti, Chreme?

C. Va-

13 aut ego ideo ingenio egregio natus ſum, vt ſemper miſerias ferre poſſim. Haec autem Menedemus dicit, priusquam Chremes reditum filii ſui indicat. 14 diuturnitatem trmporis. Seruius Sulpicius ad Ciceronem. *Nullus dolor eſt, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* 15 *Aegritudo* animi eſt, prout quoque haec vox Ciceroni eique aequalibus ſemper de animo non corpore vſurpatur. Tuſcull. III, 10. *Vt aegrotatio in corpore, ſic aegritudo in animo*; quamquam ſequente ſaeculo diſtinctio hae neglecta fuerit, vid. Cellarii Cur. Poſter. p. 160. add. eiusd. Diſcuſſion. Appendic. p. 90. ſequentibus. 16 tanto magis cupio. Eleganter comparatiuis certi ablatiui adduntur. Lact. VII. 24. 7. *ſepties tanto, quam nunc eſt, clarior.* Colum. III. 23. *Ter tanto amplius ſpatium crudum relinquunt.* 17 Menedemum egreſſum eſſe ex domo ſua. 18 *nuncius* generis virilis ipſam rem ſignificat, quae ad nos perfertur. Vox *nuncii* neutro genere eſt dubia latinitate, quamquam illam illius purioris ciuitate excludere malim. 19 an aliquid.

20 filius

C. Valet, atque viuit. *M.* Vbinam eſt quaeſo? *C.* Apud me domi.
M. Meus gnatus? *C.* Sic eſt. *M.* Venit? *C.* Certe. *M.* Clinia
Meus venit? *C.* Dixi. *M.* Eamus, duc me ad eum, obſecro.
C. Non vult te ſcire ſe rediiſſe etiam 20, & tuum
Conſpectum fugitat ob peccatum 21: tum 22 hoc 25 timet,
Ne tua duritia antiqua 23 illa etiam adaucta ſit.
M. Non tu ei dixiſti, vt 24 eſſem? *C.* Non 25. *M.* Quamobrem, Chreme?
C. Quia peſſume iſtuc in te atque in illum conſulis 26,
Si te tam leni & victo 27 eſſe animo oſtenderis.
M. Non poſſum 28: ſatis iam, ſatis pater durus 30 fui. C. Ah!
Vehemens in vtramque partem 29, Menedeme, es nimis,

20 filius tuus non vult, vt tu ſcias, ſe rediiſſe. 21 quod ipſe olim commiſit. Cicero: *Nolite enim putare, quemadmodum in fabulis ſaepe numero videtis, eos qui aliquid impie ſcelerateque commiſerunt, agitari & perterreri furiarum taedis ardentibus. Sua quemque fraus & ſuus terror maxime vexat: ſuum quemque ſcelus agitat, amentiaque afficit: ſuae malae cogitationes conſcientiaque animi terrent. hae ſunt impiis aſſiduae domeſticaeque furiae.* 22 praeterea. 23 priſtina. 24 qualis iam eſſem. 25 dixi. 26 quia hoc conſilium tuum peſſimum foret. erga te & filium. 27 facili. 28 aliter facere. 29 tam in excelſu, quam in defectu.

30 libe-

Aut largitate 30 nimia, aut parſimonia,
In eandem fraudem ex hac re atque ex illa incides 31
Primum olim 32 potius, commeare filium
Quam paterere 33 ad mulierculam, quae paullo 34
Tum erat contenta, cuique erant grata omnia,
Proterruiſti hinc 35. ea coacta ingratiis 36
Poſt illa coepit victum 37 vulgo 38 quaerere.

Nunc

30 liberalitate, indulgentia. *Largiri* dicitur proprie de profuſa quadam atque abundante donatione, quae larga eſt admodum & liberalis & propemodum prodiga. Cicero de Officiis II, 16. *Omnino duo ſunt genera largorum, quorum alteri prodigi, alteri liberales: prodigi, qui epulis, & viſcerationibus & gladiatoriis muneribus, ludorum venationumque apparatu pecunias profundunt in eas res quarum memoriam aut breuem, aut nullam omnino ſint relicturi. Liberales autem, qui ſuis facultatibus aut captos a praedonibus redimunt, aut aes alienum ſuſcipiunt amicorum, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, in re vel quaerenda vel augenda.* 31 damnum ſenties ex vtraque re. Liuius Lib. II. *Quod ſine fraude mea populique Romani Quiritium fiat* Cicero pro Cluentio: *Quae res nemini vnquam fraudi fuit.* 32 Iam dudum. 33 quam paſſus es, vt filius tuus commearet ad mulierculam. 34 *mit einem gar wenigen.* 35 filium tuum hinc abegiſti. 36 contra ſuam voluntatem. Supr. Eunuch. II, 1, 14.

Opus faciam, vt defatiger vſque ingratiis *vt dormiam.*

37 *Vnterhalt und Lebens-Mittel.* 38 apud quoscunque amatores.

39 damno

Nunc, cum ſine magno intertrimento 39 non poteſt
Haberi, quidvis dare cupis, nam, vt tu ſcias, 40
Quam ea nunc inſtructa pulchre ad perniciem 40 ſiet;
Primum, iam ancillas ſecum adduxit plus decem,
Oneratas veſte, atque auro: ſatrapes 41 ſi ſiet,
Sufferre amator nunquam eius ſumtus queat 42:
Nedum 43 tu poſſis. *M.* Eſtne ea intus? *C.* Si ſit, 45 rogas 44?
Senſi 45: nam ei vnam coenam, atque eius comitibus
Dedi, quod ſi iterum mihi ſit danda 46, factum ſiet 47.
Nam, vt alia omittam, pitiſſando 48 modo mihi
Quid vini 49 abſumſit? ſic, hoc dicens, aſperum 50.
Pater eſt: hoc aliud lenius ſodes vide 51. 50

39 damno. *Intertrimentum* eſt detrimentum, quod intus quaſi terendo damnum perficit. Vtitur ea voce Cicero Verr. 3. c. 50. add. Varron. de L. L. IV, 36. 40 ad damnum inferendum. 41 *Vnd wenn auch gleich einer ein reicher Land Voigt waere.* 42 tamen ſi amaret hanc mulierem, non poſſet ſufferre ſumtus, quos illa requirit. 43 *geſchweige, daſs* 44 tu interrogas, an illa ſit intus? 45 *ich habe es am beſten empfunden.* 46 quod ſi adhuc ſemel dare deberem coenam. 47 certe ego perirem. 48 *nur mit koſten und nippen.* *Pitiſſo* vel vt alii ſcribunt, *pytiſſo*, nec male, pro: modice deguſtare, eſt vox rariſſima. 49 quantum copiam vini. 50 vinum, *ein ſaurer wein.* 51 quaeſo te, cura, vt lenius vinum quam hoc adferatur. *ſodes* eſt idem ac *amabo. videre*

Releui 52 dolia omnia, omnes ſerias 53:
Omnes habui ſollicitos 54 atque haec vna nox 55:
Quid te 56 futurum cenſes, quem aſſidue exedent 57?
Si me dii amabunt, vt tuarum miſeritum 58 eſt,
Menedeme, fortunarum. M. Faciat, quod lubet:
Sumat, conſumat, perdat: decretum eſt pati 59;
Dum illum 60 modo habeam mecum. C. Si certum 61 eſt tibi
Sic facere, illud permagni referre, arbitror 62,
Vt neſcientem ſentiat te id ſibi dare 63.
M. Quid faciam? C. Quid vis potius 64, quam quod cogitas:
Per alium quemuis vt des, falli te ſinas
Technis 65 per ſeruulum: etſi ſubſenſi 66 id quoque,
Illos ibi eſſe, id inter ſe agere clanculum,

Syrus

vero ponitur pro *prouidere*. Cicero Lib. V. epiſt. 1. ad Attic. *Anteceſſerat Statius, vt prandium nobis videret.* 52 *anzapffen, relinere vaſa* ſeu vaſorum ora, quae limo, pice vel cera obdurata ſunt, eſt iſta limo, pice vel cera detractis aperire. 53 *VVein-Laegel, Eymer* 54 omnes mei ſerui fuerunt ſolliciti. 55 fuit. 56 de te. 57 apud quem illae coenabunt aſſidue. 58 miſeret me diuitiarum tuarum, quae ſic dilapidabuntur. 59 ego ſemel decreui, id pati. 60 filium meum. 61 ſi decreuiſti. 62 ego arbitror, tua intereſſe. 63 vt filius ſciat, te id dare quidem, ſed ita, quaſi neſcires. 64 facere debes, 65 variis fallaciis. 66 *ich habe es ſchon gerochen oder gemercket*

67 clan-

Syrus cum illo voſtro conſurrat 67: conferunt
Conſilia adoleſcentes: & tibi perdere
Talentum hoc pacto ſatius 68 eſt, quam illo 69 65
minam 70.
Non nunc pecunia 71 agitur, ſed illud 72, quo
modo
Minimo 73 periclo id 74 demus adoleſcentulo.
Nam ſi ſemel tuum animum intellexerit,
Prius proditurum te tuam vitam, & prius
Pecuniam omnem. quam abs te amittas filium; 70
hui!
Quantam feneſtram 75 ad nequitiam patefeceris 76!
Tibi autem porro vt non ſit ſuaue viuere 77.
Nam deteriores omnes ſumus licentia 78.
Quodcunque inciderit in mentem, volet 79: ne- 75
que id
Putabit 80, prauumne an rectum ſit quod petet.
Tu, rem perire & ipſum non poteris pati 81.

Dare

67 clandeſtina conſilia habent. 68 melius eſt. 69 modo. 70 certam & minorem ſummam argenti perdere. 71 de pecunia. 72 iam agitur. 73 cum minimo. 74 hanc pecuniam. 75 portam, occaſionem. 76 aperies, dabis. 77 tibi autem difficilem & moleſtiſſimam vitam efficies. 78 per nimiam libertatem nos homines ſemper ſumus deteriores ſeu peiores. 79 filius tuus cupiet. 80 reputabit, expendet. 81 tu vero non poteris pati, vt bona tua pereant & filius tu-

Dare den egaris 82; ibit ad illud illico 83,
Quo maxume apud te ſe valere ſentiet 84.
Abiturum ſe abs te eſſe illico minabitur.
M. Videre 85 verum 86, atque ita vti res eſt, dicere,
C. Somnum hercle ego hac nocte oculis non vidi meis, 87
Dum id quaero, tibi quei 88 filium reſtituerem.
M. Cedo 89 dextram: porro te oro idem vt facias, Chreme.
C. Paratus ſum. *M.* Scin quid nunc facere te volo?
C. Dic. *M.* Quod 90 ſenſiſti illos me incipere fallere,
Id 91 vt maturent facere, cupio illi dare,
Quod vult: cupio ipſum iam videre. *C.* Operam dabo.
Syrus eſt prehendendus 92 atque adhortandus mihi.
A me neſcio quis exit. concedo 93 hinc domum,
Ne nos inter nos congruere ſentiant 94.
Paullum hoc negotii mihi obſtat 95; Simus, & Crito Vicini

---

ns. 82 quod ſi vero recuſabis dare ipſi pecuniam. 83 ad id ſtatim redibit. 84 per quod ipſe ſcit, ſe apud te plurimum poſſe efficere. 85 videris. 86 veritatem. 87 *ſomnum non videre oculis* ponitur pro ſumma vigilantia per Hebraiſmum. Cicero: *Quid toto ſuo conſulatu ſomnum non viderit.* 88 qua ratione. 89 porrige mihi dextram tuam. 90 quoniam. 91 cupio vt illi celeriter hoc faciant. 92 apprehendendus, rogandus. 93 ibo. 94 ne illi ſentiant, *daſs wir es ſo mit einander abgeleget oder gecartet haben.* 95 vt non poſ-

ſim

Vicini noſtri heic ambigunt de finibus:
Me cepere 96 arbitrum 97: ibo, ac dicam, vt dixeram,
Operam daturum me; hodie non poſſe his 98 dare, 95
Continuo heic adero. *M.* Ita 99, quaeſo. Dii voſtram fidem,
Itane comparatam eſſe hominum naturam omnium,
Aliena vt melius videant & diiudicent
Quam ſua? an eo 100 fit, quia in re noſtra aut gaudio
Sumus praepediti 1 nimio, aut aegritudine 2? 100
Hic 3 mihi nunc quanto plus ſapit, quam egomet mihi?
C. Diſſolui me 4, otioſus operam vt tibi darem 5.

ſim diutius manere. 96 *Arbiter* quaſi adbiter. Baetere vero, ſeu betere vel betire veteres dixerunt pro ire, incedere, vt adeo arbiter proprie ſit, qui tertius accedit, vt vel alienae rei teſtis ſit, vel lites & contentiones componat. Hinc *arbitrari* quoque eſt ſtatuere & arbitrium pronunciare. 97 elegerunt. 98 hodie vero me non poſſe horum deſiderio inſeruire. 99 fac. 100 hoc ideo. 1 impediti. 2 cura, metu, triſtitia. 3 Chreme. 4 liberaui me ab omnibus aliis negotiis. 5 vt tibi eo melius poſſem inſeruire per otium.

ACTVS III. SCENA II.

SYRVS, CHREMES.

S. HAc illac circumcurſa 1: inuenienduum 2 eſt tamen

Ar-

1 Eſt apoſtrophe Syri ad ſe ipſum; nam ipſe ſecum loquitur. 2 tamen oportet, vt ego inueniam argentum.

3 ex-

Argentum, intendenda 3 in ſenem eſt fallacia.
C. Num me fefellit, hoſce id ſtruere 4? videlicet
Eſt Cliniae ille ſeruus tardiuſculus 5:
Idcirco huic noſtro tradita eſt prouincia 6.
S. Quis heic loquitur: perii, numnam 7 haec audiit? C. Syre. S. Hem!
C. Quid tu 8 iſtic? S. Recte 9. equidem te demiror, Chreme,
Tam mane 10, qui heri tantum biberis 11. C. Nihil nimis 12.
S. Nihil, narras 13? viſa vero eſt, quod dici ſolet,
Aquilae ſenectus 14. C. Eia! S. Mulier eſt commoda 15, &
Facetà hæc meretrix. C. Sane idem 16 viſa eſt mihi.
S, Et quidem hercle forma luculenta 17. C. Sic ſatis 18.
S. Ita non vt olim, ſed vti nunc, ſane bona 19:
Minimeque miror, Clinia hanc ſi deperit 20:

Sed

3 excogitanda. 4 num me latuit, hos ſtruere, meditari aliquam fraudem? 5 tardus ſomnolentus. 6 hoc officium. Metaphorice vſurpatur vox *Prouinciae* pro officio, onere. Infr. Phorm. I, 2, 22. *O Geta, prouinciam cepiſti duram.* 7 an forte ille. 8 agis. 9 interrogas. 10 ſurrexiſſe. 11 cum tamen heri biberis multum. 12 bibi. 13 tu dicis, te nihil nimis bibiſſe? 14 tu habere videris aquilae ſenectutem, id eſt, fortem & robuſtam, vti dici ſolet in prouerbio. vid. Plin. H. N. X. 3. 15 bona laude digna. 16 commoda & facetа illa etiam mihi viſa eſt. 17 eleganti. 18 *ſo hin, es iſt noch gut genung.* 19 olim quidem forma eius melior fuit, ſed nunc tamen adhuc bona eſt. 20 vehementer amat.

21 qui

Sed patrem habet quendam auidum, miſerum atque aridum 21.
Vicinum hunc: noſtin'? at quaſi is non diuitiis
Abundet 22, gnatus eius profugit inopia 23.
Scin' eſſe factum, vt dico? C. Quid 24 ego neſciam?
Hominem piſtrino dignum 25! S. Quem? C. Iſtune ſeruolum
Dico adoleſcentis. S. Syre, tibi timui male 26.
C. Qui paſſus eſt id fieri. S. Quid faceret? C. Rogas 27?
Aliquid reperiret 28, fingeret fallacias,
Vnde eſſet adoleſcenti amicae quod daret 29,
Aque hunc difficilem 30 inuitum ſeruaret ſenem.
S. Garris. C. Haec facta ab illo oportebant 31, Syre.
S. Eho, quaeſo, laudas 32 qui heros fallunt? C. In loco 33,
Ego vero laudo. S. Recte ſane. C. Quippe quia

Magna-

21 qui propter auaritiam ſuam totius exaruit. 22 quaſi non diuitias multas habeat. 23 propter inopiam. 24 cur ego id. 25 homo hic dignus eſt, qui detrudatur in piſtrinum. 26 vtique timui, ne tibi hoc male cederet. 27 interrogas? 28 excogitaret. 29 vnde adoleſcens acciperet pecuniam, quam dare poſſet amicae ſuae. 30 atque vt conſeruaret hunc ſenem auarum contra ſuam voluntatem. 31 haec debebant ab illo fieri. 32 tune laudas iſtos ſeruos, qui fallunt dominos ſuos? 33 omnino ego laudo ſervos, qui fallunt dominos ſuos iuſto loco & tempore.

34 cu-

Magnarum ſaepe id remedium aegritudinum 34 eſt:
Iam huic 35 manifeſſet vnicus gnatus Domi.
S. loco ne, an ſerio, illaec dicat, neſcio;
Niſi mihi quidem addit animum 36, quo lubeat magis 37.
C. Et nunc quid exſpectat, Syre? an 38, dum hinc denuo 39
Abeat, cum tolerare huius 40 ſumtus non queat?
Nonen ad ſenem aliquam fabricam fingit 41? *S.* Stolidus eſt.
C. At te adiutare oportet adoleſcentuli
Cauſa 42. *S.* Equidem facile facere poſſum, ſi iubes:
Etenim, quo pacto id fieri ſoleat, calleo 43.
G. Tanto hercle melior 44. *S.* Non eſt mentiri meum 45.
C. Fac ergo. *S.* At heus tu, facito dum eadem haec memineris 46.
Si quid huius ſimile forte aliquando euenerit 47,
Vt ſunt humana 48, tuus vt faciat 49 filius
C. Non

34 curarum. 35 Menedemo. 36 eius tamen ſermo mihi addit animum. 37 vt nunc magis mihi placeat illum decipere. 38 id exſpectat. 39 iterum. 40 meretricis. 41 nonne fingit & excogitat aliquam fallaciam ad decipiendum ſenem? 42 propter adoleſcentulum. 43 probe intelligo. 44 es. 45 ego non ſoleo mentiri. 46 ſaltim recordare eorum, quae tu mihi iam dixiſti. 47 ſi forte aliquando ſimilis caſus tibi contingat. 48 quemadmodum hoc facile in rebus humanis fieri poteſt. 49 ſimile quidpiam.

C. Non vltro veniet, o, spero. *S.* Spero hercle ego quoque:
Neque eo 51 nunc dico, quo 52 quidquam illum senserim:
Sed si quid, ne quid. quae sit eius aetas, vides 53:
Et nae ego, te, si vsus veniat, magnifice Chreme
Tractare possim 54! *C.* De istoc, cum vsus venerit 55
Videbimus quid opus sit: nunc istuc age.
S. Nunquam commodius vnquam herum audiui loqui,
Nec, cum malefacere crederem mi impunius
Licere 56. quisnam a nobis egreditur foras?

50 hoc fiat. 51 ideo. 52 vt quasi simile quidpiam in eo animaduerterim. 53 ne quid, *apostopesis.* vides enim eius iuuentutem procliuem ad vitia. 54 & profecto ego te deridere possim si forte id fiat. 55 quando id fiet. 56 nec audiui eum commodius loqui, cum crederem, mihi licere impune malefacere.

ACTVS III. SCENA III.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

Ch. QVid istuc, quaeso? qui istic mos 1 est, Clitipho? ita ne fieri
Oportet? *Cl.* Quid ego feci? *Ch.* Vidine ego te modo 2 manum in sinum huic
Meretrici inserere? *S.* Acta est res, perii. *Cl.* Mene 3? *Ch.* Hisce oculis 4, ne nega.
Facis adeo indigne iniuriam illi 5, qui non abstineas manum 6:

Nam

1 Qualis ista tua consuetudo est? 2 iam modo. 3 tunc me vidisti? 4 vidi. 5 hospiti tuo Cliniae. 6 quoniam non

Nam iſtaec quidem contumelia eſt, hominem amicum ad te recipere,
Atque eius amicam ſubagitare 7. vel heri in vino quam immodeſtus
Fuiſti? *S.* Factum eſt *Ch.* Quam moleſtus? vt equidem.
Ita me dii ament, metui quid futurum denique eſſet 8. noui ego
Amantium animum: grauiter aduortunt, quae non cenſeas 9.
Cl. At mihi fides apud hunc eſt, nihil me iſtius facturum, pater 10.
C. Eſto at certe concedas ab ore eorum aliquantiſper aliquo.
Libido multa fert 11; ea facere prohibet tua praeſentia 12.

Ego

non cohibere ſoles manum tuam a meretrice. Cicero I. de Orat. c. 43. *Ab alienis mentes, oculos, manus abſtinere.* Noſt. Adelph. 5, 2. v. 6. *Non manum abſtines, maſtigia?* 7 *ſubagitare* eſt ſcortum laſciuius attrectare Plaut. Milit. Glor. 5, 1, 9.

Cur es auſus ſubagitare alienam vxorem, impudens? 8 ego metui certe, ne ex illa re oriretur aliquod magnum malum. 9 amatores ſolent aegre ferre ea, quae tu non putas. 10 hic vero credit, me nihil facturum eſſe, quod ſit indignum. 11 libido, amor nos impellit, vt multa faciamus & dicamus. Naſo Metamorph. princip.

In noua fert animus mutatas dicere formas
Corpora.

12 praeſentia tua vero prohibet haec facere.

13 ami-

Ego de me facio coniecturam nemo eſt meorum 13 hodie, 14
Apud quem expromere 15 omnia mea occulta, Clitipho, audeam.
Apud alium prohibet dignitas 16: apud alium ip- 15
ſius facti pudet, 17
Ne ineptus ne proteruus videar: quod illum facete credito 18.
Sed noſtrum eſt intelligere, vtcunque 19, atque vbicunque opus ſit, obſequi.
S. Quid iſtic narrat? *Cl.* Perii *S.* Clitipho, haec ego praecipio tibi.
Hominis es frugi 20 & temperantis functus 21 officium *Cl.* Tace
Sodes. *S.* Recte ſane, *Ch.* Syre, pudet me. *S.* Cre- 20
do neque id iniuria.

Quin

13 amicorum. 14 in hunc vſque diem. 15 *expromere* eſt exponere, indicare. Vell. Paterc. II, 19, 3. *magno eiulatu expromenti indignationem caſus tanti viri.* 16 dignitas & honor prohibet apud alium, *bey manchen*, haec dicere. 17 apud alium amicum pudet me facti, quod a modeſtia recedere videtur, 18 tu vero credere debes, illum quoque hoc facere. 19 quomodocunque id fieri poſſit. 20 boni, Ironice. 21 *fungi* per Archaiſmum cum caſu accuſandi conſtruitur. Nepos Datame: *Datames militare munus fungens.* Suetonius. *Quo autem lecti probatius & religioſius & minore moleſtia munera ſenatoria fungerentur.* Tacitus III. annali. cap. 2. dicit *munera fungi* & cap. 38. *Officia fungi.* Idem quoque fit in verbis *Potior, fruor, vtor*, quod Diomedes & Nonius

Quin mihi moleſtum 22 eſt. *C.* Pergin? *S.* Hercle verum dico, quod videtur.

Cl. Nonne accedam ad illos? *Ch.* Eho quaeſo, vna accedundi 23 via eſt?

S. Actum eſt: hic prius ſe indicarit, quam ego argentum effecero 24.

Chreme vin' tu homini ſtulto mihi 25 auſcultare? *Ch.* Quid faciam? *S.* Iube hunc

Abire hinc aliquo 26. *Cl.* Quo 27 ego hinc abeam? *S.* Quo? quo libet 28: da illis locum 29:

Abi deambulatum. *Cl.* Deambulatum quo 30? *S.* Vah, quaſi deſit locus.

Abi ſane iſtac, illorſum, quo vis. *Ch.* Recte dicit; cenſeo,

Cl. Dii te eradicent 31, Syre, qui me hinc extrudas. *S.* At tu pol tibi

Poſthac comprimito 32 iſtas manus.

Cenſen' vero 33? quid illum porro credis facturum, Chreme,

Niſi eum quantum Dii dant opis 34 tibi, ſeruas, caſtigas, mones?

Ch. Ego iſtuc curabo. *S.* Atque nunc, here, hic tibi aſſeruandus eſt.

Ch. Fiet.

---

nius pluribus exemplis docent. 22 nam haec res etiam mihi moleſta eſt. 23 nonne habes multas vias accedendi? 24 *werde zu wege gebracht haben* 25 mihi, qui homo ſtultus ſum. 26 ad aliquem locum. 27 quorſum. 28 in quem locum ire libet? 29 *du muſt ihnen Platz machen.* 30 quorſum abeam ad deambulandum? 31 perdant 32 retineto. 33 quid putas? 34 virium. 35 dicis

Ch. Fiet. S. Si ſapias: nam mihi iam minus minusque obtemperat.
Ch. Quid tu 35? ecquid de illo, quo 36 dudum tecum egi, egiſti, Syre? aut
Reperiſti quod placeat, an nondum etiam? S. De 35
fallacia
Dicis: ſc. inueni quandam 37 nuper, Ch. Frugi es: cedo quid id eſt? 38
S. Dicam: verum. vt aliud ex alio incidit 39. Ch. Quidnam, Syre?
S. Peſſuma haec eſt meretrix. Ch. Ita videtur, S. Imo ſi ſcias.
Hoc vide, quod inceptet 40 facinus. Fuit quaedam anus Corinthia 41
Heic: huic drachmarum argenti haec mille dede- 40
rat mutuum 42.
Ch. Quid tum 43? S. Ea mortua eſt: reliquit filiam adoleſcentulam:
Ea relicta huic arrhaboni 44 eſt pro illo argento. Ch. intelligo.
S. Hanc ſecum huc adduxit, eaque eſt nunc ad 45
vxorem tuam.

O Ch.

35 dicis. 36 de quo. 37 fallaciam. 38 dic mihi quaeſo. 39 vide modo, quam egregie vnum ex alio incidat mihi in mentem. 40 auſa ſit. 41 ex Corintho. 42 haec dederat illi mutuum mille drachmas argenteas. 43 quid porro? 44 haec adoleſcentula relicta eſt ei tanquam pignus pro illo argento. 45 apud.

46 illa

Ch. Quid dum? S. Cliniam orat, ſibi vti id nunc det; illam illi tamen
Poſt datura mille nummum: poſcit 46. Ch. Et poſcit quidem? S Hui!
Dubium id eſt? Ch. Ego ſic putaui. quid nunc facere cogitas?
S. Ego 47 ne? ad Menedemum ibo: dicam hanc eſſe captam e Caria 48,
Ditem 49, & nobilem: ſi redimat 50, magnum inesſe in ea lucrum.
Ch. Erras 51. S. Quid ita 52? Ch. Pro Menedemo nunc tibi ego reſpondeo:
Non emo. quid ais? S. Optata loquere 53 Ch. Atqui non eſt opus.
S. Non opus eſt? Ch. Non hercle vero. S. Quei iſtuc? miror. Ch. Iam ſcies.
Mane mane: quid 54 eſt, quod tam a nobis graviter crepuere fores?

46 illa rogat Cliniam, vt velit dare hanc ſummam argenti; poſtea ſe velle ei dare puellam. 47 quid cogitem. 48 prouincia. 49 diuitem. 50 quod ſi velit redimere illam ex ſeruitute, ranzioniren. 51 tua ſpes & opinio te decipit. 52 cur ita? 53 potius ea loquere, quae optamus audire. 54 quam ob cauſſam fores noſtrae tam graviter crepuerunt?

ACTVS IV. SCENA I.

SOSTRATA, CHREMES, NVTRIX, SYRVS.

So. NIſi me animus fallit, hic profecto eſt annulus, quem ego ſuſpicor.

Is,

Is, quei cum expoſita eſt gnata 1. C. Quid volt ſibi, Syre, haec oratio?
So. Quid eſt? is ne tibi videtur 2? N. Dixi equidem, vbi oſtendiſti, illico,
Eum 3 eſſe. So. At vt ſatis contemplata modo 4 ſis, mea nutrix N. Satis 5,
So. Abi nunc iam intro: atque, illa ſi iam lauerit, 6 mihi nuncia.
Heic ego virum interea opperibor 7. Sy. Te volt 8: videas, quid velit.
Neſcio quid 9 triſtis eſt: non temere eſt. metuo, quid ſit. C. Quid ſiet?
Nae iſta hercle magno iam conatu magnas nugas dixerit.
So. Ehem mi vir! C. Ehem mea vxor! So. Te ipſum quaero. C. Loquere, quid velis.
So. Primum te hoc oro, ne quid credas me aduorſum edictum tuum
Facere auſam 10. C. Vis tibi me iſtuc, etſi incredibile eſt, credere?
Credo. Sy. Neſcio quid peccati portat haec purgatio 11.
So. Meminiſtine, me eſſe grauidam, & mihi te maxumo opere 12 dicere,

1 Cum quo annulo gnata fuit expoſita. 2 annulus. 3 annulum. 4 modo tu recte & ſatis accurate adſpexiſti hunc annulum. 5 contemplata ſum illum. 6 ſi illa erit in balneo. 7 exſpectabo. 8 quaerit. 9 quare. 10 ne credas, me auſam eſſe aliquid facere contra tuum edictum. 11 excuſatio, *vorklage*. 12 ſerio.

13 edu-

Si puellam parerem, nolle tolli 13. C. Scio quid feceris;
Sustulisti 14? So. Sic est factum. C. Domine? Sy. Ergo herus damno auctus 15 est.
So, Minime: sed erat heic Corinthia anus haud impura 16: ei dedi
Exponendam 17. C. O Iupiter, tantam esse in animo insciti am 18?
So. Perii, quid ego feci? C. Atrogitas? So. Si peccaui, mi Chreme,
Insciens feci. C. Id quidem ego, etsi tu neges, certe scio,
Te inscientem atque imprudentem dicere ac facere omnia:
Tot peccato in hac re ostendis. nam iam primum, si meum
Imperium 19 exsequi voluisses, interemtam oportuit 20,
Non simulare mortem verbis, re ipsa spem vitae dare 21.
At id omitto 22: misericordia, animus maternus 23: sino 24.

Quam

13 educari illam. 14 tunc educasti, vel abiecisti, eam. 15 herus noster hoc modo accepit maius damnum. 16 honesta femina. 17 huic matronae ego dedi puellam, vt illam exponeret in via. 18 tunc debuisti esse tam absurda? 19 mandatum. 20 tu debuisses occidere filiam. 21 non vero debuisses simulare, ac si illam occideres, cum tamen vitam ipsi permitteres. 22 nolo plura dicere de hac re. 23 retinuerunt. 24 permitto, vt haec facta

Quam bene vero abs te prospectum 25 est! quid voluisti? cogita:
Nempe anui illi prodita abs te filia est planissume 26,
Per te vel vti quaestum faceret, vel vti veniret palam 27.
Credo id cogitasti: quiduis satis 28 est, dum viuat modo.
Quid cum illis agas, qui neque ius, neque bonum, atque aequum sciunt,
Melius 29, peius, possit, obsit, nil vident, nisi quod lubet?
So. Mi Chreme, peccaui, vateor: vincor 30: nunc hoc te obsecro,
Quanto tuus est animus natu grauior 31, ingnoscentior 32,
Vt meae stultitiae in iustitia tua sit aliquid praesidii 33.
C. Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum, Sostrata,
Male docet te mea facilitas multa 34. sed istuc quidquid est,

cta sint. 25 quam bene vero tu prospexisti. 26 prorsus. 27 vt filia per te vel meretrix fieret, vel publice venderetur. 28 ego malo, vt illa potius quiduis patiatur. 29 an aliquid sit melius, an peius. 30 ego superor abs te. 31 quanto grandior natu es. 32 tanto magis debes mihi ignoscere. 33 & vt tua iustitia excuset meam imprudentiam. 34 mea nimia facilitas

Qua hoc occeptum eſt cauſſa 35, loquere. So. Vt ſtultae & miſerae omnes ſumus
Religioſae 36; eam exponendam do illi 37, de digito annulum
Detraho, & eum dico vt vna cum puella exponeret 38,
Si moreretur, ne expers partis eſſet de noſtris bonis 39.
40 C. Iſtuc recte: conſeruaſti te, atque illam. So. Is hic eſt annulus.
C. Vnde habes? So. Quam 40 Bacchis ſecum adduxit adoleſcentulam. Sy. Hem!
C. Quid ea narrat? So. Ea lauatum dum 41 it, ſervandum mihi dedit 42.
Animum non aduorti primum: ac poſtquam adſpexi, illico
Cognoui: ad te exſilii 43. C. Quid nunc ſuſpicare aut inuenis 44
45 De illa? So. Neſcio, niſi ex ipſa quaeras, vnde hunc 45 habuerit,
Si potis eſt reperiri 46. Sy. Interii: plus ſpei video, quam volo:

Noſtra

cilitas multa te docet, ſed infeliciter. 35 quamobrem hoc feceris. 36 quam ſtultae ſunt ſuperſtitioſae! 37 dum trado illi anui meam filiam exponendam. 38 & dico, vt ſimul exponeret illum annulum cum puella. 39 vt illa ſaltem haberet aliquam partem ex bonis noſtris. 40 habeo illum annulum ab ea adoleſcentula, quam Bacchis adduxit ſecum. 41 dum illa it in balneum. 42 hunc annulum. 43 ſtatim adcurri. 44 cogitas. 45 annulum. 46 ſi modo id poteſt excogitari. 47 filia

Noſtra 47 eſt, ita ſi eſt. C. Viuit ne illa, cui tu dederas? So. Neſcio.
C. Quid renunciauit olim feciſſe 48? So. Id, quod iuſſeram.
C. Nomen mulieris cedo 49 quod ſit, vt quaeratur 50. So. Philtere.
Sy. Ipſa eſt. mirum, ni illa ſalua eſt, & ego perii.
C. Soſtrata,
Sequere me intro hac. So. Vt praeter ſpem euenit 51 quam timui male,
Ne nunc animo ita eſſes duro, vt olim in tollendo 52, Chreme.
C. Non licet hominem eſſe ſaepe ita vt volt, ſi res 53 non ſinit.
Nunc ita tempus eſt 54 mi, vt cupiam filiam: olim nil minus 55.
S. Niſi fallit me animus, haud multum a me abe rit infortunium:
Ita hercle in anguſtum oppido 56 nunc meae coguntur copiae 57: —
Niſi aliquid video 58, ne eſſe amicam hanc gnati reſciſcat ſenex 59:

47 filia. 48 quid dicit anus ſe olim feciſſe cum puella? 49 dic mihi. 50 vt illa quaeri poſſit. 51 quam egregie haec omnia eueniunt, praeter ſpem meam. 52 vt olim fuiſti, cum iuberes, filiam tuam tolli. 53 circumſtantiae rerum id non ſinunt. 54 iam vero ita res meae ſunt conſtitutae. 55 olim vero id non deſiderauī. 56 valde. 57 meae fraudes. 58 excogitato. 59 ne ſenex

Nam quod ſperem de argento, aut poſſe poſtulem me fallere 60,
Nihil 61 eſt: triumpho 62, ſi licet me latere docto abſcedere 63,
60 Crucior, bolum 64 tantum mihi ereptum tam ſubito e faucibus.
Quid agam? aut quid comminiſcar 65? ratio de integro 66 ineunda eſt mihi 67.
Nil nam difficile eſt, quin quaerendo 68 inueſtigari poſſiet?
Quid, ſi hoc ſic nunc incipiam? nihil eſt, ſi ſic? tantundem 69 egero.
At ſic opinor: non poteſt: immo optume, euge habeo optumam 70,
65 Retraham hercle, opinor, ad me idem illud fugitiuum argentum tamen 71.

ſenex reſciſcat, hanc eſſe amicam filii ſui. 60 aut quod poſtulem, me poſſe fallere ſenem. 61 id fruſtra nunc eſt. 62 laetabor. 63 ſi ego potero abire ſine poena. 64 *ſo ein guter Biſſen.* tantam ſpem. 65 excogitabo. 66 de novo. 67 oportet, vt aliquid excogitem. 68 cogitando, meditando. 69 idem, *eben ſo viel.* 70 rem. 71 opinor, certe traham ad me illud argentum, quod hactenus mihi aufugit.

ACTVS IV. SCENA. II.

CLINIA, SYRVS.

C. NVlla mihi res poſthac poteſt iam interuenire tanta,
Quae mihi aegritudinem afferat: tanta haec laetitia oborta eſt,

Dedo

Dedo patri me nunc iam, vt frugalior 1 ſim quam vult.
S. Nil me feſellit: cognita 2 eſt quantum, audio huius verba 3.
Iſtuc tibi ex ſententia tua 4 obtigiſſe 5 laetor.
C. O mi Syre, audiſtine obſecro? S. Quid 6 ni? qui vſque vna affuerim 7.
C. Cui aeque audiſti commode quidquam euenis-ſe 8? S. Nulli 9.
C. Atque, ita me dii ament, vt ego nunc non tam meapte 10 cauſſa
Laetor, quam illius 11: quam ego ſcio eſſe honore quouis dignam.
S. Ita credo: Sed nunc, Clinia, age, da te mihi vi-ciſſim 12:
Nam amici quoque res eſt videnda, in tuto vt collocetur 13.
Ne quid de amica nunc ſenex 14. C. O Iupiter! S. Quieſce.

O 5 C. An-

1 Melior, non ita prodigus, vti antea. 2 ego haec omnia ſcio, filia cognita eſt. 3 quantum ego audio ex huius verbis. 4 iuxta votum tuum. 5 accidiſſe. 6 cur non id audiuerim? 7 cum ego adfuerim ſimul. 8 an tu noſti hominem, cui tam commode & feliciter aliquid acciderit, quam id mihi accidit? 9 nemini. 10 propter me ipſum. 11 cauſſa Antiphilae. 12 tu debes mihi viciſſim inſeruire. 13 nam videndum eſt quoque, vt res amici tui collocetur in tuto, *videre* h. l. eſt prouidere. *Recte ſibi videre* dicitur Phorm. 1, 4. 14 intelligat, reſci-

C. Antiphila mea nubet mihi. S. Siccine me inter loquere 15?
C. Quid faciam, Syre mi? gaudeo; fer me 16. S. Fero hercle vero.
C. Deorum vitam 17 adepti ſumus. C. Fruſtra operam, opinor, ſumo.
C. Loquere, audio. S. At iam hoc non ages 18. C. Agam. S. Videndum eſt, inquam,
Amici quoq; res, Clinia, tui in tuto vt collocetur:
Nam ſi nunc a nobis abis, & Bacchidem heic relinquis,
Senex reſciſcet illico, eſſe amicam hanc Clitiphonis:
Si abduxeris, celabitur itidem, vt celata adhuc 19 eſt.
C. At enim iſtoc nihil eſt magis, Syre, meus nuptiis aduorſum 20:
Nam quo ore 21 appellabo patrem? tenes 22, quid dicam? S. Quidni 23? C. Quid

15 inter loqueris. 16 debes me ferre patienter. 17 feliciſſimam. *Eſt hyperbolica* locutio, quae fidem ſuperat augendo. Inf. Hecyr. V, 4. dicit: *Deus ſum.* Cic. Lib. II. de Orat. *in quo tu mihi deus eſſe videris*, Adelph. 4, 1. *facio te apud illum Deum.* 18 facies, vt me audias. 19 quod ſi vero abduces illam, ſenex nihil de ea reſciſcet, quemadmodum etiam illa hactenus occultata fuit. 20 nulla res magis aduerſatur nuptiis meis, quam hoc. 21 qua fronte, quo vultu cum adire & patrem appellare poſſum? num quoque ego poſtea audere debeam patrem alloqui? Nam Cicero. III, 59. Orat. *In ore ſunt omnia.* Naſo Metam. II, 447.

Heu quam difficile eſt, crimen non prodere vultu.

22 intelligisne? 23 cur id non intelligam?

D. Quid dicam? quam cauſſam afferam? S. Quid? nolo mentiare 24:
Aperte 25, ita vt res ſeſe habet, narrato. C. Quid? ais? S. Iubeo
Illam de amare, & velle vxorem: hanc eſſe Clitiphonis.
C. Bonam atque iuſtam rem oppidò 26 imperas & factu facilem 27.
Et ſcilicet iam me hoc voles orare patrem, vt celet 28
Senem voſtrum. S. Imo vt recta via 29 rem narret ordine omnem. C. Hem!
Satin' ſanus es & ſobrius? tu quidem illum plane perdis:
Nam quae ille poterit eſſe in tuto, dic mihi?
S. Huic equidem conſilio palmam 30 do: heic me Magnifice effero 31,
Qui vim tantam im me & poteſtatem habeam tantae aſtutiae,
Vera dicendo vt eos ambos fallam 32; vt, cum narrat ſenex

24 vt mentiaris. 25 apertis & perſpicuis, non ſimulatis verbis. 26 valde bonam. 27 & quae facile fieri poterit, ironice ſunt accipienda. 28 vt totam rem occultet ſeni. 29 aperte, ſine ambagibus. 30 conſilium hoc palma dignum iudico, adeoque omnem ei ſpem victoriae tribuo. Palma enim ſignum victoriae vſurpatur ſaepe per Metonymiam pro ipſa victoria. Eunuch. V, 4. ait:

Id vero eſt, quod ego mihi puto palmarium
Me repperiſſe.

31 ego me quoque ipſum laudo. 32 vt ambos fallam, dum

Voſter noſtro 33, eſſe iſtam amicam gnati, non credat tamen.

35C. At enim ſpem iſtoc pacto 34 rurſum nuptiarum omnem eripis:

Nam tum amicam hanc meam eſſe credet, non committet filiam 35.

Tu fortaſſe, quid me 36 fiat, parui curas, dum illi conſulis 37.

S. Quid malum! me aetatem 38 cenſes velle id adſimularier 39?

Vnus eſt dies, tum argentum eripio, pax! nihil amplius.

40C. Tatum ſat habes? quid dum quaeſo 40, ſi hoc pater reſciuerit?

S. Quid, ſi redeo ad illos, qui aiunt, quid ſi nunc coelum ruat 41?

C. Metuo, quid agam. S. Metuis? quaſi non ea poteſtas ſit tua.

Quo velis in tempore vt te exſoluas, rem facias palam 42.

C. Age, age, traducatur Bacchis. S. Optume, ipſa exit foras

ACTVS

dum loquor veritatem. 33 ſeni. 34 modo. 35 non tradet filiam in matrimonium. 36 de me. 37 bene. dummodo illum iuuas. 38 ſemper. 39 ſimulari, fingi. 40 fiet. 41 cur non ideo ad illos, qui ſemper ſolliciti ſunt, & dicere ſolent: quid fiet, ſi nunc coelum ruat? 42 vt velis in tempore te liberare ab hoc metu & rem aperte dicere.

ACTVS IV. SCENA III.

BACCHIS, CLINIA, SYRVS, DROMO, PHRYGIA.

B. SAtis pol proterue me Syri promiſſa huc[1] induxerunt,
Decem minas, [2] quas mihi dare pollicitus eſt, quod ſi is nunc me
Deceperit, ſaepe obſecrans me, vt veniam, fruſtra veniet:
Aut, cum venturam dixero[3], & conſtituero: cum is certe
Renunciarit[4]; Clitipho cum in ſpe pendebit animi[5];
Decipiam, ac non veniam; Syrus mihi tergo poenas pendet[6].
C. Satis ſcite promittit[7] tibi. S. Atqui tu hanc iocari credas?
Faciet[8], niſi caueo. B. Dormiunt: pol ego iſtos commouebo[9]. O 7 Mea

---

[1] Ad Clitiphonem. [2] id eſt propter minas decem nam ſaepe praepoſitio *propter* omittitur, vt iam notauimus. Quanquam hanc locutionem per appoſitionem explicare, conſultius puto, quaſi dicat: *promiſſa, decem quippe minae; quae erant minae decem.* Seu: *decem minas*, id eſt, *ad decem minas quod attinet.* Sic Eunuch. *Eunuchum quem dediſti nobis, quas turbas dedit*, i. e. *Ad Eunuchum illum quod attinet &c.* [3] cum dixero, me venturam eſſe. [4] cum is etiam aliis dixerit, me venire velle. [5] propter ſpem animus eius cruciatu atque angore afficietur. Dictum eſt a ſeruis, qui ad trabem pendentes vapulabant. [6] & Syrus propter me punietur in tergo ſuo. [7] minatur poenas. [8] faciet quod minatur. [9] excitabo. 10 an

Mea Phrygia, audiſtin', modo iſte homo quam villam demonſtrauit 10
Charini? P. Audiui. B. Proxumam eſſe huic fundo 11 ad dexteram? P. Memini.
B. Curriculo percurre 12: apud eum miles Dionyſia 13 agitat.
S. Quid inceptat? B. Dic me heic oppido 14 eſſe invitam 15, atque aſſeruari:
Verum aliquo pacto verba me his daturam 16 eſſe, & venturam.
S. Perii hercle; Bacchis mane, mane: quo 17 mittis iſtanc quaeſo?
Iube, maneat. 18 B. Abi. S. Quin 19 paratum eſt argentum: B. Quin maneo 20.
S. Atqui iam dabitur. B. Vt lubet, num ego inſto 21? S. At ſcin' quid ſodes 22?

B. Quid

10 an tu notaſti iſtam villam Charini, quam hic homo monſtrauit nobis? 11 praedio. 12 celeriter, curſu continuo, ſine intermiſſione, ne interquieſcas. Plaut. Moſtell. II, 1, 15. III, 3, 26. Rud. III, 5, 19. III, 6, 17. Mil. II, 6, 43. 13 Bacchanalia. De Bacchanalibus ſupra egimus. 14 valde. 15 dic, me eſſe hoc in loco contra voluntatem meam. 16 me velle eos fallere aliquo modo. 17 quorſum. 18 vt illa maneat. Vox *iubeo* frequentiſſime cum infinitiuo modo enunciatur, raro autem cum VT, & idiotiſmus videtur aurei & proximi latinitatis aeui. Liuius XXXII, 16. *iuſſitque, vt, quae ex ſua claſſe veniſſent naues, Eubœam peterent*, confer Cellarium Diſcuſſ. Apend. Danic. p. 63. contra Borrichium diſputantem. 19 certe. 20 ego manebo. 21 facere potes, quod tibi placet; ſed anne ego deſidero veſtrum argentum? 22 quaeſo, noſtin' aliquid?

23 ſu-

B. Quid? S. Transeundum nunc tibi ad Menedemum est, & tua pompa 23
Eo traducenda est. B. Quam rem agis, scelus 24? S. Ego argentum cudo 25.
Quod tibi dem. B. Dignam me putas, quam inludes 26? S. Non est temere 27.
B. Etiamne tecum heic res mihi est? S. Minime. tuum tibi reddo.
B. Eatur 28. S. Sequere hac. heus Dromo! D. Quis me volt? S. Syrus. C. Quid est rei?
S. Ancillas omnes Bacchidis traduce 29 huc ad vos propere.
B. Quam ob rem? S. Ne quaeras 30, efferant, quae secum huc attulerunt 31.
Sperabit sumtum sibi senex esse harum 32 abitu levatum 33.
Ne ille haud scit, hoc paulum lucri quantum ei damni adportet.

Tu

23 suppellex, tuae ancillae. 24 scelestè. 25 *argentum* ponitur pro pecunia. 26 vt mihi illudas, vt me derideas. 27 non frustra est, quod dico. 28 eamus. 29 *traduce* est pro *traduc*, flexione antiqua. Noster saepius quoque dicit *face* pro *fac*. Haec non imitanda sunt & praemonente magistro euitanda pueris. 30 noli de hoc quaerere. 31 illae velint omnia ad nos afferre, quae huc secum attulerunt. 32 Bacchidis & ancillarum. 33 senex sperabit, sumtum suum esse leuatum per abitum harum mulierum. Cicero III, 12, 8. ad diuers. *Leua me igitur hoc onere: nunquam enim mihi videor tractasse caus-*

Tu neſcis id, quod ſcis, Dromo, ſi ſapis 34. D. Mutum dices 35.

cauſſam difficiliorem. 34 tu, Dromo, ſi ſapiens es ſimulabis, quaſi tu ea neſcires, quae tamen tu probe ſcis. 35 dices, me fuiſſe mutum, vſque adeo poſſum tacere.

ACTVS IV. SCENA IV.

CHREMES, SYRVS.

C. ITa me dii amabunt, vt nunc Menedemi vicem 1
Miſeret me, tantum deueniſſe ad eum mali 2!
Illanccine mulierem alere cum illa familia 3?
Etſi ſcio, hoſce aliquod dies non ſentiet 4:
Ita magno deſidero fuit ei filius 5.
Verum vbi videbit tantos ſibi ſumtus domi
Quotidianos fieri, nec fieri modum 6,
Optabit, rurſum vt abeat ab ſe filius.
Syrum optume eccum 7. S. Ceſſo hunc adoriri 8?
C. Syre. S. Hem!
C. Quid eſt? S. Te mihi ipſum iam dudum optabam dari 9.

C. Vi-

1 Propter vicem, id eſt calamitatem. Cicero XII, 23, 6. ad diuerſ. *In qua tuam vicem ſaepe doleo, quod nullam partem per aetatem ſanae & ſaluae reipublicae guſtare potuiſti.* 2 quod ipſe inciderit in tantam calamitatem. 3 an ille alere poterit hanc mulierem cum tam copioſa familia? 4 *Dawird er es zwar in etlichen Tagen ſo gleich nicht mercken oder den Schaden empfinden.* 5 adeo ſane, tantopere filium ſuum deſiderauit. 6 ſcil. ſumtuum. 7 video, oportuno tempore. 8 cur ceſſo hunc adire & alloqui? 9 offerri, occurrere: vel *dari* ſcil. *obuiam,*

C. Videre egisse, iam nescio quid, cum sene 10.
S. De illo, quod dudum 11? dictum factum reddidi 12.
C. Bonane 13 fide? S. Bona 14, hercle. C. Non possum pati 15,
Quin tibi caput demulceam 16: accede huc, Syre:
Faciam boni tibi aliquid pro ista re, ac lubens.
S. At si scias, quam scite 17 in mentem venerit.
C. Vah, gloriare 18, evenisse ex sententia 19?
S. Non hercle vero 20: verum dico. C. Dic, quid est?
S. Tui Clitiphonis esse amicam hanc Bacchidem
Menedemo dixit Clinia, & ea gratia 21,
Secum adduxisse, ne id tu persentisceres 22.
C. Probe. S. Dic sodes. C. Nimium inquam 23, S. Immo si scias:

Sed

---

am. 10 videris, ac si egeris cum sene aliquid, nescio quid. 11 an de illo interrogas, quod iam dudum nos inuicem egimus? 12 statim ac ego dixi, id etiam factum est. 13 an tu vero egisti etiam bona fide? Sanctissimum erat iusiurandum per bonam fidem. Plaut. Capt. IV, 2, 110.

Dic, bonan' fide tu mihi istaec verba dixisti?

Aul. IV, 10, 42.

Dic bona fide: tu id aurum non surripuisti?

Pseud. IV, 6, 33.

Bonan' fide istuc dicis?

Iurabant quoque simpliciter *per fidem.* Petron. *Et, per fidem, inquam, pater, cuius haec nauis est, aut quos vehat, dicere potes?* 14 profecto egi bona fide. 15 me continere. 16 suauiter. 17 egregie hoc. 18 an tu gloriaris. 19 quod tibi hoc euenerit ex voto. 20 ideo glorior. 21 ea propter. 22 *damit du es nicht mercken möchteſt.* 23 recte, dico, egisti. 24 illud

Sed porro auſculta, quod ſupereſt fallaciae 24.
Seſe ipſe dicet tuam vidiſſe filiam:
Sibi complacitam 25 eius formam, poſtquam ad-
ſpexerit.
Hanc cupere vxorem 26. C. Modo ne quae inven-
ta 27 eſt? S. Eam 28:
Et quidem iubebit poſci. C. Quam ob rem iſtuc,
Syre?
Nam prorſum nihil intelligo. S. Hui, tardus 29 es,
C. Fortaſſe. S. Argentum dabitur ei ad nuptias.
Aurum atque veſtem, quei, tenes 30 ne? C. Com-
paret 31?
S. Id ipſum. C. At ego illi nec do, nec deſpondeo 32,
S. Non? quam ob rem? C. Quam ob rem, me ro-
gas 33? homini fugitiuo? S. Vt lubet.
Non ego in perpetuum dicebam illam illi vt dares,
Verum vt ſimulares 34. C. Non mea eſt ſimula-
tio 35.
Ita tu iſtaec tua miſceto, ne me admiſceas 36.
Egone, cui daturus non ſim 37, vt ei deſpondeam?
S. Credebam. C. Minime. S. Scite 38 poterat fieri:
Et

24 illud adhuc audi, quod ſupereſt ex fallacia. 25 placuiſſe. 26 dari ipſi. 27 an illam intelligit, quae iam inuenta eſt? 28 hanc ipſam. 29 imprudens. 30 an tu hoc intelligis? 31 vt comparet aurum & veſtem. 32 eam illi. 33 interrogas. 34 vt faltem ſimulares, te velle illi dare eam. 35 ego nec poſſum nec volo ſimulare. 36 *du magſt die* Intriguen *machen wie du wilſt, läſs mich nur damit unverworren.* 37 egone ei deſpondeam filiam meam, cui poſtea nolim dare? 38 commode id.

39 ideo.

Et ego hoc, quia dudum tu tantopere iusseras,
Eo 39 cœpi. C. Credo. S. Ceterum equidem istuc, Chreme,
Aequi bonique facio. C. Atqui cum 40 maxume
Volo te dare operam vt fiat, verum alia via 41.
S. Fiat: quaeratur aliud, sed illud quod tibi
Dixi de argento, quod illa 42 debet Bacchidi,
Id nunc reddendum est illi, neque tu scilicet
Eo nunc confugies 43: quid mea 44? num mihi datum est?
Num iussi? num illa oppignorare filiam
Meam me inuito 45 potuit? verum illud, Chreme,
Dicunt 46: ius summum saepe summa est malitia.
C. Haud faciam, S. Imo aliis si licet 47, tibi non licet 48.
Omnes in lauta te & bene parte aucta putant 49.
C. Quin egomet iam ad eam deferam 50. S. Imo filium
Iube potius 51. C. Quam ob rem? S. Quia enim in eum suspicio est
Translata amoris. C. Quid dum? S. Quia videbitur
Magis verisimile id esse, cum hic illi dabit 52:

Et

39 ideo. 40 quam maxime. 41 alio modo. 42 filia tua. 43 vt dicas. 44 quid hoc ad me attinet. 45 contra voluntatem meam. 46 dicitur in communi proverbio. 47 hoc facere. 48 tibi tamen non licet id facere. 49 omnes putant, te possidere diuitias multas & legitime acquisitas. 50 argentum. 51 imo iube potius, vt filius tuus perferat hoc argentum ad illam. 52 cum ipse dabit illi pecuniam.

53 per-

Et simul confiiciam 53 facilius ego, quod volo.
Ipse adeo adest, abi; effer argentum. C. Efferro,
53 perficiam.

ACTVS IV. SCENA V.

CLITIPHO, SYRVS.

C. NVlla est tam facilis res, quin difficilis fiat 1,
Quam inuitus facias, vel 2 me haec deambulatio.
Quam non laborioſa 3, ad languorem dedit 4:
Nec quidquam magis nunc metuo, quam ne denuo
Miſer aliquo 5 extrudar hinc, ne accedam ad Bacchidem.
Vt te quidem omnes dii, deae, quantum 6 est, Syre,
Cum istoc inuento 7, cumque incepto perduint 8!
Huiusmodi mi res semper comminiscere 9,
Vbi me excarnufices 10. S. Is hinc quo dignus es 11?
Quam

1 Ludou. Viues dialog. 20. *Nulla res tam facilis est, quae non fiat difficilis, si inuitus facias.* 2 *Vel* h. l. non est disiunctio, sed ponitur pro *etiam.* 3 quae nequaquam laborioſa est. Particula *quam* auget significationem, prout saepius additur superlatiuus, e. g. *quam doctissimus, prudentissimus.* 4 me fecit defatigatum. 5 ad aliquem locum. 6 quidquid tibi est, Syre. 7 consilio tuo. 8 *Perduo, duis, duere,* antiqui dixerunt pro *perdo.* 9 excogitas. 10 quibus me excrucies. *Excarnificare* per translationem est *excruciare.* Suet. Vitell. *Apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est.* Cic. III, 116. N. D. Deducitur *a carnifice*, qui, vt ait Donatus, carnes quasi ex hominibus facit.

Etiam

Quam pene tua me perdidit proteruitas 12.
C. Vellem hercle factum: ita meritus 13. *S.* Meritus 14? quo modo?
Nae me istuc ex te prius audisse gaudeo 15,
Quam argentum haberes, quod daturus iam fui 16.
C. Quid igitur dicam tibi vis? abiisti mihi,
Amicam adduxti 17, quam non licitum est tangere.
S. Iam non sum iratus: sed scin, vbi nunc sit tibi 18 Bacchis? C. Apud nos. S. Non. C. Vbi ergo? S. Apud Cliniam.
C. Perii. S. Bono animo es, iam argentum ad eam deferes.
Quod ei es pollicitus. C. Garris vnde id? 19. S. A patre.
C. Ludis 20 fortasse me. S. Ipsa re experibere 21
C. Nae ego fortunatus homo sum. deamo 22 te, Syre.

S. Sed

Etiam per metaphoram vsurpatur. Cicero III. Verr. 5. *Non sicarium, sed crudelissimum carnificem ciuium.* Idem pro Quint. 28. *Sed honorum emptores, vt carnifices ad reliquias vitae lacerandas.* 11 opto, vt abeas, quo dignus es, cum isto tuo metu. 12 imprudentia. 13 es meruisti. 14 an ego id meritus sim? 15 profecto gaudeo, quod ego haec ex te audierim, priusquam haberes argentum. 16 quod ego dare iam tibi volui. 17 adduxisti. 18 tua Bacchis. 19 scilicet accipere debeam argentum? 20 illudis. 21 experire, scies. 22 valde amo. Hoc verbum saepe occurrit apud Plautum.

23 ne

S. ſed pater egreditur. caue, quidquam admiratus 23 ſis,
Qua 24 cauſſa id fiat: obſecundato 25 in loco:
Quod imperabit, facitò: loquitur paucula.

23 ne pater ſentiat, quod admiratus ſis aliquam rem. 24 quamobrem. 25 *Obſecundare* eſt omnia ad alterius nutum facere. Plaut. *Nunc dum iſti lubet, dum habes tempus, ei obſecundes.* Cicero pro Leg. Manil. 34. *Non modo ciues aſſenſerint, ſocii obtemperarint, ſed etiam venti, tempeſtatesque obſecundarint.* add. Terent. Adelph. V, 9, 37.

ACTVS IV. SCENA. VI.

CHREMES, CLITIPHO, SYRVS.

Ch. VBi Clitipho nunc eſt? S. Eccum me, inque 1 Cl. Eccum heic tibi.
Ch. Quid rei eſſet, dixti huic 2? S. Dixi pleraque omnia.
Ch. Cape hoc argentum, ac defer. S. I, quid ſtas, lapis 3?
Quin accipis 4? Cl. Cedo ſane 5. S. Sequere hac me ocyus 6:
Tu heic nos, dum eximus, interea opperibere 7:
Nam nihil eſt illic, quod moremur diutius 8.
Ch. Minas quidem iam decem habet a me filia?
Quas pro alimentis eſſe nunc duco 9 datas.

Ha-

1 Syrus ſubiicit verba Clitiphoni, quae patri reſpondeat. 2 an dixiſti huic? 3 cur ſtas. quaſi lapis eſſes? 4 cur non accipis pecuniam? 5 da mihi illud. 6 celeriter. 7 exſpectabis. 8 nam diutius exſpectandi cauſſam non habemus. 9 puto

10 pro

Haſce ornamentis 10 conſequentur alterae 11.
Porro haec talenta dotis appoſcunt duo 12.
Quam multa in iuſta ac praua fiunt moribus 13!
Mihi nunc, relictis rebus 14, inueniendus eſt
Aliquis, labore inuenta mea cui dem bona 15,

10 pro ornamentis. 11 aliae decem minae. 12 porro poſcunt haec duo talenta in dotem. 13 per mores & prauas conſuetudines hominum. 14 dum omnia alia mea negotia relinquo. 15 cui dem bona mea, quae ego acquiſiui magno cum labore.

ACTVS IV. SCENA VII.

MENEDEMVS, CHREMES.

M. MVlto omnium nunc me fortunatiſſimum
Factum puto eſſe, gnate, cum te inteligo
Reſipiſſe 1. C. Vt errat 2, M. Te ipſum quaerebam, Chreme:
Serua, quod in te 3 eſt, filium, & me & familiam.
C. Cedo 4, quid vis, faciam? M. Inueniſti hodie filiam.
C. Quid tum? M. Hanc vxorem ſibi dari volt Clinia.
C. Quaeſo, quid hominis 5 es? M. Quid? C. Iam ne oblitus es,
Inter nos quid ſit dictum de fallacia.
Vt ea via 6 abs te argentum aufferretur, M. Scio.
C. Ea res nunc agitur ipſa. M. Quid narras, Chreme?

Im-

1 Ad officium tuum rediiſſe. 2 quam vehementer ille fallitur! 3 quantum potes. 4 dic, quaeſo. 5 quam mirabilis homo es! 6 eo modo.

Immo haec quidem, quae apud me eſt, Clitipho-
nis eſt
Amica ita aiunt C. Et tuo credis? M. Omnia.
C. Et illum aiunt velle vxorem, vt cum deſponde-
ris 7,
Des quei 8 aurum, ac veſtem, atque alia, quae opus
ſunt, comparet.
M. Id eſt profecto: id amicae dabitur, C. Scilicet
Daturum 9. M. Ah, fruſtra igitur gauiſus ſum mi-
ſer.
Quiduis tamen iam malo pati, quam hunc amit-
tere.
Quid nunc renunciem abs te reſponſum 10, Chre-
me,
Ne ſentiat me ſenſiſſe, atque aegre ferat?
C. Aegre 11? nimium illi, Menedeme, indulges.
M. Sine:
Inceptum eſt: perfice hoc mihi perpetuum 12,
Chreme,
C. Dic conueniſſe 13, egiſſe te de nuptiis.
M. Dicam, quid deinde? C. Me facturum eſſe o-
mnia,
Generum placere: poſtremo etiam, ſi voles,
Deſponſam 14 quoque eſſe dicito. M. Hem, iſtuc
volueram.

C. Tanto

7 filiam tuam. 8 per quod, quomodo. 9 ſcilicet! da-
bit. 10 fuiſſe. 11 an ille id aegre ferat? 12 modo mihi
praeſta ſemper auxilium tuum, vt ea res poſſit perfici.
13 te veniſſe ad me. 14 deſponſatam.

15 vt

C. Tanto ocyus te vt poſcat 15, & tu id, quod cupis,
Quam ocyſſime vt des 16. M. Cupio. C. Nae tu propediem 17,
Vt iſtam rem videó, iſtius obſaturabere 18.
Sed haec vt vt ſunt, cautim 19, & paulatim dabis,
Si ſapies. M. Faciam. C. Abi intro: vide, quid poſtulet.
Ego domi ero, ſi quid meo 20 voles. M. Sane volo:
Nam te ſcientem faciam 21, quidquid egero.

15 vt occaſionem habeat, tanto citius poſtulandi pecuniam abs te. 16 & tu habeas occaſionem dandi quam celerrime, quod capis. 17 proxime, mox. 18 *du wirſt es gar bald ſatt werden.* 19 caute, prudenter; *cautim* raro occurrit. 20 apud, de. 21 ego tibi indicabo, faxo vt ſcias.

ACTVS V. SCENA. I.

MENEDEMVS, CHREMES.

M. EGo me non tam aſtutum, neque ita perſpicacem eſſe id 1 ſcio:
Sed hic adiutor meus, & monitor, & præmonſtrator 2 Chremes
Hoc mihi praeſtat 3: in me quidquis harum rerum conuenit 4,
Quae ſunt dicta in ſtultum 5, caudex, ſtipes, aſinus, plumbeus;

1 Ad id. 2 qui mihi haec conſilia omnia monſtrauit. 3 dat. 4 ad me pertinet. 5 quae dici ſolent de homine ſtulto.

6 de

In illum nil poteſt 6; exſuperat eius ſtultitia omnia haec 7.

C. Ohe iam deſine deos, vxor 8, gratulando 9 obtundere,
Tuam eſſe inuentam gnatam; niſi illos tuo ex ingenio iudicas,
Vt nil credas intelligere 10, niſi idem dictum eſt centies 11.
Sed interim quid illic gnatus ceſſat cum Syro?

M. Quos ais homines, Chreme, ceſſare? C. Hem, Menedeme, aduenis?
Dic mihi, Cliniae, quae dixi, nunciaſtine? M. Omnia 12.
D. Quid ait? M. Gaudere adeo occoepit, quaſi qui cupiunt nuptias 13,
C. Ha, ha, hae! M. Quid riſiſti? C. Serui venere in mentem Syri
Calliditates 14. M. Itane 15? C. vultus quoque hominum fingit, ſcelus 16.

M. Gnatus quod ſe aſſimulat laetum, id 17 dicis? C. Id 18. M. Idem iſtuc mihi

Venit

6 de his omnibus dici. 7 adhuc magis ſtultus eſt. 8 cariſſima mea vxor. 9 *gratulari* eſt gratias agere. Liuius: *Triumphantes in capitolium aſcendebant, Ioui Opt. Max. ceteriſque diis gratulaturi* 10 illos. 11 *wohl hundert mal.* 12 nunciaui. 13 velut illi ſolent gaudere, qui. 14 calliditates & fraudes Syri ſerui venerunt mihi in mentem. 15 hoc eſt. 16 hoc ſceleſtus homo aliorum hominum vultus ita poteſt fingere, vt modo laeti videantur, modo triſtes, pro arbitrio ipſius. 17 tunc id dicis? 18 dico. 19 *er*

Venit in mentem. C. Veterator 19. M. Magis, ſi magis noris, putes
Ita rem 20 eſſe, C. Ain' tu? M. Quin tu auſculta, C. Mane; prius hoc ſcire expeto 21,
Quid perdideris. nam vbi 22 deſponſam nunciaſti filio,
Continuo inieciſſe verba 23 tibi Dromonem ſcilicet,
Sponſae veſtem, aurum, atque ancillas opus eſſe, 20 argentum vt dares.
M. Non. C. Quid? non? M. Non, inquam. C. Neque ipſe gnatus 24? M. Nihil prorſus, Chreme,
Magis vnum etiam inſtare 25, vt hodie conficerent 26 nuptiae.
C. Mira narras. quid Syrus meus 27? ne is quidem quidquam 28? M. Nihil?
C. Quamobrem: M. Neſcio equidem: ſed te miror, qui alia tam plane 29 ſcias.
Sed tuum ille quoque Syrus idem mire finxit 30 filium, 25
Vt ne paululum quidem ſuboleat 31 amicam eſſe hanc Cliniae.

19 *er iſt ein alter Schalck.* 20 magis putes, ita rem eſſe, ſiquidem Syrum magis noris. 21 cupio. 22 poſtquam. 23 Dromonem monuiſſe te. 24 te monuit. 25 ille id vnum maxime rogauit. 26 fierent. 27 dicit. 28 dixit. 29 accurate. 30 inſtruxit, erudiuit. 31 ſentiat, 32 non

C. Quid ais? M. Mitto iam oſculari, atque amplexari 32: id nil puto 33.

C. Quid eſt, quod amplius ſimuletur 34? M. Vah! C. Quid eſt? M. Audi modo:

Eſt mihi vltimis conclaue in aedibus quoddam retro.

Huc eſt intro latus lectus, veſtimentis ſtratus eſt.

C. Quid 35, poſtquam hoc eſt factum? M. Dictum factum huc abiit Clitipho.

C. Solus. M. Solus. C. Timeo. M. Bacchis conſecuta eſt illico.

C. Sola? M. Sola. C. Perii. M. Vbi abiere intro, operuere 36 oſtium. C. Hem!

Clinia haec fieri videbat? M. Quidni 37? una 38 mecum ſimul.

C. Filii eſt amica Bacchis, Menedeme: occidi!

M. Quamobrem? C. Decem dierum vix mi eſt familia 39.

M. Quid iſtuc times, quod operam amico ille dat ſuo 40?

C. Imo quod amicae 41. M. Si dat 42. C. An dubium id tibi eſt?

Quem.

32 non dicam nunc aliquid de oſculis & amplexibus. 33 *denn damit hat es, meines Erachtens, nicht viel zu ſagen.* 34 cur vero amplius ſimulas? 35 quid fecerunt illi porro. 36 concluſerunt. 37 cur non viderit? 38 ipſe hoc vidit ſimul mecum. 39 vix habeo facultatem alendi familiam per decem dies. 40 quod inſeruit amico ſuo. 41 imo potius id timeo, quod inſeruit amicae. 42 ſi modo ipſi dat ſuam amicam.

43 huma-

Quemquamne animo tam comi 43 esse, aut leni putas,
Qui se vidente 44 amicam patiatur suam 45? M. 40
ha, ha, hae!
Quid 46 ni? quo verba facilius deutur 47 mihi.
C. Derides 48? merito mihi nunc ego succenseo 49
Quot res dedere 50, ubi possem persentiscere 51,
Mi essem lapis 52? quae vidi? vae misero mihi!
At nae illud haud inultum, si viuo, ferent: 45
Nam iam 53. M. Non tu te cohibes 54? non te respicis?
Non tibi ego exempli satis sum? C. Prae iracundia,
Menedeme, non sum apud me. M. Tene istuc loqui 55?
Nonne id flagitium 56 est, te aliis consilium dare.
Foris sapere 57, tibi non posse te auxiliarier? 50

P 3 C. Quid

43 humano & blando. 44 in praesentia sua. 45 amari ab alio. 46 cur non? 47 vt ego eo facilius fallar. 48 cur me derides? 49 iratus sum. 50 mihi occasionem. 51 ex quibus id potuissem facile intelligere. 52 nisi fuissem tam stupidus. 53 aposiopesis. 54 non tu retinere potes iram tuam? 55 tene decet. 56 Cicero ad diuers. XIII, 15, 4. *Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta* Ευριπίδε.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις ἐχ ἑαυτῷ σοφός.

Et lib. VII, 6, 5. *Illud semper memento: Qui ipse sibi sapiens non quit, ne quidquam sapit.* 57 in rebus alienis esse sapientem.

58 id

C. Quid faciam? M. Id quod me feciſſe aiebas patrum 58:
Fac, te patrem eſſe ſentiat 59: fac, vt audeat
Tibi credere omnia, abs te petere, & poſcere,
Ne quam aliam quaerat copiam 60, ac te deſerat.
C. Imo abeat potius multo quouis gentium 61,
Quam hoc per flagitium ad inopiam redigat patrem.
Nam ſi illi pergo ſuppeditare ſumtibus 62,
Menedeme, mihi illaec vere ad raſtros 63 res redit.
M. Quot incommoda tibi in hac re capies, niſi 64 caues?
D. Difficilem oſtendis te eſſe, & ignoſces tamen
Poſt, & id ingratum 65. C. Ah neſcis, quam 66 doleam. M. Vt lubet 67.
Quid hoc, quod volo, vt illa nubat noſtro? niſi quid eſt,
Quod malis 68. C. Imo & gener, & affines placent.
M. Quid

58 id debes iam facere, quod tu dicebas olim me patrum feciſſe, nempe lenis debes eſſe erga filium. 59 filius tuus. 60 aliud auxilium. 61 imo multo potius abeat quocunque libet. 62 dare pecuniam. Notentur duo datiui. Plaut. Aſina. 2, 4, 17. *non queo labori ſuppeditare.* 63 eſt prouerbialis locutio de illis, quibus victus raſtris quaerendus ob ſummam paupertatem. 64 caueris. 65 moleſta res eſt. 66 vehementer. 67 pro lubitu tuo. 68 quid dices de matrimonio inter filiam tuam & meum filium, quod ego deſidero, niſi forte habes alium, cui malis dare tuam filiam.

69 cur

M. Quid dotis dicam te dixiſſe filio?
Quid obticuiſti? 69 C. Dotis 70? M. Ita dico. C. ah! M. Chreme,
Ne quid vereare, ſi eſt 71 minus: nil dos nos mouet 72.
C. Duo talenta pro re 73 noſtra ego eſſe decreui ſatis:
Sed ita dicto opus eſt, ſi me vis ſaluum eſſe, & rem & filium 74,
Me mea omnia bona doti 75 dixiſſe illi. M. Quam rem agis?
C. Id mirari te ſimulato, & illum hoc rogitato 76 ſimul,
Quamobrem id faciam. M. Quin ego vero, quamobrem id facias, neſcio.
C. Egone 77? illius animum, qui nunc luxuria & laſciuia
Diffluit 78, retundam 79, redigam 80, vt, quo ſe vortat, neſciat.
M. Quid agis? C. Mitte 82, ac ſine 81 me in hac re gerere mihi morem. M. Sino:

69 cur taces? 70 ego quam dotem conſtituerim dare filio tu? 71 etiamſi dos non ſit magna. 72 nos enim non curamus dotem. 73 pro facultate & ratione diuitiarum. 74 ſi vero conſeruare cupis & me, & bona mea, & filium. 75 in dotem. 76 rogare. 77 quamobrem id faciam. 78 propter luxuriam debilitatus, corruptus eſt. 79 conſeruem, retraham. 80 eo redigam animum illius. 81 omitte haec. 82 *laſs mich nur hierinnen*

75 Ita ne vis? C. Ita. M. Fiat. C. Ac, iam vxorem vt accerſat, paret
Se 83: hic ita, vt liberos eſt aequum, dictis confutabitur 84.
Sed Syrum 85. M. Quid eum 86? C. Egone? ſi viuo, adeo exornatum dabo 87,
Adeo depexum 88, vt, dum 89 viuat, meminerit ſemper mei:
Qui ſibi me pro ridiculo ac delectamento 90 putat.
80 Non (ita me dii ament) auderet facere hæc viduæ mulieri,
Quae in me fecit.

innen bey meiner VVeiſſe. 83 & iam paret ſe, vt. 84 hic ita tractabitur verbis vti decet, liberos tractari. 85 video. 86 cur eum video? 87 ego ipſum adeo exornabo. 88 adeo ipſum verberabo, *ich will ihn dermaſſen ſtriegeln.* 89 quam diu. 90 *der mich ſo vor einen Narren haelt.*

ACTVS V. SCENA II.

CLITIPHO, MENEDEMVS, CHREMES, SYRVS.

CL. ITa ne tandem quaeſo eſt, Menedeme, vt pater
Tam in breui ſpatio omnem de me eiecerit animum 1 patris?
Quodnam ob facinus? quid ego tantum ſceleris admiſi 2 miſer?

Vulgo

1 Amorem. 2 quid ego miſer peccaui, quod tantam poenam meruit?

3 pleri-

Vulgo id faciunt 3. M. Scio tibi esse grauius multo, ac durius,
Cui 4 fit. Verum ego haud minus aegre patior 5 id, qui nescio,
Nec rationem capio 5, nisi quod tibi bene ex animo volo 6. Cl. Heic
Patrem esse aiebas? M. Eccum. CH. Quid me incusas 7 Clitipho?
Quidquid ego huius 8 feci, tibi prospexi, & stultitiae tuae 9.
Vbi te vidi animo esse omisso 10, &, suauia in praesentia
Quae essent prima habere 11, neque consulere in longitudinem 12; 10
Cepi rationem 13, vt neque egeres, neque vt haec 14 posses perdere.

3 plerique adolescentes idem faciunt. 4 scio quod ea, quae ego tibi facio, grauia & dura videantur. 5 nec aliam causam scio, cur hoc mihi displiceat. 6 nisi quoniam te valde amo. 7 cur me accusas? 8 in hac re. 9 volui consulere tibi & imprudentiae tuae. 10 negligenti, otioso. 11 & postquam vidi, te tantummodo delectari rebus suauibus, quae praesentes sunt. 12 neque cogitare de statu futuro, in futurum prospicere. Adelph. III, 3.

Demea,
Istuc est sapere, non quod ante pedes modo est,
Videre, sed etiam illa, quae futura sunt
Prospicere.

13 ita rem omnem instituí. 14 bona, quae adhuc reliqua sunt.

15 post-

Vbi, cui decuit primo, tibi non licuit per te mihi dare 15.

Abii ad proxumos tibi qui erant 16, eis commiſi, & credidi.

Ibi tuae ſtultitiae ſemper erit praeſidium 17, Clitipho,

Victus, veſtitus, quo in tectum te receptes 18. Cl. Hei mihi!

CH. Satius eſt, quam te ipſo haerede haec poſſidere Bacchidem 19,

S. Diſperii: ſceleſtus quantas turbas conciui inſciens 20?

Cl. Emori cupio. CH. Prius, quaeſo, diſce, quid ſit viuere 21.

Vbi ſcies, ſi diſplicebit vita, tum iſtoc 22 vtitor.

Here licerne? CH. Loquere. S. At tuto 23. CH. Loquere. S. Quae iſta eſt prauitas,

Quaeue amentia eſt, quod peccani ego, id obeſſe hunc? CH. Ilicet 24.

Ne te admiſce 25: nemo accuſat, Syre, te: nec tu aram tibi,

Ne-

15 poſtquam mihi, propter tuam malitiam, non licuit tibi dare bona mea; cui tamen ante omnes debuiſſent dari. 16 ad affines & cognatos tuos. 17 ſuſtentatio. 18 & habitatio, vbi poſſit manere. 19 hoc melius eſt, quam ſi Bacchis poſſideat haec bona, quorum tu eſſe debet haeres. 20 quantas turbas ego ſceleſtus excitaui inſciens. 21 quomodo ſit viuendum. 22 tunc potes velle mori. 23 vt ſecure, ſine periculo, loquar. 24 ire tibi licet. 25 *menge du dich nur darein nicht.*

26 nec

Neque precatorem 26 paratis. S. Quid agis? CH. Nil ſuccenſeo 27,
Nec tibi, nec huic, nec vos eſt aequum, quod facio, mihi 28.
S. Abiit. Vah! rogaſſe vellem 29. Cl. Quid, Syre? S. Vnde mihi peterem cibum 30
Ita inos alienauit 31. tibi iam eſſe ad ſororem intelligo 32.
Cl. Adeon' rem rediiſſe 33, vt periculum etiam fame mihi ſit 34, Syre?
S. Modo liceat viuere, ſpes eſt. Cl. Quae 35? S. Nos eſuriturosſatis 36.
Cl. Irrides in re tanta; neque me quidquam conſilio adiuuas?
S. Imo & ibi nunc ſum, & vsque dudum id egi, dum loquitur pater 37:
Et quantum ego intelligere poſſum. Cl. Quid? S. Non abierit longius.
Cl. Quid id ergo? S. Sic eſt, non eſſe horum 38 te arbitror. Cl. Quid iſtuc, Syre?

26 nec tu habes cauſſam quaerendi aram ſeu refugium, aut interceſſorem pro te. 27 non iratus ſum. 28 nec aequum eſt, vt vos ſuccenſeatis mihi, dum ego etiam aequus ſum erga vos. 29 vellem, vt eum interrogaſſem. 30 ſumerem cibum. 31 abegit, abire iuſſit. 32 intelligo tibi paratum eſſe cibum apud ſororem tuam. 33 adeone iam res mea rediit. 34 ex fame. 35 ſpes. 36 ſpero nos ſemper cupidos fore cibi. 37 imo vtique in eo nunc ſum, vt te adiuuem, & ego id cogitaui, dum pater tuus locutus eſt. 38 horum filium.

39 ve-

Satin, ſanus es? S. Ego dicam, quod mi in mentem 39: tu diiudica.
Dum iſtis fuiſti ſolus 40, dum nulla alia delectatio,
Quae proprior eſſet 41, te indulgebant 42: tibi dabant: nunc filia
Poſtquam eſt inuenta vera 43, inuenta eſt cauſſa 44, qua 45 te expellerent.
Cl. Eſt veriſimile. S. An tu ob peccatum hoc eſſe illum iratum putas?
Cl. Non arbitror. S. Nunc aliud ſpecta 46: matres omnes filiis
In peccato adiutrices 47, auxilio in paterna iniuria
Solent 48 eſſe: id non fit. Cl. Verum, quid ego nunc faciam, Syre?
S. Suſpicionem quaere ex illis iſtanc 49: rem profer palam 50.
Si non eſt verum, ad miſericordiam 51 ambos adduces cito, aut
Scibis 52 cuius ſis. Cl. Recte ſuades: faciam. S. Recte hoc mihi in

Men-

39 venit. 40 filius. 41 dum nulla alia delectatio ipſis fuit, quam tu. 42 tibi. 43 propria. 44 praetextus. 45 quamobrem. 46 intellige, audi, cognoſce. 47 matres ſolent plerumque adiuuare filios ſuos, quando illi aliquid peccarunt. 48 & ſolent eos etiam adiuuare, quando filii a patribus iniurioſe tractantur. 49 declarationem huius ſuſpicionis poſtula ab ipſis. 50 ſine ambagibus. 51 *mitleiden*, 52 ſcies, cuius ſis filius.

53 quan-

Mentem venit: namque adoleſcens, quam minima in ſpe ſitus erit 53,
Tam facillime patris pacem in leges conficiet ſuas 54.
Etiam haud ſcio an vxorem ducat, ac Syro nil gratiae 55
Quid hoc autem 56? ſenex exit foras: ego fugio. adhuc quod factum eſt,
Miror non iuſſiſſe illico me arripi 57. ad Menedemum hinc pergam 58, eum
Precatorem 59 mihi paro: ſeni noſtro fidei nihil habeo 60.

53 quando minimam habebit ſpem. 54 tunc facillime pacem faciet cum patre, pro ſuo arbitrio. 55 eſt, quam hoc. 56 cur autem hoc facit mihi? 57 miror quod ſenex non iuſſit ſtatim, me arripi. 58 ibo. 59 curabo, vt is pro me deprecetur. 60 ego non credo, fido.

ACTVS V. SCENA III.

SOSTRATA, CHREMES.

S. PRofecto, niſi caues tu homo, aliquid gnato conficies mali:
Idque adeo 1 miror, quei tam ineptum quidquam potuerit tibi
Venire in mentem, mi vir. Ch. Oh, pergin' mulier 2 eſſe? vllamne ego

1 propterea valde miror ſaepius *propter* omittitur, quod ſupra obſeruauimus. 2 id eſt rixoſa, & marito ſemper repugnans. Videtur fuiſſe prouerbium.

3 En-

Rem vnquam volui, quin tu in ea mihi aduorſatrix fueris 3, Soſtrata? at
Si rogitem 4 iam, quid eſt quod peccem 5, aut quamobrem id faciam, neſcias.
In qua re nunc tam confidenter reſtas, ſtulta 6?
S. Ego neſcio.
C. Imo ſcis potius, quam quidem redeat ad integrum eadem oratio 7.
S. Oh, iniquus es, qui me tacere de re tanta 8 poſtules.
C. Non poſtulo 9, iam loquere nihilo minus, ego hoc faciam tamen.
S. Facies? C. Verum 10. S. Non vides, quantum mali ex ea re excites?
Subditum ſe ſuſpicatur 11. C. Subditum ain' 12 tu?
S. Certe ſic erit,
Mi vir. C. Confitere. S. Au 13, obſecro te, iſtuc inimicis ſiet 14.
Egone confitear, meum non eſſe filium, qui ſit meus?

C. Quid

3 Eunuch. IV, 7, 43.

Noui ingenium mulierum,
Nolunt, vbi velis, vbi nolis, cupiunt vltro.

4 interrogem te. 5 dicitur *in aliquâ re peccare*; & *aliquid peccare*. 6 tu ſtulta mulier, in qua re tam audacter te opponis? 7 quampulcre omnia vel millies repetantur. 8 de re tanti momenti, de filii quippe noſtri ſalute 9 hoc ego non deſidero. 10 vtique. 11 ſuppoſititium ſe eſſe ſuſpicatur, non veſtrum filium genuinum. 12 aiſne tu fore vt ſuſpicetur, ſe eſſe ſubditum. 13 *au* eſt interiectio dolentis. 14 hoc inimicis noſtris impo-

C. Quid metuis? ne non, cum velis, conuincas esse illum tuum 15?
S. Quod filia est inventa 16? C. Non, sed, quod 15
magis credendum siet,
Quod est consimilis moribus 17.
Facile conuinces ex te natum 18: nam tui similis 19
est probe:
Nam illi nihil vitii est relictum quin sit & idem tibi 20:
Tum praeterea talem 21, nisi tu, nulla pareret filium.
Sed ipse egreditur quam seuerus 22! rem, cum vi- 20
deas, censeas 23.

ACTVS

imponendum est, *das mag man seinen Feinden zumuthen.* Hostibus enim optabant, quae auersabantur. 15 an id metuis, quod non possis probare, dum velis, illum esse tuum filium? 16 an ideo dicis hoc mihi, quoniam filia mea est reperta? 17 quoniam mores eius similes sunt moribus tuis. Ita est natura comparatum, vt filii sint æmuli paternorum morum, parentumque vestigiis insistant. *Mali corni, malum ouum.* 18 facile poteris probare, ipsum esse ex te natum. 19 *similis* construitur cum genitiuo; quamquam si cum casu secundo iungitur, saepius de moribus atque ingenio intelligatur. 20 quae vitia ille habet, eadem etiam tu habes. 21 praeterea nulla foemina est, quae posset parere filium talem, nisi tu. 22 *wie grauitætisch gehet er doch!* 23 cum videas hunc hominem, statim cognoscere possis rem ipsam in eo.

1 Filius

ACTVS V. SCENA IV.

CLITIPHO, SOSTRATA, CHREMES,

Cl. SI vnquam vllum fuit tempus, mater, cum ego voluptati tibi
Fuerim, dictus filius tuus tua voluntate 1, obsecro
Eius vt memineris 2, atque inopis nunc te misereſcat 3 mei;
Quod peto, & volo, parenteis meos vt commonſtres mihi 4.
S. Obſecro, mi gnate, ne iſtuc in animum inducas tuum 5,
Alienum eſſe 6 te. Cl. Sum 7. S. Miſeram me! hoccine 8 quaeſiſti obſecro?
Ita mihi atque huic ſis ſuperſtes 9, vt ex me, atque ex hoc natus es:

Et

1 Filius qui ſum tibi, & quidem voluntate tua, quum voluiſti, me filium tuum eſſe. 2 vt memor ſis eius temporis. 3 vt miſericordiam habeas erga me inopem. *miſereſcit* idem eſt ac *miſeret*. Virgil. Aen. II, 145.

His lacrymis vitam damus, & miſereſcimus vltro.

4 Ordo conſtructionis: Obſecro, vt te miſereſcat mei inopis & vt commonſtres mihi parentes meos, quod peto, imo etiam ex intimo cordis mei receſſu volo & cupio. 5 noli credere. Comici dicunt *inducere in animum* addito pronomine metri neceſſitate. Cicero vero, Liuius & aequales id nunquam appoſuerunt. vid. Cellarii Curas poſter. p. 407. ſq. 6 te eſſe ſuppoſititium. 7 omnino ego ſum ſuppoſititius. 8 hoc Chremeti dicit. 9 tam certum eſt, quod tu natus ſis ex me & ex hoc patre tuo, quam certum eſt, quod ego volo, vt diu-

tius

Et caue poſt hac, ſi me amas, vnquam iſtuc verbum ex te audiam. Ch. At
Ego, ſi me metuis, mores caue in te eſſe iſtos ſentiam 10.
Cl. Quos 11? Ch. Si ſcire vis, ego dicam: gerro 12, 10
iners, fraus 13, helluo 14,
Ganeo, damnoſus. crede; & noſtrum te eſſe credito.
Cl. Non ſunt haec dicta parentis. Ch. Non, ſi ex capite ſis meo
Natus, item vt aiunt Mineruam eſſe ex Ioue, ea cauſſa magis
Patiar, Clitipho, flagitiis tuis me infamem fieri 15.
S. Di iſthaec 16, Ch. Neſcio Deos 17: ego, quod po- 15
tero, enitar 18 ſedulo.

Quae-

tius viuas, quam hic pater tuus. Eſt religioſum parentum & ſolenne votum, vt filios ſibi ſuperſtites relinquerent. vid. Briſſon. de Formulis. 10 videam. 11 mores. 12 *Gerro* eſt is, quem dicimus *ein Schwatzer*. Feſtus: *Gerrones leues & inepti; a cratibus dicti, quas Graeci* Γέρρους *appellant*. Hinc *gerrae* quoque pro *gerronibus* dicuntur. Plaut. Aſin. III, 3, 10.

Leges vt conſcribat, quibus ſe populus teneat, gerrae. conf. Taubmann. pag. 121. 13 h. l. abſtractum dicitur pro concreto. 14 qui immoderate bona ſua conſumit, ab *eluendo*, quam vocem Plautus pro *perdere* vſurpat, 15 non patiar, vt ego infamis fiam propter flagitia tua, etſi natus eſſes ex capite meo, quemadmodum dicitur, quod Minerua nata ſit ex cerebro Iouis. 16 auertant. 17 ego neſcio, quid facturi ſint dii. 18 laborabo.

19 tu

Quaeris id, quod habes, parentes 19: quod abeſt, non quaeris 20, patri
Quomodo obſequare, & ſerues 21 quod labore inuenerit.
Non mihi per fallacias adducere ante oculos 22? pudet
Dicere hac praeſente 23 verbum turpe; ad te id nullo modo
Facere pudult. Cl. Eheu, quam ego nunc totus diſpliceo mihi,
Quam pudet! neque, quod principium 24 incipiam ad placandum, ſcio.

19 tu quaeris parentes quos tamen habes. 20 quod vero abeſt a moribus tuis, id non quaeris, nimirum, quomodo obediens ſis patri. 21 & quomodo conſerves id, quod ipſe labore ſuo acquiſiuit. 22 non te puduit mihi adducere meretricem ante oculos per fallaciam? 23 in praeſentia huius matris tuae. 24 neque video, quomodo debeam incipere, ad placandum patrem.

ACTVS V. SCENA V.

MENEDEMVS, CHREMES, CLITIPHO, SOSTRATA.

M. ENim vero Chremes nimis grauiter cruciat adoleſcentulum,
Nimisque in humane. Exeo ergo, vt pacem conciliem 1: opportune 2
Ipſos video 3. Ch. Ehem, Menedeme, cur non accerſi iubes

Fi-

1 Vt ipſos reducam in gratiam. 2 opportuno tempore. 3 Chremetem & Clitiphonem.

4 &

Filiam, & quod dotis dixi, firmas 4; S. Mi vir, te obſecro,
Ne facias. Cl. Pater, obſecro vt mi ignoſcas. M. Da5 veniam, Chreme:
Sine, te exorent 5. Ch. Egone mea bona vt dem Bacchidi dono ſciens?
Non faciam M. At nos, non ſinemus. Cl. Si me 6 vivum vis, pater,
Ignoſce. S. Age, Chremes mi. M. Age quaeſo, ne tam obſtruma 7 te, Chreme.
Ch. Quid iſtuc? video non licere, vt coeperam, hoc pertendere 8.
M. Facis, vt te decet. Ch. Ea lege 9 hoc adeo faci- 10 am, ſi facit id,
Quod ego hunc aequum cenſeo 10. Cl. Pater, omnia faciam: impera.
Ch. Vxorem vt ducas. Cl. Pater! Ch. Nihil audio. M. Ad me recipio 11;
Faciet. Ch. Nil etiam audio ipſum 12. Cl. Perii! S. An dubitas, Clitipho;

Ch. Imo

4 & cur non confirmas eam pecuniae ſummam, quam dixi & conſtitui in dotem. 5 ſine, vt illi te exorent. 6 ſi vis conſeruare vitam meam. 7 noli eſſe tam durus & obſtinatus. 8 video quod mihi non liceat hoc perficere, quod volo. 9 hac conditione. 10 quod ego aequum cenſeo, vt hic faciat. 11 *ich will die Verantwortung auf mich nehmen.* 12 ſed nihil audio, quod ipſe filius promittat.

13 quo-

Ch. Imo vtrum 13 vult? M. Faciet omnia. S. Haec, dum incipias, grauia sunt.

15 Dumque ignores: vbi cognoris 14, facilia. Cl. Faciam, pater.

S. Nate 15 mi, ego pol tibi dabo 16 illam lepidam, quam tu facile ames,

Filiam Phanocratae nostri. Cl. Rusamne 17 illam virginem,

Caesiam 18, sparso 19 ore, adunco 20 naso? non possum 21, pater.

Ch. Eia, vt elegans est, 22 credas animum ibi esse 23? S. Aliam dabo.

Cl. Quid

---

13 quodnam eligit filius ex duobus? 14 postquam vero cognoueris eam rem, omnia erunt facilia. 15 mi fili. 16 in vxorem. 17 *die Rothkœpfigte.* 18 *die Kazenaugige. Caesius* est color similis coeli. *Himmelblau. Caesii* vero dicti sunt, qui oculos huiuscemodi coloris habebant, quales Mineruae tribuuntur. 19 distento; *die das Maul immer aufsperret.* 20 *krumme Habichts-Nase.* 21 hanc ducere aut amare. 22 quam elegans formarum spectator sit filius meus! *Eia* est adverbium corrigentis. *je ja.* Variis locis Terentii occurrit. *Elegans* autem est delicatus, mollis, fastidiosus in spectandis & eligendis formis, *er wils gemahlt haben.* Eunuch. III, 5.

Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem.

23 quis credat, ipsum haec intelligere?

24 quan-

Cl. Quid iſtuc? quandoquidem ducenda 24 eſt, egomet habeo propemodum 25,
Quam volo. S. Nunc laudo te, gnate. Cl. Archonidis filiam.
S. Perplacet. Cl. Pater, hoc nunc reſtat. Ch. Quid? Cl. Syro ignoſcas volo,
Quae 26 mea cauſſa fecit. Ch. fiat. Vos va'ete, & Plaudite.

FINIS HEAVTONTIMORVMENI.

24 quando quidem me omnino oportet ducere aliquam vxorem. 25 iam fere illam. 26 ea, quae is fecit propter me.

FINIS HEAVTONTIMORVMENI.

P. TERENTII ADELPHI.

ACTA LVDIS FVNEBRIBVS L. AEMILII PAVLI I. Q. FABIO MAXIMO, P. CORNELIO AFRICANO AED. CVR. EGERE L. ATILIVS PRAENESTINVS, MINVTIVS PROTIMVS MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII. TIBIIS SARRANIS 2. FACTAE GRAECA MENANDRV. L. ANICIO, M. CORNELIO COSS.

1 Haec comoedia acta est, cum ludi ederentur in funere L. Aemilii Pauli. 2 id est Tyriis.

Personae.

PROLOGVS.
SOSTRATA mater Pamphilae.
MICIO senex, adoptiuus pater Aeschini.
DEMEA senex, frater Micionis, pater Aeschini & Ctesiphonis.
CANTHARA nutrix Pamphilae.
SANNIO leno.
PAMPHILA filia Sostratae, amica Aeschini.
AESCHINVS adolescens, filius Demeae, adoptione Micionis.
CTESIPHO adolescens, frater Aeschini.
HEGIO senex, Pamphilae cognatus.
SYRVS Aeschini seruus.
GETA Sostratae seruus.
DROMO seruus Micionis.

Per-

Personae mutae.

BABYLO.
STORAX seruus.
PARMENO seruus.

Adelphorum Argumentum.
C. SVLPICIO APOLLINARI AVCTORE.

Duos cum haberet Demea adolescentulos,
Dat Micioni fratri adoptandum Aeschinum.
Sed Ctesiphonem retinet. Hunc citharistriae.
Lepore captum, sub duro ac tristi patre
Frater celabat Aeschinus; famam quoque
Amoris in se transferebat; denique
Fidicinam lenoni eripuit. Vitiauerat
Idem Aeschinus ciuem Atticam pauperculam;
Fidemque dederat, hanc sibi vxorem fore.
Demea iurgare, & grauiter ferre. Mox tamen,
Vt veritas patefacta est, ducit Aeschinus
Vitiatam, potitur Ctesipho, citharistriam;
Exorato suo patre duro Demea.

Aliud,
M. ANT. MVRETI.

MIcio, & Demea, duo dissimillimo fratres ingenio fuere: ille vrbanam vitam secutus est, hic rusticam: ille caelebs vixit; hic vxorem duxit: ille ingenio lenissimo, hic asperrimo: ille mitis etiam

ipſum, & familiam contulit pugnis, puellamque per vim abreptam tradidit fratri. Spargitur tota vrbe rumor, venit Demea, Micionem obiurgat, inclamat, teſtatur Deos atque homines, quod diſſolutus, quod intemperans, quod vinoſus, quod ſcortator, quod nullius bonae rei Aeſchinus foret, omnem in Micione vno haerere culpam. Diis gratias agere, quod ille ſaltem, quem ipſe ruri haberet, frugi ac temperans eſſet, rei ſtuderet & famae, illarum rerum nihil ne cogitaret quidem: tantum videlicet intereſſe inter ſuam & fratris diſciplinam. Placat hominem, quantum in ſe eſt, Mitio: iamque ſe ab eo expediuerat, cum ſupervenit aliud, quod maiores etiam tumultus excitaret. Raptam ab Aeſchino citharistriam, perfertur ad matrem Pamphilae; quae quidem Pamphila ita erat ad pariendum vicina, vt iam e dolore laboraret. Quid facere miſera? mutatum Aeſchini animum, ſe vero filiamque ſuam proditas per ſummam perfidiam ac deſertas putabat. Getam ſeruulum, qui pauperem familiam ſolus, vt poterat, alebat, mittit ad Hegionem, puellae cognatum, iubetque ei rem, vt erat, exponere. Interea audierat Demea, ſuum quoque Cteſiphonem in raptione affuiſſe: iamque totus in fermento, vt aiunt, erat; cum ei Syrus, ſeruus vaferrimus, mendaciolum adſpergit: veniſſe quidem rure Cteſiphonem, ſed veniſſe obiurgatum Aeſchinum, multa ei medio foro mala dixiſſe, deinde rediiſſe rus in praefecturam ſuam. Lacrumare gaudio

Demea, & gratulari ſibi, quod vnum ſaltem haberet, in quo extaret paternæ ſeueritatis exemplum. Dum rus redit, incidit in Hegionem, a quo de conſtuprata per vim ab Aeſchino Pamphila intelligit. Denuo commotus, dum fratrem, vt in eum iram euomeret, quaerit, obuium habuit mercenarium a villa, ex quo ſciſcitatus de filio, accipit, non eſſe ruri. Redit ad Syrum, a quo ei rurſus nouum mendacium, velut offa in os, ne latraret, obiicitur. Quaerit, vbi fratrem reperire poſſet: id vero ita indicauit Syrus, vt infelix ſenex, dum illius verbis fidem habet, ne quidquam omne oppidum perreptauerit. Interea Mitio omnium ab Hegione certior factus, ipſemet ad mulieres profectus, iacentes iam & afflictas erexerat, labantes & dubias confirmauerat, triſtitia ac moerore confectas recreauerat, policitus, ſe Aeſchino Pamphilam vxorem daturum. Venit Demea, clamor, iurgium, conuicia. Etiam eo praeſente, ſeruulus quidam Cteſiphonem per imprudentiam nominat: ille cum ſubito per vim in aedes irrupiſſet, quem iam pridem putabat ruri fodere, aut arare, aut aliquid ferre denique, cum accubantem cum amica, & ſuauiter potitantem deprehendit. Ibi vero tanta iracundia incitatus eſt, vt arderet. Satis diu vociferatus eum eſſet; tandem placida & compoſita Mitionis oratione eo perducitur, vt, depoſita vetere ſaeuitia, benignus, affabilis, lepidus eſſe meditetur. Itaque ipſo non permittente tantum, ſed etiam iubente, puer-

pera

pera domum traducitur; fiunt nuptiae, lenoni numeratur argentum: Mitio ipſe Soſtratam duxit vxorem: Hegioni datur. vnde viuat: Syrus vna cum Phrygia vxore manumittitur. Cum Mitio, ceteriquę omnes, ſed tamen praecipue Mitio, illam tantam, tam inſperatam tam ſubitam, mutationem admiraretur; graui & cordata oratione claudit fabulam Demea: ſi omnia profundere, ſi in omni libidine ac nequitia viuere, ſi totam rem helluationibus, ſcortationibus, largitionibus conſumere libeat, nihilo id ſua magis, aliquanto etiam minus, quo ſibi minus aetatis ſuperſit, quam aliorum, intereſſe; ſin corrigi ſe in loco & modice coërceri atque admoneri velint, eum eſſe ſe, qui id praeſtare poſſit. Permittuntur ei omnia, ita fabula concluditur.

PROLOGVS.

POstquam poëta sensit scripturam1 suam
Ab iniquis2 obseruari, & aduersarios
Rapere3 in peiorem partem, quam4 acturi
sumus;
Indicio de se ipse erit5: vos eritis iudices,
Laudine, an vitio duci factum id oporteat6.
Synapothnescontes Diphili comoedia7 est:
Eam Commorientes Plautus fecit fabulam8.
In Graecia9 adolescens est, qui lenoni eripit
Meretricem in prima fabula10: eum Plautus locum
Reliquit integrum11: eum hic12 locum sumsit sibi

In

1 Opera sua, comoedias. 2 censoribus. 3 trahere, vertere, *sie deuteten aufs ärgste.* 4 comoediam illam, quam nunc. 5 ipse indicabit, quid fecerit. 6 an id oporteat Terentio laudi duci an vero vitio. 7 Diphilus fecit comoediam, cuius titulus est, Synapothnescontes, id est, Commorientes, a συν & ἀποθνήσκω. Ea fuit superstitio veterum, vt primo percudum & animalium varia genera ad functorum rogum mactarentur & in eum coniicerentur, atque ista inprimis, quae mortuis carissima fuisse constabant. Vnde Homerus in Patrocli funere ouium, boum, canum atque equorum mentionem fecit. vid. Kirchmann. de fun. Rom. III, 4. 8 ex fabula hac aliam comoedium fecit Plautus, sub titulo Commorientes. 9 Diphili Comoedia graeca. 10 in prima parte fabulae, vt est apud Catullum *primus digitus* pro *prima parte digiti.* 11 id est intactum. 12 Terentius.

13 in

In 13 Adelphos: verbum de verbo expreſſum ex-
tulit 14.
Eam nos acturi ſumus nouam: pernoſcite,
Fortum ne factum exiſtumetis, an locum
Reprehenſum 15, qui praeteritus negligentia 16
eſt.
Nam quod iſti dicunt maleuoli homines nobiles 17
Eum adiutare 17, aſſidueque vna 18 ſcribere;
19 Quod illi maledictum vehemens eſſe exiſtu-
mant,
Eam laudem hic 20 ducit maxumam, cum illis pla-
cet,
Qui vobis vniuerſis, & populo placent,
Quorum opera in bello, in otio, in negotio,
Suo quiſque tempore vſus eſt ſine ſuperbia 21.
De hinc ne exſpectetis argumentum fabulae 22:
Senes qui primi venient, hi partem 23 aperient,
Id agendo partem oſtendent. 24. Facite, aequani-
mitas

13 in hanc comoediam, quae inſcribitur Adelphi. 14 preſſit, interpretatus eſt. 15 ipſi iudicate, an putetis furtum eſſe factum a Terentio, an vero locus tantum fuerit vſurpatus. 16 qui praeteritus & omiſſus fuerat per negligentiam Plauti. 17 quod nobiles quidam homines adiuuent Terentium. 18 ſimul cum eo. 19 eſt reſponſio & defenſio. 20 Terentius. 21 neque tamen ideo facti ſunt ſuperbi. 22 huius comoediae. 23 huius fabulae. 24 & dum agent comoediam, partem illius vobis declarabunt.

25 vt

Veſtra poëtae ad ſcribendum augeat induſtri-
am 25.

25 vt veſtra aequanimitas augeat induſtriam poëtae ad ſcribendum. Nam Naſo Lib. IV. ex Pont. 2.

laudataque virtus
Creſcit, & immenſum gloria calcar habet.

ACTVS I. SCENA I.

MITIO.

STorax! non rediit hac nocte a coena Aeſchinus,
Neque ſeruulorum quiſquam, qui aduorſum ierant 2.
Profecto hoc vere dicunt 3: ſi abſis vſpiam 4,
Aut vbi ſi ceſſes, euenire ea ſatius eſt 5,
Quae in 6 te vxor dicit, & quae in animo cogitat
Irata, quam illa 7, quae parentes propitii 8,
Vxor 9, ſi ceſſes 10, aut te amare cogitat,
Aut tete amari, aut potare, aut animo obſequi 11,
Et tibi bene eſſe 12 ſoli, cum ſibi 13 ſit male.

Ego

1 Eſt caſus vocandi. Vocat enim Mitio ſeruum Storacem, qui quum non reſpondet, exinde iudicat, quod Aeſchinus & ſeruus nondum a coena redierint: vt adeo perperam alii notam interrogantis ponant. 2 obuiam Aeſchino ierant. 3 dicitur. 4 in aliquo loco, aut alicubi nimium diu ceſſes. 5 melius eſt, vt illa tibi eueniant. 6 contra te. 7 quam vt illa tibi eueniant. 8 cogitant. 9 vxor inquam, ſi quippe putat, quod ſis diu extra domum &c. 10 nimis diu extra domum, ſi voluptatibus frui. 12 Quibus veteres cupiebant vt omnia illis ex ſententia ſuccederent & proſpere euenirent, illis praecabantur BENÈ SIT. vid. Briſſonium de Formulis lib. I. 13 vxori.

14 fri-

Ego, quia non rediit filius, quae cogito? 10
Quibus nunc sollicitor rebus? ne aut ille alse-
rit 14,
Aut vspiam ceciderit, aut perfregerit
Aliquid. vah, quemquam ne hominem in animum
instituere 15 aut
Parare, quodsit carius, quam ipse est sibi 16?
Atque ex me hic 17 natus non est, sed ex fratre; is 15
adeo
Dissimili studio est iam inde ab adolescentia:
Ego hanc clementem 18 vitam vrbanam atque
otium
Secutus sum: & quod fortunatum ist 19 putant,
Vxorem numquam habui. Ille contra haec o-
mnia 20:
Ruri agere vitam, semper parce ac duriter 20
Se habere: vxorem duxit; nati filii 21
Duo: inde age 22 hunc maiorem adoptaui mihi: ego
Eduxi a paruulo, habui, amaui pro meo:

14 frigore correptus sit. 15 in animo concipere, fingere, Plaut. Mostell. I, 2.

Recordatus multum & diu cogitaui
Argumentaque in pectus multa institui.
Ego: atque in meo corde si est quod mihi cor,
Eam rem voluaui & diu disputaui.

16 miror, quod homo quispiam sibi aliquid possit parare, quod magis deinceps amet, quam semetipsum. 17 Aeschinus. 18 tranquillam, commodam. 19 qui similes sunt fratri meo. 20 habuit. 21 ipsi fuerunt. 22 igitur.

23 nihil

In eo me oblecto: ſolum id eſt carum 23 mihi.
Ille vt idem contra me habeat 24, facio ſedulo:
Do, praetermitto 25, non neceſſe habeo omnia
Pro meo iure agere 26: Poſtremo, alii clanculum
Patres quae faciunt, quae fert adoleſcentia,
Ea ne me celet, conſueſci filium 27.
Nam qui mentiri, aut fallere inſuerit 28 patrem, aut
Audebit, tanto magis audebit caeteros 29.
Pudore, & liberalitate liberos
Retinere, ſatius eſſe credo, quam metu 30.
Haec fratri mecum non conueniunt 31, neque placent.
Venit ad me ſaepe clamans, quid agis, Mitio?
Cur perdis adoleſcentem nobis? cur amat?
Cur potat? cur tu his rebus ſumtum ſuggeris 32?
Veſtitu nimium indulges 33, nimium ineptus 34 es.

Nim-

23 nihil aliud amo, praeter hunc Aeſchinum. 24 me amet. 25 ſi quid ille peccauit. 26 multa quidem poſſem pro meo iure agere, non tamen id facio. 27 filium aſſuefeci, ne me celet illa, quae propter adoleſcentiam ſuam forte peccauit. 28 ſolet, conſueuerit. 29 fallere. 30 ego puto, melius eſſe, vt liberi retineantur in officio per pudorem & liberalitatem, quam per metum. Per *liberalitatem* poëta noſter intelligit lenitatem, manſuetudinem, bonitatem. 31 in eo frater meus diſſentit a me. 32 das, porrigis. 33 *du hælteſt ihn gar zu köſtlich.* H. l. *veſtitu* eſt pro *veſtitui*. *Parce metu*, dicit Virgilius & Salluſtius *non luxu ſe dedit*. Quamquam non male hunc locum exponendum exiſtimo, ſi locutionem ellipticam

Nimium ipſe eſt durus, praeter aequumque & bonum 35:
Et errat longe mea 36 quidem ſententia,
Qui imperium credat grauius 37 eſſe aut ſtabilius 38,
Vi quod fit, quam illud quod amicitia adiungitur 39
Mea ſic eſt ratio 40, & ſic animum induco meum 41:
Malo 42 coactus qui ſuum officium facit,
Dum id reſcitum iri credit 43, tantiſper cauet:
Si ſperat fore clam, rurſum ad ingenium 44 redit.
Quem beneficio adiungas 45, ille ex animo facit:
Studet par referre, praeſens abſenſque idem erit.
Hoc patrium 46 eſt, potius conſuefacere filium,
Sua ſponte recte facere. quam alieno metu.
Hoc 47 pater, ac dominus intereſt, hoc qui nequit,

pticam auctorem noſtrum ſecutum eſſe putamus, pro: *veſtitu* (in caſu auferendi; id eſt ad quod veſtitum adtinet) *nimium ei indulges*. 34 inidoneus es ad educationem liberorum. 35 praeter quam aequum & bonum eſt. 36 ex mea. 37 firmius. 38 conſtantius, durabilius. 39 per amicitiam paratur. Vnde Plinius Panegyriſta tradit, *quod praecipuum principis opus ſit, amicos parare propterea quod plurimis amicitiis fortuna principum indigeat*. 40 ita ego ſentio. 41 & ſic ego puto. 42 per caſtigationem & plagas. 43 *ſo lange er gleubet, daſs man es werde wieder erfahren*. 44 ad antiquos mores. 45 illi vero quem tibi adiungis per beneficia. 46 patrem decet. 47 quoad hoc inter patrem ac dominum eſt differentia.

48 ille

Fateatur neſcire imperare liberis 48.
Sed eſtne hic ipſus, de quo agebam 49? & certe is eſt
Neſcio quid 50 triſtem video, credo iam, vt ſolet,
Iurgabit 51. Saluum te aduenire, Demea,
Gaudemus.

48 ille fateatur, ſe neſcire liberis imperare. 49 loquebar. 50 cur ipſum. 51 rixas excitabat.

ACTVS I. SCENA II.

DEMEA, MITIO.

D. EHem, opportune 1: te ipſum quaerito.
M. Quid triſtis es? D. Rogas 2 me, vbi nobis Aeſchinus
Sit? quid triſtis ego ſim? M. Dixine hoc fore?
Quid fecit? D. Quid ille fecerit? quem neque pudet
Quidquam: nec metuit quenquam: neque legem putat
Tenere ſe vllam 3. nam illa, quae antehac facta ſunt,
Omitto: modo 4 quid deſignauit 5? M. Quidnam id eſt?
D. Fores effregit atque in aedeis irruit
Alienas: ipſum dominum atque omnem familiam
Mulctauit 6 vſque ad mortem: eripuit mulierem,
Quam

1 Aduenis. 2 interrogas. 3 qui putat, ſe non teneri ab vlla lege, ſe nulla lege obſtringi. 4 iam modo. 5 perpetrauit. nos diceremus: *Was hat er ietzo angeſtellet.* 6 verberauit.

7 quot

Quam amabat, clamant omnes, indignissime
Factum esse. Hoc aduenienti quot 7 mihi, Mitio,
Dixere? in ore est omni populo 8. Denique.
Si conferendum exemplum 9 est, non fratrem videt
Rei 10 dare operam, ruri esse parcum ac sobrium?
Nullum huius simile factum 11, haec cum illi, Mitio,
Dico, tibi dico. tu illum corrumpi sinis.
M. Homine imperito nunquam quidquam iniustius:
Qui, nisi quod ipse facit, nil rectum putat.
D. Quorsum istuc 12? M. Quia tu, Demea, haec male iudicas,
Non est flagitium, mihi crede adolescentulum
Scortari, neque potare, non 13 est, neque fores
Effringere, haec si neque ego, neque tu fecimus,
Non siuit aetas 14 facere nos; tu nunc tibi
Id laudi ducis, quod tum fecisti inopia 15.
Iniurium est: nam si esset, vnde id fieret 16,
Faceremus 17: & tu illum tuum 18, si esses homo,

7 quot homines. 8 *iderman redet davon.* 9 si necesse sit vt adducatur exemplum. 10 labori, vt aliquid acquirat; rei familiari. 11 Hic Aeschinus nullum factum perpetrat, quod simile sit facto fratris sui. 12 quem ad finem dicis haec? 13 non est flagitium. 14 aegestas nostra non permisit, vt nos haec faceremus. 15 propter inopiam. 16 nam si nos habuissemus pecuniam, vnde hoc fieri potuisset. 17 vtique id fecissemus. 18 filium

19 quam-

Sineres nunc facere, dum 19 per aetatem 20 licet,
Potius quam, vbi te exſpectatum eieciſſet foras 21,
Alieniore aetate poſt faceret tamen 22.
D. Pro Iupiter, tu me homo adigis ad inſaniam?
Non eſt flagitium facere haec adoleſcentulum? M. Ah,
Auſculta, ne me obtundas 23 de hac re ſaepius.
Tuum filium dediſti adoptandum mihi:
Is meus eſt factus, ſi quid peccat, Demea,
Mihi 24 peccat: ego illi maximam partem feram 25.
Obſonat 26 potat, olet vnguenta? de meo 27.
Amat? dabitur a me argentum, vbi erit commodum;
Vbi non erit, fortaſſe exclûdetur foras.
Fores effregit? reſtituentur; diſcidit
Veſtem? reſarcietur. Eſt, diis gratia,
Et vnde haec fiant 28. & adhuc non moleſta ſunt 29.
Poſtremo, aut deſine, aut cedo 30 quemuis arbitrum; 31

Te

19 quamdiu. 20 propter aetatem iuuenilem. 21 poſtquam te expectaſſet & foras eieciſſet. 22 tamen poſtea id faceret, quamuis in aetate ad voluptates perfruendas non idonea. 23 *uertaubeſt.* 24 in damnum meum peccat. 25 ego in illa re, in peccatis filii Aeſchini maximam damni partem feram. 26 *er ſchmauſet, naſcbet,* 27 ille hoc facit de meo argento. 28 ego adhuc habeo, vnde dare poſſim ſumtus neceſſarios, & ideo diis ſit gratia. 29 ego hoc adhuc libenter facio. 30 da mihi 31 litis, controuerſiae noſtrae.

32 qui

Te plura in hanc rem peccare oſtendam. D. Hei mihi!
Pater eſſe diſce ab illis, qui vere 32 ſciunt.
M. Natura 33 tu illi pater es, conſiliis ego.
D. Tune conſulis quidquam? M. Ah, ſi pergis, abiero.
D. Siccine agis? M. An ego toties de eadem re audiam?
D. Curae eſt mihi 34. M. Et mihi curae eſt: verum Demea
Curemus aequam vterque partem: tu alterum 35,
Ego item alterum. nam ambos curare 36, prope-
[redacted] modum
Repoſcere illum eſt, quem dediſti. D. Ah Mitio. 37
M. Mihi ſic videtur. D. Quid iſtuc? tibi ſi iſtuc placet,
Profundat 38, perdat, pereat, nihil ad me attinet.
Iam ſi verbum vnum poſthac 39. M. Rurſum, Demea,
Iraſcere? D. An non credis? repetone 40 quem dedi?
Aegre 41 eſt. alienus non 42 ſum. ſi obſto 43. Hem deſino.

32 qui vere ſciunt, quid pater ſit. 33 quoad naturam. 34 ego curam habeo pro filio. 35 filium. 36 ſi tu vis curare ambos. 37 ſubintellige: quid dixiſti. 38 *er mag verſchwenden was er will.* 39 dicam. 40 an ego repeto filium. 41 dolet mihi. 42 non ſum peregrinus 43 voluntati tuae.

44 vis

Vnum 44 vis curem : curo : & eſt diis gratia,
Quum ita, vt volo, eſt. iſte tuus ipſe ſentiet
Poſterius 45: nolo in illum grauius dicere 46.
M. Nec nihil neque omnia hæc ſunt, quae dicit 47, tamen
Non nihil moleſta haec ſunt mihi : ſed oſtendere,
Me aegre 48 pati, illi nolui. nam ita eſt homo :
Cum placo, aduorſor ſedulo 49, & deterreo,
Tamen humane 50 vix patitur: verum ſi augeam 51,
Aut etiam adiutor ſim eius iracundiae,
Inſaniam 52 profecto cum illo. etſi Aeſchinus
Non nullam in' hac re nobis facit iniuriam.
Quam hic 53 non amauit meretricem, aut cui non dedit
Aliquid? Poſtremo nuper (credo iam omnium 54
Taedebat 55) dixit, velle 56 vxorem ducere.
Sperabam iam deferuiſſe 57 adoleſcentiam :
Gaudebam, ecce autem de integro 58: niſi quid. quid eſt,

Volo

44 vis, ut ego curem vnum filium. 45 olim, cum tempore. 46 nolo grauia & moleſta verba contra ipſum dicere. 47 quae ille dicit, ſunt omnino aliquid, nec tamen omnia. 48 ſed nolui oſtendere illi, quod ego haec aegre feram. 49 oportet, vt ego ipſi aduerſarius ſim. 50 tamen vix patitur ſe ad humanitatem & officium redigere. 51 eius iracundiam. 52 aequae ego inſanirem ac ille. 53 Aeſchinus. 54 meretricum. 55 taedium habebat. 56 ſe velle. 57 *er hatte verbrauſet.* 58 incipit, *er fanget es nun wieder von vorne an.*

59. quic-

Volo scire 59, atque hominem 60 conuenire, si apud forum est.

59 quicquid sit, ego volo id scire. Sic *nisi* vsurpatur Heaut. III, 2, 22. Eun. III, 4, 20. Phorm. III, 1, 10. 60 illum, Aeschinum.

ACTVS II. SCENA I.

SANNIO, AESCHINVS.

S. OBsecro populares 1, ferte misero atque innocenti auxilium:
Subuenite inopi 2. Ae. Otiose 3, nunc iam illico heic consiste:
Quid respectas 4? nihil pericli est: nunquam, dum ego adero, hic te
Tanget. S. Ego istam inuitis omnibus 5. 5
Ae. Quanquam est scelestus, non committet hodie vnquam iterum vt vapulet 6.
S. Audi, Aeschine, ne ignarum fuisse te dicas morum meum 7
Ego leno sum. 8 Ae. Scio. S. At ita, vt vsquam fuit fide quisquam optuma.

Tu

1 Ciues. 2 iuuare paupereni. 3 *du Müssiggänger.* 4 cur circumspicis? 5 contra omnium voluntatem eripiam. 6 verberetur, plagas accipiat. 7 meorum. 8 *Leno, ein Huren-Wirth,* qui leniendo animos seducit; graece Μαστροπὸς, πορνοβοσκός, προαγωγὸς. Scaliger Poet. Lib. I. cap. 13. *Differentiam faciunt inter* Μαστροπὰς & πορνοβοσκὰς *illo nomine designari scortorum matres: πορνοβόσκας esse conciliatores. Ego Lenones a posteriore voce dictos scio: quid enim aliud est scortum alere? feminae ornant vitta purpurea circum caput &c.* add. Rho-

Tu quod te posterius purges 9, nolle hanc iniuriam mihi
Factam 10 esse, huius non faciam 11. credo hoc, ego meum ius persequar:
10 Neque tu verbis solues 12 vnquam, quod re mihi malefeceris.
Noui ego vestra haec 13: nollem factum: dabitur iusiurandum, esse te
Indignum iniuria hac; indignis cum egomet sim acceptus modis.
Ae. Abi praestrenue 14, ac fores aperi. S. Ceterum hoc 15 nihil facis.
Ae. Intro nunc iam. S. At enim non sinam. Ae. Accede illuc, Parmeno.
15 Nimium 16 abiisti istoc, heic propter 17 hunc assiste. hem, sic volo.
Caue nunc iam oculos a meis oculis quoquam 18 demoueas tuos,
Ne mora sit, si innuerim 19, quin pugnus 20 continuo in mala 21 haereat.
S. Istuc volo ergo ipsum experiri. Ae. Hem serua, omitte mulierem

S. O

Rhodigin. Antiqq. Lection. Lib. 14. cap. 8. 9. 9 quod tu vero te tandem velis excusare. 10 te nolle, quod haec mihi facta sit iniuria. 11 id ego ne tanti quidem faciam. 12 exsolues, *gut thun*. 13 verba, excusationes. 14 celeriter. 15 frustra. 16 longe. 17 prope. 18 ad alium locum. 19 *wenn ich wincken werde*. 20 *die Fauſt*. 21 *auf den Backen*.

22 pla-

S. O facinus indignum. Ae. Geminabit 22, niſi caues. S. Heu miſero mihi!
Ae. Non innueram 23: verum in iſtam partem peccato tamen 24:
I nunc iam. S. Quid hoc rei eſt? regnumne, Aeſchine, heic tu poſſides?
Ae. Si poſſiderem, ornatus 25 eſſes ex tuis virtutibus.
S. Quid tibi rei mecum eſt? Ae nihil. S. Quid? noſtin' qui ſim? Ae. Non deſidero 26.
S. Tetegine tui quidquam 27? Ae. Si attigiſſes, ferres infortunium.
S. Quei tibi magis licet 28, meam habere, pro qua ego argentum dedi?
Reſponde. Ae. Ante aedeis non feciſſe erit melius heic conuicium 29:
Nam ſi molectus pergis eſſe. iam iam intro abripiere, atque ibi
Vſque ad necem operiere 30 loris. S. Loris liber 31? Ae. Sic erit.

S. O

22 plagas, verbera. 23 non dederam ſignum, vt ipſum verberares. 24 tamen concedo, vt in ea re aliquid peccés. 25 tractatus eſſes iuxta virtutet tuas ac merita. 26 hoc ſcire. 27 an ego tetigi quidquam rerum tuarum? 28 quomodo tibi magis quam mihi licet habere meam. 29 melius erit, ſi heic ante oſtium non faciemus hanc rixam. 30 tractabere, *man wird dich mit Karbatſchen zudecken*. Corpus tuum ita lororum notis, vibicibus ex lororum percuſſione operietur, vt nulla eius pars ſuperfuerit, quae non veſtigia percuſſionis prae ſe ferat: *ich wil dich ſo zerſchlagen und karbatſchen*

S. O hominem impurum! heiccine libertatem aiunt aequam esse omnibus?

Ae. Si satis iam debacchatus 32 es, leno, audi, si vis nunc iam.

S. Egon' debacchatus sum autem, an tu in me? Ae. Mitte 33 ista, atque ad rem edi 34.

S. Quam rem? quo redeam? Ae. Iamne me vis dicere quod ad te attinet?

S. Cupio, aequi modo aliquid 35. Ae. Vah, leno iniqua me non volt loqui,

S. Leno sum, fateor. pernicies communis adolescentium,

Periurus, pestis; tamen tibi a me nulla est orta iniuria.

Ae. Nam hercle etiam hoc restat 36, S. illic quaeso redi, quo coepisti, Aeschine.

Ae. Minis viginti tu illam emisti, quae res tibi vortat 37 male.

Argenti tantum dabitur. S. Quid, si ego illam nolo vendere,

Coges me? Ae. Minime. S. Namque id metui. Ae. Neque vendundam 38 censeo, Quae

---

batſchen, daſs man kein weiſs Fleckgen mehr an dir ſehen ſoll 31 ego homo liber operiar loris? Loris enim operiri erat ſervorum tantum ſupplicium, nec licebat liberos loris iſtis afficere. 32 *wenn du wirſt ausgeraſet haben.* 33 omitte. 34 ad negotium, de quo agitur inter nos, ſcil. de puella. 35 dicas. 36 Hoc tibi ſolum inique faciendum reſtat; ſolus ego ſum, cui non iniuriam feciſti. 37 quam rem emptam Dii tibi vertant in malum euentum. 38 aeque ego cenſeo, illam debere vendi.

39 nam

Quae libera eſt: nam ego illam liberali aſſero40
cauſſa manu 39
Nunc vide vtrum vis, argentum accipere, an cauſ-
ſam meditari 40 tuam.
Delibera hoc, dum ego redeo, leno. S. Pro! ſupre-
me Iupiter!
Minime miror, qui inſanire occipiunt ex iniu-
ria 41:
Domo me eripuit, verberauit! me inuito 42 abdu-
xit meam:
Homini miſero plus quingentos colaphos infre-45
git mihi 43.
Ob malefacta haec tantidem 44 emtam poſtulat
ſibi tradier.
Verum enim, quando 45 bene promeruit, fiat: ſu-
um ius poſtulat.
Age iam 46 cupio, modo ſi argentum reddat, ſed
ego haec hariolor 47:

Vbi

39 nam ego illam vindico ex ſeruitute in libertatem. *Aſſero*, dico quaſi, quod illa ſit libera; idque *manu*, quum eam manu comprehendo & oſtendo, quaenam pro libera ſit habenda; *liberali cauſſa*, iudicio, quod continet libertatem. 40 defendere. 41 quod dentur homines, qui inſani fiunt ob iniuriam. 42 contra meam voluntatem. 43 plus, quam quingentos colaphos, infregit mihi. Saepius enim haec particula *quum* omittitur. *Colaphos infringere alicui*, eſt aliquem percutere compreſſa manu; & *alapam infligere* eſt percutere deducta manu. 44 pro tanto pretio, *eben ſo theuer*, quanti illa emta fuit. 45 poſtquam ille 46 illam tradere. 47 *es ſchwanet mir faſt.*

48 pro

Vbi me dixero dare tanti 48. teſteis faciet 49 illico,
50 Vendidiſſe me. de argento ſomnium 50: mox 51 cras redi.
Id quoque poſſum ferre, ſi modo reddat: quanquam iniurium eſt.
Verum cogito id, quod res eſt: quando eum quaeſtum 52 Occeperis,
Accipiunda & muſſitanda 53 iniuria adoleſcentium eſt.
Sed nemo dabit: fruſtra egomet mecum has rationes puto 54.

48 pro tanta pecuniae ſumma. 49 producet. 50 ille dicet, ſomnium & ſpem vanam eſſe, Phorm. V, 6. v. 35. *Somnium: vtin' haec ignoraret ſuum patrem.* 51 dicet. 52 *das Kuppler-Handwerck.* 53 reticenda, *man muß es leiden und nicht einmahl darwieder muchſen.* Donatus: MVSSITANDA *patienda, conſideranda cum ſilentio, & vt in amatore putanda, atque per hoc perferenda.* MVSSITARE *enim proprie eſt diſſimulandi cauſſa tacere: dictum vel a* MOTO: *vel ab M. quae littera eſt nimium preſſae vocis & paene nullius &c.* 54 *ich mache mir da eine vergebene Rechnung.*

ACTVS II. SCENA II.

SYRVS, SANNIO.

Sy. 1 TAce, egomet conueniam iam ipſum 2: cupide accipiat iam faxo, atque etiam
Bene, dicat 3, ſecum eſſe actum. quid iſtuc Sannio eſt, quod te audio

Cum

1 Syrus egrediens intro loquitur ad Aeſchinum, qui iuſſerat eum ad Sannionem exire ipſique perſuadere, vt acciperet, quod oblatum erat. 2 Sannionem. 3 vt.

4 nun-

Cum hero neſcio quid concertaſſe Sa. Nunquam? vidi iniquius
Concertationem comparatam 4, quam haec hodie inter nos fuit.
Ego vapulando, ille verberando, vſque ambo defeſſi ſumus.
Sy. Tua culpa, 5 Sa. Quid agerem? Sy. Adoleſcenti morem geſtum oportuit 6.
Sa. Qui potui melius? uſque os praebui 7. Sy. Age, ſcis quid loquar?
Pecuniam in loco 8 negligere, maxumum interdum eſt lucrum, hui!
Metuiſti, ſi nunc de tuo iure conceſſiſſes paulum,
Atque adoleſcenti eſſes morigeratus 9, hominum homo ſtultiſſime,
Ne non tibi iſtuc foeneraret 10? Sa. Ego ſpem pretio non emo 11.
Sy. Nunquam rem facies 12: abi, 13 neſcis inescare 14 homines, Sannio.

Sa. Cre-

4 nunquam vidi concertationem, quae iniquior eſſet. 5 per tuam culpam hoc factum eſt. 6 te opportuit morem gerere, obſequi adoleſcenti. 7 verberandum. 8 opportuno tempore, modo, ac loco. 9 *hätteſt ihm ein wenig nachgegeben* 10 ne iſtud tibi damnum afferret. 11 *eine eitle Hoffnung mag ich nicht gern vor baar Geld kauffen* 12 dives fies. *Rem facere* eſt commodum ſuum augere & promouere, rem domeſticam locupletare. 13 in malam crucem, in malam rem. 14 capere, allicere. Vellei. Paterc. II, 13, 3. *veluti ineſcandae illiciendaeque multitudinis cauſſa fieri.*

15 dum-

Sa. Credo iſtuc melius eſſe: verum ego nunquam adeo aſtutus fui,
Quin, quidquid poſſem, mallem auferre potius in praeſentia.
Sy. Age, noui tuum animum, quaſi quidquam tibi ſint viginti minae,
Dum huic obſequare 15. praeterea autem te aiunt, proficiſci Cyprum. Sa. Hem!
Sy. Coëmiſſe hinc, quae illuc veheres, multa: navem conductam 16: hoc ſcio,
Animus tibi pendet 17: vbi illinc, ſpero, redieris, tamen hoc ages.
Sa. Nuſquam pedem 18, perii hercle: hac illi ſpe 19 hoc inceperunt. Sy. Timet:
Inieci ſcrupulum homini. Sa. O ſcelera! illud vide,
Vt in ipſo articulo oppreſſit 20! emtae mulieres
Complures, & item hinc alia, quae porto Cyprum 21.
Ni eo 22 ad mercatum 23 venio, damnum maximum eſt.
Nunc ſi hoc omitto, vbi illinc rediero, actum agam 24.

Nihil

15 dummodo huic obſequium praeſtes. 16 eſſe. 17 dubius adhuc es. 18 ponam, nuſquam certe proficiſcar, 19 ſub hac ſpe mei itineris. 20 quemadmodum ille me oppreſſit in ipſo momento itineris. 21 & alia quoque emta ſunt, quae portare volo in inſulam Cyprum. 22 in Cyprum. 23 ad nundinas, *zur Meſſe*. 24 fruſtra veniam.

25 mer-

Nihil eſt, refrixerit 25. res: nunc demum venis? 25
Cor paſſus 26? vbi eras? vt ſit ſatius 27 perdere,
Quam heic manere tam diu, aut tum 28 perſequi.
Sy. Iamne enumeraſti id, quod ad te rediturum 29
13. putes?
Sa. Hoccine illo dignum 30 eſt? hoccine incipere,
Aeſchinum?
Per oppreſſionem 32 vt hanc mi 33 eripere poſſu- 30
let 34?
Sy. Labaſcit 35. vnum hoc habeo. vide ſi ſatis placet
Potius, quam venias in periculum, Sannio,
Serues ne, an perdas totum, diuiduum 36 face.
Minas decem corradet 37 alicunde. Sa. Hei
mihi,
Etiam de ſorte 38 nunc venio in dubium miſer. 35
Pudet nihil: omnes dentes labefecit mihi.
Praeterea colaphis tuber 39 eſt totum caput:
Etiam inſuper defraudet 40? nuſquam abeo 41. Sy.
Vt lubet 42.

Num-

25 mercatura nunc ceſſauerit. 26 cur paſſus es debita tua tanidiu. 27 melius. 28 aut tunc exigere debita, quando rediero. 29 quaeſtum, qui ad te inde veniet. 30 an vero hoc decet illum? 31 decuit. 32 per vim 33 mihi, 34 cupiat. 35 incipit vacillare, inmutari in ſua ſententia. Eunuch. I, 2, 98.

Labaſcit, victus vno verbo: quam cito.

36 *du magſt mit der Helffte vorlieb nehmen.* Oportet vt diuidas quaeſtum ac damnum. Plaut. Rud. V, 3, 52. *Diuiduum talentum faciam* 37 *zuſammen ſcharren.* 38 *wegen des Capitals ſelber.* 39 tumidum. 40 me fallat. 41 ego malo heic manere. 42 *nach deinem*

Numquid vis, quin abeam? Sa. Imo hercle hoc quaeſo, Syre,
Vt haec ſunt facta, potius, quam lites ſequar,
Meum mihi reddat, ſaltem quanti emta eſt, Syre.
Scio te non vſum ante hac amicitia mea:
Memorem me dicis eſſe, & gratum, Sy. Sedulo
Faciam. Sed Cteſiphonem video laetus eſt
De amica 43. Sa. Quid, quod te oro? Sy. Pauliſper mane.

nem Belieben. 43 propter amicam.

ACTVS II. SCENA III.

CTESIPHO, SYRVS.

CAbs quouis homine, cum eſt opus, beneficium accipere gaudeas 1:
Verum enim vero id demum iuuat 2, ſi quem aequum eſt 3 facere, is bene facit.
O frater! frater! quid ego nunc te laudem? ſatis certe ſcio,
Nunquam ita magnifice 4 quidquam dicam, id virtus quin ſuperet tua:
Itaque vnam hanc rem me habere praeter alios praecipuam arbitror,
Fratrem homini nemini eſſe primarum artium magis principem 5.

S. OCte-

1 Libenter debes accipere. 2 delectat. 3 ſi is bene facit, quem decet facere. 4 *vortreflich groſs.* 5 quod nemo homo maiores habeat virtutes & artes, quam frater meus.

6 ecce

S. O Ctesipho! C. O Syre! Æschinus vbi est?
S. Ellum 6, te exspectat domi. C. Hem!
S. Quid est? C. Quid sit? illius opera 7, Syre, nunc viuo. S. Festiuum caput!
C. Omnia sibi qui post putarit esse prae meo commodo 8,
Maledicta, famam, meum amorem, & peccatum in se transtulit.
S. Nihil pote supra 9. C. Sed quidnam foris crepuit? S. Mane, mane, ipse exit foras.

6 ecce illum. 7 per illius industriam. 8 qui putauit, quod omnia deberet postponere, & mea solùm commoda obseruare. 9 nihil honestius, aut generosius potest esse, quam hoc.

ACTVS II. SCENA IV.
ÆSCHINVS, SANNIO, CTESIPHO, SYRVS.

Æ. VBi ille est sacrilegus 1? Sa Me quaerit. num quidquam effert? occidi:
Nil video. Æ. Ehem, opportune 2, te ipsum quaerito; quid fit, Ctesipho?
In tuto est omnis res 3: omitte vero tristitiam tuam.
C. Ego illam vero omitto, qui te fratrem habeam quidem, o mi Æschine!
O mi germane 4! ah vereor coram in os 5 te laudare amplius,

1 Sceleſtus. 2 ades. 3 ſalua ſunt omnia. 4 frater. 5 in faciem. præpoſitio *in* conſtruitur cum caſu accuſatiuo. Cicero pro lege Manil. cap. XII. *Cum veſtros por-*

Ne id assentandi magis 6, quam quo habeam gratum, facere existumes.

Æ. Age inepte 7, quasi nunc non norimus nos inter nos, Ctesipho.

Hoc mihi dolet, nos pene sero sciisse, & pene in eum locum 8

Rediisse, vt, si omnes cuperent, nihil tibi possent auxiliarier.

C. Pudebat. Æ. Ah, stultitia est istaec, non pudor, tam ob paruolam

Rem pene e patria 9? turpe dictu: deos quaeso vt istaec prohibeant.

C. Peccaui. Æ. Quid ait tandem nobis Sannio? Sy. Iam mitis 10 est.

Æ. Ego ad forum ibo, vt hunc absoluam, tu intro 11 ad illam, Ctesipho.

Sa. Syre, insta 12. Sy. Eamus: namque hic properat in Cyprum. Sa. Ne tam quidem 13:

Quamuis etiam maneo otiosus heic. Sy. Reddetur, ne time.

Sa. At

---

portus in praedonum fuisse potestatem sciatis. Curt. III, 5. 10. *Quippe Darium quinto die in Ciliciam fore nuntiabatur.*

6 scil. *caussa*, est graecissimus; nam apud Graecos adiectiua crebro gaudent genitiuo substantiui per defectum v. cis ἕνεκα, vt: Μαχάρι ὦ τῆς πίστεως. 7 *du Phantaste.* 8 statum. 9 aufugisse. 10 *ergiebt es nun schon ein bissgen gnædiger.* 11 abi. 12 vrge, preme illum. 13 ille non quidem vehementer vrget iter suum; ego tamen facile potero otiosus heic manere.

14 di-

Sa. At vt omne reddat. Sy. Omne reddet. tace modo, ac sequere hac. Sa. Sequor.

C. Heus heus, Syre. Sy. Hem, quid est? C. Obsecro hercle, hominem istum impurissimum
Quam primum absoluitote 14, ne, si magis irritatus siet,
Aliqua ad patrem hoc permanet 15, atque ego tum perpetuo perierim.
Sy. Non fiet: bono animo es; tu cum illa te intus oblecta interim,
Et lectulos 16 iube sterni nobis, & parari cetera.
Ego iam transacta 17 re conuortam me domum cum obsonio 18.
C. Ita quaeso: quando hoc bene successit, hilarem hunc sumamus diem 19.

14 dimittite a vobis. 15 perueniat, pater hoc resciscat, *aliqua* dicitur subintellecta voce: *ratione, via.* Phorm. IV, 1. 19,

Vereorque, ne vxor aliqua hoc reciscat mea.

16 *die Tisch-Bettgen.* 17 quando omnia erunt peracta. Andr. I, 5. *Contemtus, spretus? facta, transacta omnia.* 18 cibo iucundo, *Obsonium* est quicquid emitur ex macello in cibum. Hanc vocem veteres quoque speciatim dixerunt de piscibus. Nepos Themistocl. cap. 10. *Myuntem,* (quae sita fuit ad mare piscosum) *ex qua obsonium haberet.* 19 voluptate fruemur, genio indulgebimus, laeti erimus per totum hunc diem.

ACTVS III. SCENA I.

SOSTRATA, CANTHARA.

S. OBsecro 1, mea tu nutrix, quid nunc fiet? C. quid fiet, rogas?

1 Sollicita inducitur Sostrata, ob filiae, quae ex Æschino

Recte aedepol spero. S. Modo dolores, mea tu 2, occipiunt primulum 3.

C. Iam nunc times, quasi nunquam adfueris 4, nunquam tute pepereris.

S. Miseram me; neminem habeo, solae sumus: Geta autem heic non adest,

Nec quem ad obstetricem mittam, nec qui accersat Æschinum.

C. Pol is quidem iam heic aderit: nam nunquam vnum intermittit diem,

Quin semper veniat. S. Solus mearum miseriarum est remedium 6.

C. E re nata 7 melius fieri haud potuit, quam factum est, hera:

Oblatum quando vitium 8 est, quod ad illum attinet potissimum,

Talem, tali genere, tali animo, natum ex tanta familia

schino grauida est, vicinum parti . 2 tu mihi charissima. 3 prima vice. 4 *thust du ...ch, als ob du vorhero noch niemalen vwæreſt dabey ge ...n.* 5 nec habeo aliquem. 6 medicus. 7 *ne ...r Sachen ietziger Beſchaffenheit.* 8 postquam filia tua passa est vitium, bene est tamen, quod ea ad illum, Æschinum scilicet, attinet.

ACTVS III. SCENA II.

GETA, SOSTRATA, CANTHARA.

G. NVnc illud est, quod, si omnes omnia consilia conferant,

Atque

Atque huic malo 1 ſalutem 2 quaerant, auxilii nihil 3 afferant,
Quod mihique heraeque, filiaeque, herili 4 eſt. vae miſero mihi!
Tot res repente circumvallant 5, vnde emergi 6 non poteſt.
Vis, aegeſtas, iniuſtitia, ſolitudo 7, infamia.
Hoccine ſeclum 8? o ſcelera! o genera ſacrilega! o hominem impium!
S. Me miſeram, quidnam eſt, quod ſic video timidum & properantem Getam?
G. Quem neque fides, neque iusiurandum, neque vlla miſericordia
Repreſſit, neque reflexit, neque quod 9 partus inſtabat prope,
Cui miſerae indigne per vim vitium obtulerat 10.
S. Non intelligo
Satis, quae loquatur. C. Propius obſecro accedamus, Soſtrata. G. Ah!
Me miſerum, vix ſum compos 10 animi, ita ardeo iracundie;
Nihil eſt, quod malim, quam totam familiam dari mihi obuiam,

1 Pro hoc malo. 2 remedium. 3 nullum auxilium poſſint adferre. 4 quod malum accidit & mihi, & heræ, & filiae haeri mei. 5 circumdederunt nos. 6 liberari non poſſumus. 7 *Einſamkeit*, dum ſoli ſumus. 8 ah! in quam corrupto ſeculo viuimus! 9 qui etiam id non expendit, quod partus iam prope aderat. 10 apud me.

11 *anß-*

Vt iram hanc in eos euomen 11 omnem, dum aegritudo 12 haec eſt recens:
15 Satis mihi id habeam ſupplicii 13, dum illos vlciſcar modo.
Seni animam primum extinguerem 14 ipſi, qui illud produxit 15 ſcelus:
Tum autem Syrum impulſorem 16, vah, quibus illum lacerarem modis!
Sublimem, medium arriperem, capite primum in terram ſtatuerem 17.
Vt cerebro diſpergat viam:
20 Adoleſcenti ipſi oculos eriperem, poſt haec praecipitem darem:
Ceteros ruerem 18, agerem, raperem, tunderem 19, & proſternerem.
Sed ceſſo hoc malo heram impertiri propere 20?
S. Reuocemus, Geta. G. Hem.

Quis-

11 *auſſlaſſen.* 12 dolor hic. 13 mihi haec poena ſufficiet. Vindicta dulcis eſt. Iuuenal. Satyr. XIII. v. 180.

At vindicta bonum vita iucundius ipſa.

14 primo ſenem vellem interficere. *Anima* ſaepe pro ipſa vita dicitur. Nepos Annibal. cap. I. *Hic velut hereditate relictum odium paternum erga Romanos ſic confirmauit; vt prius animam, quam id depoſuerit. Extinguere* autem dicitur, quia veteres philoſophi, imprimis Zeno Stoicus animam igneam docuerat. Hinc nonnullis *vita* Graecis dicitur ζωὴ, quia ζέω ſit *feruco*; imo *frigus* ponitur pro morte. 15 qui ſceleſtam hanc rem produxit. 16 auctorem, conſiliatorem. 17 *ſtoſſen.* 18 in terram proiicerem. 19 *ſtoſſen, zerklopffen.* 20 ſed cur ceſſo, nuntium celeriter adferte herae meae?

21 *laſſ*

Quisquis es, sine me 21. S. Ego sum Sostrata. G.
Vbi ea est? te ipsam quaerito:
Te exspecto. oppido 22 opportune te obtulisti
mi obuiam,
Hera. S. Quid est? quid trepidas? G. Hei mihi! S.
Quid festinas, mi Geta?
Animam 23 recipe. G. Prorsus. S. Quid istuc prorsus ergo est? G. Periimus,
Actum est. S. Obsecro te, quid sit. G. Iam. S. Quid
iam, Geta?
G. Æschinus. S. Quid ergo 24 is? G. Alienus est ab
nostra familia 25. S. Hem,
Perii, quare? G. Amare occepit aliam. S. Vae miserae mihi!
G. Neque id occulte fert 26: a lenone ipsus eripuit
palam 27.
S. Satin' hoc certum 28? G. Certum: hisce oculis
egomet vidi, Sostrata. S. Ah,
Me miseram! quid credas iam? aut cui credas? nostrum ne Æschinum 29,
Nostram vitam 30 omnium, in quo nostrae spes
opesque omnes sitae erant,

21 *laß mich gehen.* 22 omnino, valde. 23 *faſſe dir nur vvieder ein Hertze.* 24 fecit. 25 inimicus factus est nostrae familiae. 26 *Er macht keine Heimlichkeit daraus.* 27 Ipse illam eripuit a lenone ipsius, & palam quidem. 28 certum est. 29 an Æschinus noster id fecerit. 30 qui vita nostrum omnium est.

31 vi-

Qui sine hac iurabat se vnum nunquam victurum 31 diem,
Qui in sui gremio positurum puerum dicebat 32 patris, ita
Obsecraturum 33, vt liceret hanc vxorem ducere.
G. Hera, lacrumas mitte 34, ac potius, quod ad hanc rem opus, porro prospice 35.
Patiamurne, an narremus cuipiam? C. Au, au, mi homo, sanun' 36 es?
An hoc proferendum 37 tibi vsquam esse videtur? G. Mihi quidem non placet.
Iam primum, illum alieno 38 animo a nobis esse, res ipsa indicat,
Nunc si hoc palam proferimus, ille inficias 39 ibit, sat scio;
Tua fama, & gnatae vita in dubium 40 veniet, tum si maxume
Fateatur, cum amet aliam, non est vtile hanc illi dari.
Quapropter, quoquo pacto tacito est opus 41. S. Ah, minime gentium:
Non faciam. G. Quid ages? S. Proferam 42 G. Hem, mea Sostrata, vide quam rem agas.

S. Pe-

31 viuere velle aut posse. 32 qui dicebat, se velle ponere puerum ex filia mea natum in patris gremium. 33 atque se hoc modo velle obsecrare patrem. 34 omitte. 35 cogita, expende. 36 an tu vero sanus es? 37 an palam faciendum. 38 auerso, inimico, minus fauenti. 39 hoc negabit. 40 periculum. 41 quocunque modo oportet illud taceri & celari. 42 palam faciam, re-

ve-

S. Peiore res loco non potis 43 eſt eſſe, quam in hoc,quo nunc ſita eſt.
Primum indotata 44 eſt: tum praeterea,quae ſecunda ei dos erat 45.
Periit: pro virgine dari nuptum 46 non poteſt: hoc reliquum eſt,
Si inficias ibit,teſtis mecum 47 eſt annulus,quem amiſerat,
Poſtremo quando ego conſcia mi ſum 48, a me culpam hanc procul eſſe,nec
Pretium,neq; rem vllam interceſſiſſe illa aut me indignam;experiar 49,Geta.
C. Quid iſtic? accedo,vt melius dicas. S. Tu,quantum poteſt,abi,
Atque Hegioni cognato huius 50 rem omnem narrato ordine.
Nam is noſtro Simulo fuit ſummus 51,& nos coluit 52 maxume.
G. Nam hercle alius nemo reſpicit nos. S. Propera tu,mea Canthara,
Curre,obſtetricem accerſe,vt,cum opus ſit, ne in mora nobis ſiet. AGTVS

velabo. 43 poteſt. 44 illa dotem nullam habet. 45 illa dos altera,nempe virginitas, quam ea habuit. 46 *verheyrathet vverden.* 47 ego teſtem mecum habeo annulum. 48 quoniam ego certè ſcio. Cicero lib. VI. epiſt. 4. n. 13. Epiſtol. ad famil. *Adiuuat etiam aetas & acta iam vita: quae cum curſu ſuo bene confecto delectatur,tum vetat in eo vim timere,quo nos iam natura ipſa paulo perduxerit.* 49 rem coram iudicibus tractabo. 50 filiae meae. 51 amicus. 52 amauit.

BIBLIOTECA GIORGIO VECCHIO UNIVERSITÀ DI ROMA

ACTVS III. SCENA III.

DEMEA, SYRVS.

D. DIsperii, Cteſiphonem audiui filium
Vna 1 fuiſſe in raptione 2 cum Æſchino.
Id miſero reſtat mihi mali 3, ſi illum poteſt 4,
Qui alicuius reis eſt, etiam eum ad nequitiam abducere.
Vbi ego illum 6, quaeram? credo abductum 7 in ganeum 8
Aliquo 9; perſuaſit ille impurus, ſat ſcio.
Sed eccum ire Syrum video: hinc ſcribo 10 iam, vbi ſiet.
Atque hercle hic de grege 11 illo eſt: ſi me ſenſerit
Eum quaeritare 12, nunquam dicet carnufex,
Non oſtendam 13 id me velle.

ACTVS

1 Simul. 2 cum Æſchinus raperet puellam lenoni. 3 haec etiam adhuc calamitas. 4 dum id agit, vt illum etiam abducat ad nequitiam. 5 in quo adhuc aliqua ſpes bona eſt, *der ſich noch auf etwas leget.* 6 Cteſiphonem. 7 eſſe. 8. *Huren-Hauß Ganeum* dicitur ἀπὸ τῆς γῆς a terra & proprie eſt locus abditus, veluti ſub terra. Veteres meretricum tabernas *ganea* dixerunt, quod ea ſint in terra vt coenacula. 9 *irgends wohin* 10 ſuſcitabor, audibo, intelligam. 11 de ſocietate tam egregiorum hominum. 12 ſi ſenſerit, quod ego illum quaero. 13 *ich muß es mich nicht merken laſſen.*

1 Ra-

ACTVS III. SCENA IV.

SYRVS, DEMEA.

S. OMnem rem 1 modo ſeni,
Quo pacto 2 haberet, enarramus ordine,
Nil quidquam vidi lactius. D. Pro Iupiter!
Hominis ſtultitiam. S. Collaudauit filium:
Mihi, qui id dediſſem conſilium, egit gratias.
D. Diſrumpor 2. S. Argentum adnumerauit illico 3:
Dedit praeterea in ſumtum 4 dimidium minae:
Id diſtributum ſane eſt ex ſententia 5. D. Hem.
Huic mandes, ſi quid recte curatum 6 velis.
S. Hem Demea, haud adſpexeram te: quid agitur?
D. Quid agatur? voſtram nequeo mirari ſatis
Rationem 7. S. Eſt hercle inepta 8, ne dicam dolo 9, atque
Abſurda. Piſces caeteros purga 10, Dromo:
Congrum 11 iſtum maxumum in aqua ſinito ludere
Tantiſper; vbi ego rediero exoſſabitur 12;
Prius nolo 13. D. Haeccine flagitia? 14 S. Mihi quidem non placent:

1 Raptum, raptionem ab Æſchino factam. 2 quomodo tota res ſeſe haberet. 2 prae dolore & ira. 3 ſtatim, ſine mora. 4 ad ſumtus neceſſarios. 5 ex voto noſtro. 6 ſi quid tu habes, quod recte vis curari, huic ſane mandes & tradas. 7 modum agendi. 8 haec ratio ſeu modus viuendi & agendi eſt ſane abſurdus & ineptus. 9 vt rem confitear ſine dolo. 10 *nimm auß.* 11 genus piſcis. 12 *außgræten.* 13 nolo vero, vt piſcis prius exoſſetur, quam ego rediero. 14 ſunt.

Et clamo ſaepe: Salſamenta 15 haec, Stephanio,
Fac macerentur 16 pulchre. D. Dii voſtram fidem;
Vtrum ſtudione id ſibi habet, an laudi putat
Fore 17, ſi perdiderit gnatum? vae miſero mihi,
Videre videor iam diem illum, cum hinc egens
Profugiet aliquo militatum 18. S. O Demea!
Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt,
Videre, ſed etiam illa, quae futura ſunt,
Proſpicere. D. Quid? iſtaec iam penes vos pſaltria 19 eſt?
S. Ellam 20 intus. D. Eho, an domi eſt habiturus 21?
S. Credo, vt eſt
Dementia 22. D. Haeccine fieri 23? S. Inepta lenitas
Patris, & facilitas praua. D. Fratris me quidem
Pudet pigetque. S. Nimium inter vos, Demea, ac
Non, quia ades praeſens, dico hoc, pernimium 24 intereſt:
Tu, quantus quantus, nihil niſi ſapientia 25 es:
Ille ſomnium 26, ſineres vero illum tu tuum
Facere haec? D. Sinerem illum 27? aut non ſex totis menſibus

Prius

15 *geſaltzene Speiſen oder Fiſche.* 16 diluantur aqua *waeſſern.* 17 an id agit, & an id laudi ſibi putat. 18 in militiam ex deſperatione. 19 cantatrix. 20 ecce illam. 21 an habere vult illam domi? 22 pro ea dementia, quam habet. 23 decet. 24 *es iſt doch gar zu viel darangelegen.* 25 totus ſapiens es. 26 homo ſomnolentus & tardus ac ſtupidus. 27 ego ſinerem, illum haec facere?

28 *ſol-*

Prius olfeciſſem 28, quam ille quidquam cœperit?
S. Vigilantiam tuam tu mihi narras? D. Sic ſiet
Modo 29, vt nunc eſt. S. Vt quisque ſuum volt eſſe, ita eſt 30
D. Quid? eum vidiſtin' hodie? S. Tuum ne filium 31?
(Abigam hunc rus) iam dudum aliquid ruri agere arbitror.
D. Satis 32 ſcis ibi eſſe? S. Oh 33, quem egomet produxi 34. D. Optume eſt:
Metui, ne haereret 35 heic. S. Atque iratum admodum 36.
C. Quid autem 37? S. Adortus iurgio 38 fratrem apud forum
De 39 pſaltria iſtac. D. Ain' vero 40? S. Vah, nil reticuit:
Nam, vt 41 numerabatur forte argentum, intervenit
Homo de improuiſo cœpit clamare: Æſchine,
Haeccine flagitia facere te 42? haec de admittere

28 *ſolte ichs nicht gemercket, oder den Braten gerochen haben?* 29 vtinam modo talis ſemper maneat, qualis nunc eſt. 30 tales ſunt liberi, quales vult pater vt illi ſint. 31 ego viderim. 32 an tu ſatis certo ſcis. 33 cur ego id non ſciam. 34 dum ipſe ego produxi illum. 35 manſiſſet. 36 ego illum produxi, cum eſſet valde iratus. 37 cur vero erat iratus? 38 videlicet rixam habuerat cum fratre. 39 propter. 40 quod ais? 41 dum. 42 decet.

43 an

Indigna genere noſtro 43? D. Oh, lacrumo gaudio 44.
S. Non tu hoc argentum perdis, ſed vitam tuam.
D. Saluus ſit 45: ſpero, eſt ſimilis maiorum ſuum.
S. Hui!
D. Syre, præceptorum plenus iſtorum ille 46.
S. Phi, 47
Domi habuit, vnde diſceret. D. Fit ſedulo:
Nil praetermitto: conſuefacio: denique
Inſpicere, tanquam in ſpeculum, in vitas omnium
Iubeo, atque ex aliis ſumere exemplum ſibi: 48
Hoc

43 an tu facere haec debuiſti, quae indigna ſunt noſtro genere? 44 prae gaudio. 45 vtinam modo dii ipſum conſeruent. 46 ille plenius eſt praeceptorum, quae tu ei dediſti. 47 eſt interiectio admirantis. 48 Cicero pro Arch. cap. VI. *Quam multas nobis imagines non ſolum ad intuendum, verum etiam ad imitandum, fortiſſimorum virorum, expreſſas, ſcriptores & graeci & latini reliquerunt? quas ego mihi ſemper in adminiſtranda republica proponens, animum & mentem meam ipſa cogitatione hominum excellentium conformabam.* Epictetus Enchirid. cap. LI. Ὅταν τινὶ μέλλῃς συμβάλλειν, καὶ μάλιστα τῶν ἐν ὑπεροχῇ δοκούντων, πρόβαλε σεαυτῷ τί ἂν ἐποίησεν ἐν τούτῳ Σωκράτης ἢ Ζήνων. Καὶ ἐκ ἀπορήσεις τὸ χρήσασθαι προσηκόντως ἐν τῷ ἐμπεσόντι. *Quod ſi negotium tibi futurum eſt cum aliquo, maxime ſi is in dignitate fuerit conſtitutus, ipſe tibi proponito, quid ea in re facturus fuiſſet* Socrates *aut Zenon. Ita fiet, vt de ratio haud deficiat, qua quicquid illud fuerit rite conficiat.* Seneca epiſt. VI. *Longum*, ait, *iter eſt per*

tr-

C. Hoc facito. S. Recte sane. D. Hoc fugito. S. Callide 49.
D. Hoc laudi est. S. Istaec res 50 est. D. Hoc vitio 55 datur.
S. Probissime. D. Porro autem. S. Non hercle otium 51 est
Nunc mihi auscultandi: pisces ex sententia 52
Nactus sum: hi mihi nec corrumpantur cautio 53 est.
Nam id 54 nobis tam flagitium est, quam 55 illa, Demea,
Non facere vobis, quae modo dixit: &, quod 5660 queo,
Conseruis 57 ad eundem istunc praecipio modum 58:
Hoc falsum est, hoc adustum est, hoc lautum est 59 parum:
Illud recte, iterum sic memento: sedulo
Moneo, quae possum pro mea sapientia.

Postre-

praecepta, breue & efficax per exempla. Zenonem Cleanthes non expressisset. si eum tantummodo audisset. Vitae eius interfuit, secreta perspexit, obseruauit illum, an ex formula sua viueret. Plato & Aristoteles, & omnis in diuersum itura sapientium turba plus ex moribus, quam ex verbis Socratis traxit. Metrodorum & Hermachum, & Polyaenum magnos viros non schola Epicuri, sed contubernium fecit. 49 dicis. 50 ita oportet vt agas. 51 non habeo nunc tempus. 52 ex voto meo. 53 cauendum est. 54 pisces negligere. 55 quam vobis flagitium est. 56 quantum queo. 57 *Mitknechten.* 58 eodem modo do praecepta. 59 non satis delicatum.

Postremo, tanquam in speculum, in patinas, Demea,
Inspicere iubeo, & moneo quid facto vsus 60 sit.
Inepta haec esse, nos quae facimus, sentio.
Verum quid facias? vt homo est, ita moram geras 61.
Nunquid vis? D. Mentem vobis meliorem dari 62.
S. Tu rus hinc ibis? D. Recta 63. S. Nam quid tu hic agas,
Vbi, si quid bene praecipias, nemo obtemperet?
D. Ego vero hinc abeo, quando 64 is, quamobrem 65 huc veneram,
Rus abiit: illum curo vnum, ille ad me attinet:
Quando ita volt frater, de istoc ipse viderit.
Sed quis illic est, quem video procul? estne hic Hegio
Tribulis 66 noster? si satis 67 cerno, is hercle est. vah,
Homo amicus nobis iam inde a puero. dii boni,
Nae illiusmodi 68 iam magna nobis ciuium
Penuria est: antiqua homo virtute ac fide,
Haud scito mali quid ortum ex hoc sit publice 69.

Quam

60 opus, necessarium. 61 quemadmodum homo est, cum quo negotium habes, ita eum tractare debes. 62 ego nihil aliud nunc volo, quam vt melior mens vobis detur. 63 recta via ego ibo in rus. 64 quoniam. 65 propter quem. 66 qui ex nostra tribu, seu parte ciuitatis, est. 67 recte. 68 tam bonorum ciuium, qualis hic est. 69 non facile malum aliquod orietur ex hoc homine in rempublicam.

Quam 70 gaudeo, vbi etiam huius generis reliquias
Reſtare video! vah, viuere etiam nunc lubet.
Opperiar 71 hominem heic, vt ſalutem, & conloquar.

70 quam vehementer gaudeo. 71 exſpectabo.

ACTVS III. SCENA V.

HEGIO, GETA, DEMEA, PAMPHILA.

H PRo dii immortales! facinus indignum, Geta,
Quid narras? G. Sic eſt factum. H. Ex illane familia.
Tam illiberale 1 facinus eſſe ortum? o Æſchine!
Pol haud paternum iſtuc dediſti 2. D. Videlicet
De pſaltria hac audiuit: id illi nunc dolet
Alieno 3; pater is nihili pendit 4: hei mihi!
Vtinam hic prope adeſſet alicubi, atque audiret haec.
H. Ni facient quae illos aequum 5 eſt, haud ſic auferent 6.
G. In te ſpes omnis, Hegio, nobis ſita eſt:
Te ſolum habemus: tu es patronus, tu parens:
Ille tibi moriens nos commendauit ſenex:
Si deſeris tu, periimus. H. Caue dixeris 7:
Nec faciam, neque me ſatis pie poſſe arbitror 8
D. Adi-

1 Inhoneſtum, turpe, indecorum. 2 non in eo imitatus es virtutem patris tui. 3 qui alienus eſt. 4 pater hoc nihil curat. 5 quae facere illos decet. 6 inultum. 7 noli hoc dicere. 8 neque arbitror me hoc fa-

D. Adibo, ſaluere Hegionem plurimum.
Iubeo. H. Oh! te quaerebam ipſum, ſalue, Demea.
D. Quid autem 9? H. Maior filius tuus Æſchinus,
Quem fratri adoptandum dediſti, neque boni
Neque liberalis 10 functus officium viri eſt.
D. Quid iſtuc 11? H. Noſtrum amicum noras Simulum, atque
Æqualem? D. 12 Quidni? H. Filiam eius virginem
Vitiauit. D. Hem! H. Mane 13, nondum audiſti, Demea,
Quod eſt grauiſſimum. D. An quid eſt etiam amplius?
H. Vero amplius 14: nam hoc quidem ferundum aliquo modo eſt:
Perſuaſit nox, amor, vinum, 15 adoleſcentia:
Humanum 16 eſt. vbi ſcit factum 17, ad matrem virginis
Venit ipſus vltro 18, lacrumans, orans, obſecrans,
Fidem dans, iurans, ſe illam ducturum domum 19.
Igno-

---

facere poſſe cum bona conſcientia. 9 eſt, quod mihi dices. 10 honeſti. Hanc conſtructionem, qua *fungor* iungitur cum caſu accuſandi, ſupra p. 311. iam obſeruauimus. 11 eſt. 12 cur eum non norim. 13 exſpecta, auſculta modo. 14 vtique adhuc amplius. 15 Naſo:

Nox & amor vinumque nihil moderabile ſuadent,
Illa pudore vacat: Liber amorque metu.

16 humanum peccatum fecit. 17 poſtquam ſcit, hoc factum eſſe. 18 ſponte ſua. 19 ſe velle illam ducere vxorem.

Ignotum 20 est, tacitum 21 est, creditum est. virgo ex eo
Compressu grauida facta est: mensis hic decimus est:
Ille bonus vir nobis psaltriam, si diis placet,
Parauit, quei cum viuat, illam deserit.
D. Pro certone tu istaec dicis? H. Mater virginis
In medio 22 est, ipsa virgo, res ipsa: hic Geta
Praeterea, vt captus est seruorum 23, non malus
Neque iners, alit illas, solus omnem familiam
Sustentat: hunc abduce 24, vinci: quaere rem 25.
G. Imo hercle extorque 26, nisi ita factum est, Demea.
Postremo non negabit, coram ipsum cedo 27.
D. Pudet: nec quid agam, neque quid huic respondeam,
Scio. P. Miseram me, differor 28 doloribus,
Iuno Lucina 29 fer opem, serua me obsecro. H. Hem!

Num

20 venia ei data est. 21 res fuit occultata. 22 ipsa adest 23 prout ingenia seruorum sunt. 24 *abduce* pro *abduc* flexione antiqua. 25 inquire in rem totam. 26 coniice me in torturam. 27 ecce ipsum Getam. 28 valde crucior. 29 Iuno, quia eam parturientes inuocabant, *Lucinia* dicta est. Quod nomen *Diana* quoque accepit, quum *Lucinia* item *Lucifera* diceretur. Cicero de N. D. II, 27. *Luna a lucendo nominata. Eadem est enim Lucina itaque vt apud Graecos Dianam, eamque Luciferam, sic apud nostros Iunonem Lucinam in pariendo invocant: quae eadem Diana omniuaga dicitur, non a venando, sed quod in septem numeratur tanquam vaganti-*

Numnam illa quaeſo parturit? G. Certe, Hegio.
H. Hem!
Illaec fidem nunc voſtram implorat, Demea.
Quod vos ius cogit, id voluntate impetret.
Haec primum vt fiant, deos quaeſo, vt vobis decet: 30
Sin aliter animus voſter eſt, ego, Demea,
Summa vi defendam hanc atq; illum mortuum.
Cognatus mihi erat: vna a pueris paruoli
Sumus educti 31; vna ſemper militiae 32 & domi
Fuimus: paupertatem vna pertulimus grauem.
Quapropter nitar 33, faciam, experiar, denique
Animam relinquam potius quam illas deſeram.
Quid mihi reſpondes? D. Fratrem conueniam 34, Hegio:
Is quod mihi de hac re dederit conſilium, id ſequar.
H. Sed, Demea, hoc tu facito cum animo cogites 35
Quam vos facillime agitis 36, quam eſtis maxume
Potentes, dites, fortunati, nobiles,

Tam

---

bus Diana dicta, quia noctu quaſi diem efficeret. Adhibetur autem ad partus, quod ii matureſcunt aut ſeptem nonnunquam, aut plerumque nouem lunae curſibus: qui quia menſa ſpatia conficiunt, menſes nominantur. 30 *Decet* iungitur caſui dandi more Graecorum, Gellius IX, 15. & *praefatur arrogantius & elatius quam aetati eius decebat.* 31 educati, *eduoere* pro *educare* ſaepe notauimus. 32 in militia, in bello. 33 allaborabo. 34 cum fratre loquar. 35 hoc tu expendere debes accurate. 36 quam facillime vos poſſitis haec agere.

37 *vvenn*

Tam maxume vos aequo animo aequa noſcere
Oportet, ſi vos vultis perhiberi probos 37.
D. Redito 38: fient, quae fieri aequum eſt, omnia.
H. Decet te facere: Geta, duc me intro ad Soſtratam.
D. Non me indicente 39 haec fiunt. vtinam hoc ſit modo
Defunctum 40. verum nimia illaec licentia
profecto euadet in aliquod magnum malum.
Ibo, requiram 41 fratrem, vt in eum haec euomam 42.

37 *wenn ihr wölt vor redliche Leute angeſehen ſeyn.* 38 redi ad me. 39 haec ego dudum praedixi. 40 *wenn es doch nur zum Ende gebracht wäre.* 41 quaeram. 42 hanc meam iracundiam.

ACTVS III. SCENA VI.

HEGIO.

H. BOno animo fac ſis, Soſtrata, & iſtam 1, quam 2 potes,
Fac conſolere: ego Mitionem, ſi apud 3 forum eſt,
Conueniam, atque vt res geſta eſt, narrabo ordine.
Si 4 eſt, vt facturus officium ſiet ſuum,
Faciat: ſin aliter de hac re eius ſententia eſt,
Reſpondeat mi, vt, quid agam. quam primum ſciam.

ACTVS

1 Pamphilam. 2 quantum. 3 *Apud* hoc loco eſt *in*. 4 ſi ille ita eſt comparatus.

ACTVS IV. SCENA I.

CTESIPHO, SYRVS.

C. AIn' 1 patrem hinc abiisse rus? *S.* Iam dudum 2. C. Dic sodes. *S.* Apud
Villam est: nunc eum maxume operis aliquid facere credo. C. Vtinam quidem,
Quod cum salute eius fiat, ita se defatigari velim 3
Vt triduo hoc perpetuo 4 e lecto prorsus nequeat surgere.
5 *S.* Ita fiat, & istoc si quid potis est rectius 5. C. Ita, nam hunc diem
Misere nimis perpetuum, vt coepi, cupio in laetitia degere 6:
Et illud rus 7 nulla alia caussa 8 tam male 9 odi, nisi quia prope est.
Quod si abesset longius,
Prius nox oppressisset 10 illic, quam huc reuorti posset 11 iterum.
10 Nunc vbi 12 me illic non videbit, iam huc recurret, sat 13 scio:
Rogitabit 14 me, vbi fuerim: quem ego hodie toto non vide die.

Quid

---

1 Tune dicis. 2 abiit. 3 velim, vt pater meus ita defatigetur laborando, modo id fiat sine damno sanitatis, 4 per totos hos tres dies. 5 & opto, vt aliquid adhuc rectius fiat, si potest fieri. 6 vehementer nimis cupio hunc diem laetum agere, quemadmodum coepi. 7 praedium. 8 ob nullam aliam caussam. 9 valde. 10 *hette ihn überfallen.* 11 pater meus. 12 si. 13 certo. 14 interrogabit.

15 vbi

Quid dicam? S. Nihilne in mentem 15? C. Nunquam quidquam 16. S. Tanto nequior 17.
Cliens, amicus, hospes nemo est vobis? S. Sunt 18: quid postea?
S. Hisce opera vt data 19 sit. C. Quae non data 20 sit? non potest fieri. S. Potest.
C. Interdiu 21, sed si heic pernocto, causſae quid dicam 22 Syre?
S. Vah, quam vellem etiam noctu amicis operam mos esset dari 23
Quin tu otiosus 24 es: ego illius sensum pulchre calleo 25,
Cum feruet maxume 26, tam placidum quam ouem reddo. C. Quo modo 27?
S. Laudarier te audit libenter, facio te apud illum deum 28:

Vir-

15 tibi venit. 16 plane nihil incidit mihi in mentem. 17 tanto miserior tu homo es. 18 sunt nobis omnino tales, habemus vtique tales. 19 dices ad patrem, te necesse habuisse, illis in aliqua re inseruire. 20 quomodo ego hoc dicam, cum a me nulla opera data sit amicis? 21 equidem hoc valeret, si interdiu heic manerem. 22 quid vero prætendam? 23 vehementer cuperem, quod etiam consuetudo esset inseruire amicis noctu. 24 tu vero animum habe tranquillum, & omitte curas omnes. 25 ego animum illius probe intelligo; *ich vweiß schon, vvo man ihn am rechten Orte angreiffen soll.* 26 cum maxime iratus est. 27 quomodo vero id facis? 28 ego te tam valde laudo, ac si deus esses. Est locutio prouerbialis hyperbolica, exinde orta, quia veteres eum, quem ob virtutes magni faciebant, *diuinum, Deum, diis genitum* dicebant.

29 tu-

Virtutes narro. C. Meas 29? S. Tuas. homini 30 illico lacrumae cadunt,
Quasi puero gaudio 31. hem tibi autem 32. C. Quidnam est? S. Lupus in fabula 33.
C. Pater adest. S. Ipsus est. C. Syre, quid agimus? S. Fuge modo intro: ego videro.
C. Si quid rogabit, nusquam tu me 34: audistine? S. Potin, vt desinas 35?

29 tune narras meas virtutes? 30 patri tuo. 31 prae gaudio. Vell. Paterc. II, 104, 5. *At vero militum conspectu eius elicitae gaudio lacrimae.* 32 caueas. 33 ipse pater adest, de quo iam loquebamur. *Lupus in fabula.* i. e. in sermone, qui fit de lupo, lupus ipse adparet. nam *fabula* & *sermo* sumuntur pro familiari colloquio. Plautus Stich. IV, 1, 71. *Atque eccam lupum in sermone.* Theocritus Idyll. XIV.

ἀ φθενγξῇ; λύκον εἶδες;
Non loqueris? lupum vidisti?

Hinc prouerbium *lupus in fabula* dicitur, quum supervenit is, de quo loquimur & nobis loquendi facultatem removet. adde Plin. VIII. 22. 34 tu dicito, te nusquam me vidisse. 35 cur vero fieri non potest, vt tu desinas loqui?

ACTVS IV. SCENA II.

DEMEA, CTESIPHO, SYRVS.

D. NÆ ego homo sum infelix! primum, fratrem nusquam inuenio gentium?
Praeterea autem, dum illum quaero, a villa mercenarium 1

Vidi:

1 Mercenarium. *Taglöhner*, venientem a villa.

2 omni

Vidi: is filium negat esse rure: nec, quid agam, scio.

C. Syre. *S.* Quid ais? C. Mene quaerit? *S.* Verum 2.
C. Perii. *S.* Quin tu animo bono es.

D. Quid hoc malum infelicitatis: nequeo satis 5
decernere 3.
Nisi me credo huic esse natum rei 4, ferundis miseriis 5.
Primus sentio mala nostra: primus resciscо omnia:
Primus porro obnuncio 6. aegre solus, si quid sit, fero.

S. Rideo hunc: primum ait se scire: is solus nescit omnia.

D. Nunc redeo: si forte frater redierit, viso 7. C. 10
Syre,
Obsecro, vide, ne ille huc prorsus se irruat 8. *S.*
Etiam taces 9?
Ego cauebo. C. Nunquam hercle hodie ego istuc
10 committam tibi.
Nam me iam in cellam aliquam cum illa concludam: id tutissimum est.

S. Age 11, tamen ego hunc 12 amouebo. D. Sed eccum sceleratum Syrum.

S *S.* Non

2 omnino. 3 intelligere. 4 ad hanc rem. 5 scilicet vt miserias feram. 6 indico. 7 videbo. 8 ne nos obruat & celeriter interueniat. 9 cur vero non taces? 10 hanc rem & meam salutem. 11 facias quidquid lubet. 12 patrem tuum.

13 ma-

S Non hercle heic quidem durare quisquam, ſi ſic fit, poteſt.
Scire equidem volo, quot mihi ſint domini; quae haec eſt miſeria? D. Quid
Ille gannit? quid volt? quid ais bone vir? hem, eſt frater domi?
S. Quid, malum, bone vir mihi narras? equidem perii! D. Quid tibi eſt?
S. Rogitas? Cteſipho me pugnis miſerum & iſtam pſaltriam
Usque occidit. D. Hem, quid narras? S. Hem, vide vt diſcidit labrum,
D. Quamobrem? S. Me impulſore hanc emtam eſſe ait. D. Non tu eum rus hinc modo
Produx aiebas? S. Factum: verum poſt venit inſaniens:
Nil pepercit: non puduiſſe verberare hominem ſenem,
Quem ego modo puerum tantillum in manibus geſtaui meis?
D. Laudo, Cteſipho: patriſſas. abi, virum te iudico.

S. Lau-

---

manere. *wenn es ſo zugehet.* conqueritur gannitu; qua voce taedium & contemtus ſignificatur. *Gannire* vulpium & canum eſt. cur vero interrogas? propemodum, fere. *wie er mir das Maul zerriſſen hat* me ſuaſore, dum ego dedi conſilium. pſaltriam. produxiſſe. cum adhuc parvulus eſſet. in hac re tu imitaris patrem. *Patriſſo* eſt imitor patris mores. Plautus Pſeud. I, 5, 27. *Id tu miraris, ſi patriſſat filius?*

S. Laudas? nae ille continebit posthac, si sapiet, manus.
D. Fortiter 24. S. Perquam 25, quia miseram mulierem & me seruolum,
Qui referire 26 non audebam, vicit: hui, perfortiter!
D. Non potuit melius: idem quod ego, sensit 27, te esse huic rei caput 28.
Sed estne frater intus? S. Non est. D. Ubi illum 30 quaeram, cogito.
S. Scio vbi sit, verum hodie nunquam monstrabo.
D. Hem, quid ais? S. Ita.
D. Diminuetur tibi quidem iam cerebrum. S. At nomen nescio
Illius hominis 29, sed locum noui vbi sit. D. Dic ergo locum.
S. Nostin' porticum apud macellum 30 hanc 31 deorsum? D. Quid ni nouerim?
S. Praeterito hac recta platea 32 sursum: vbi eo 35 veneris,
Cliuus deorsum vorsus 33 est, hac praecipitato 34: postea

filius? Mostell. III. 1,108. *euge, Philolaches patrissat.* 24 ille fecit. 25 egregiam fortitudinem demonstrauit. 26 *wiederschlagen.* 27 ille idem sensit, quod ego sensi, eandem habuit sententiam, quam ego semper habui. 28 te esse auctorem totius rei. 29 apud quem frater est. 30 *Fleisch-Bancke.* 31 hanc porticum. 32 *die Gasse langst hinauf.* 33 *da gehet ein Hügel abwerts.* 34 per hunc cliuum ito deorsum. 35 *ein*

Eſt ad hanc manum ſacellum: ibi angiportum 35 propter eſt.
D. Quoniam 36? S. Illic, vbi etiam caprificus 37 magna eſt. D. Noui. S. hac pergito.
D. Id quidem angiportum non eſt peruium. S. Verum 38 hercle. vah,
Cenſen hominem me eſſe? erraui in porticum rurſum redi.
Sane hoc multo propius 39 ibis, & minor eſt erratio 40.
Scin' Cratini huius ditis 41 aedes? D. Scio. S. Ubi eas praeterieris,
At ſiniſtram hac recta platea 42; vbi ad Dinanæ 43 veneris,
Ito ad dextram: prius, quam ad portam venias, apud ipſum lacum
Eſt piſtrilla 44, & ex aduorſum 45 eſt fabrica 46, ibi eſt 47. D. Quid ibi facit?
S. Lectulos in Sole ilignis pedibus faciundos dedit 48.

D. Vbi

35 *In ein enges Gasgen.* 36 quonam porro ibo? 37 *ein wilder Feigen-Baum.* 38 vtique, recte dicis. 39 *viel näher.* 40 non ita facile errabis. 41 diuitis, locupletis. 42 ito. 43 templum. Sic Cicero ſaepius dicit: *Ad Opis, ad Pollucis, ad Caſtoris.* 44 *eine kleine Mühle*, vox quae alias non occurrit. 45 *gerade gegen über.* 46 *ein Zimmerhoff.* 47 frater. 48 dedit lectulos (*Tiſch und Bäncke*) faciendos cum pedibus quercinis, *mit eichenen Füſſen*, quibus vtatur in Sole ad prandium. *Ilignеus* & *ilignus* ducitur ab *ilice, Eichen-Baum.* Apud Colum. VI, 3. eſt *frons ilignea.*

49 cur

D. Ubi potetis vos? bene ſane. ſed ceſſo 49 ad eum pergere?

S. I ſane: ego te exercebo hodie, vt dignus es, ſilicernium 50

Æſchinus otioſe ceſſat 51: prandium corrumpitur:

Cteſipho autem in amore eſt totus. ego iam proſpiciam mihi:

Nam iam adibo, atque vnumquodque, quod quidem erit belliſſimum 52,

Carpam 53, & cyathos ſorbillans 54 paulatim hunc producam diem.

49 cur ceſſo. 50 *du alter Grau-Bart. Silicernium* eſt coena, quae ab exſequiis celebrabatur circa ſilicem. Origo vocis huius ſententiis auctorum admodum vexata eſt. Deinde vſurpatur pro eo, qui dignus eſt, poſt cuius exſequias haec coena paretur. 51 otio ſuo fruitur. 52 delicatiſſimum. 53 decerpam, capiam. 54 & dum aliquot pocula exſorbillabo, *ausſchlürffen*.

ACTVS IV. SCENA III.

MITIO, HEGIO.

M. EGo in hac re nihil reperio, quam ob rem lauder tantopere, Hegio,

Meum officium facio: quod peccatum 1 a nobis ortum eſt, corrigo.

Niſi 2 ſi in illo me credidiſti eſſe hominum numero, qui ita putant

Sibi fieri iniuriam, vltro ſi quam fecere ipſi, expoſtulant 3,

1 Si quid a nobis peccatur. 2 niſi forte, 3 ſi quando vero

Et vltro accuſant. Id quia non eſt a me factum, agis gratias?
H. Ah, minime: nunquam te aliter, atque es, in animum induxi meum 4.
Sed quaeſo, vt vna mecum ad matrem virginis eas, Mitio,
Atque iſtaec eadem, quae mihi dixti 5, tute 6 dicas mulieri:
Suſpicionem hanc propter fratrem eius eſſe & 7 illam pſaltriam.
M. Si ita aequum cenſes, aut ſi ita opus eſt facto 8, eamus. H. Bene facis:
Nam & illi animum iam releuabis 9, quae dolore ac miſeria
Tabeſcit 10; & tu officio 11 fueris functus: ſed ſi aliter putas,
Egomet narrabo quae mihi dixti. M. Ego ibo, H. Bene facies:
Omnes, quibus res ſunt minus ſecundae 12, magis ſunt neſcio quo modo
Suſpicioſi: ad contumeliam omnia accipiunt magis 13:

Pro-

vero ipſi iniuriam fecerunt, vltro expoſtulant & rixantur. 4 nunquam putaui, te aliter eſſe, quam reuera es. 5 dixiſti. 6 tu ipſe. 7 & propter. 8 ſi neceſſe eſt ita fieri. 9 refocillabis, recreabis. 10 quae propter dolorem ac miſeriam corrumpitur. 11 tuo. 12 qui infelices ſunt. 13 illi omnia magis, *ſie nehmen alles gar zu leichtlich vor einen Schimpff auff.*

14 &

Propter ſuam impotentiam ſe ſemper credunt negligi 14.
Quapropter te ipſum purgare 15 ipſis coram 16, placabilius 17 eſt.
M. Et recte, & verum dicis. H. Sequere me ergo huc intro. M. Maxume 18

14 & illi ſemper credunt, ſe negligi ab aliis, quia ſint impotentes ac pauperes. 15 vt te excuſes. 16 apud ipſos. 17 multum faciet ad placandos ipſorum animos. 18 omnino ego te ſequar.

ACTVS IV. SCENA IV.

ÆSCHINVS.

Æ. DIſcrucior animi 1; hoccine de improuiſo mali mihi obiici
Tantum 2, vt neque quid de me faciam, neque quid agam, certum ſiet 3?
Membra metu debilia ſunt: animus timore obſtupuit: pectore 4
Conſiſtere nihil conſili quicquam poteſt. Vah! quo modo
Me ex hac turba 5 expediam 6? tanta nunc ſuſpicio de me incidit,
Neque ea immerito. Soſtrata credit, mihi me 7 emiſſe hanc pſaltriam:
Anus 8 indicium id fecit mihi.

1 *Animi* eſt pro *animo* per enallagen caſuum. 2 cur vero tam ingens malum obiicitur nunc mihi de improuiſo. 3 decernere poſſim. 4 in pectore. 5 confuſione, calamitate, miſeria, 6 liberabo. 7 me emiſſe mihi. 8 Canthara.

9 anus

Nam vt hinc forte ea 9 ad obſtetricem miſſa erat, vbi 10 eam vidi, illico
Accedo, rogito 11, Pamphila quid agat, iam 12 partus adſiet:
Eo 13 ne obſtetricem accerſat. illa exclamat, abi, abi iam Æſchine.
Satis diu dediſti verba 14, ſat adhuc tua nos fruſtrata 15 eſt fides.
Hem, quid iſtuc obſecro, inquam, eſt? Valeas 16, habeas illam, quae placet.
Senſi illico, id illas ſuſpicari: ſed me repreſſi 17 tamen,
Ne quid de fratre garrulae 18 illi dicerem, ac 19 fieret palam.
Nunc quid faciam? dicamne fratris 20 eſſe hanc? quod minime eſt opus
Usquam efferri 21. age, mitto: fieri potis 22 eſt, vti nequa exeat 23.
Ipſum id metuo, vti 24 credant: tot concurrunt veriſimilia.
Egomet rapui 25: ipſe egomet ſolui argentum: ad me abducta eſt domum.

Haec

9 anus illa. 10 poſtquam vidi illam. 11 interrogo eam. 12 an partus iam adſit. 13 an ipſa ideo accerſat. 14 ſatis diu fefelliſti nos. 15 decepit. 16 abi hinc a nobis 17 cohibui, continui. 18 huic anui garrulae. 19 ac tota res patefieret. 20 amicam. 21 propalari, dici, indicari. 22 poteſt. 23 vt haec res non patefiat. 24 vt 25 illam.

26 per

Haec adeo mea 26 culpa fateor fieri, non 27 me hanc rem patri, vt vt
Erat gesta, indicasse; exorassem, vt eam ducerem domum.
Cessatum est vsque adhuc: nunc porro, Æschine, expergiscere 28
Nunc hoc primum est; ad illas ibo, vt purgem 29 me. accedam ad fores.
Perii, horresco 30 semper, vbi fores pultare 31 hasce occipio 32 miser.
Heus, heus, Æschinus ego sum, aperite aliquis actutum 33 ostium.
Prodit nescio quis: concedam huc.

26 per meam culpam. 27 quod ego patri non indicaui, 28 cape nunc amicum, rem age serio. 29 excusem. 30 *die Haut schauret mir.* 31 pulsare. 32 incipio. 33 celeriter.

ACTVS IV. SCENA V.

MITIO, ÆSCHINVS.

M. ITa, vti dixti, Sostrata,
Facite: Ego Æschinum conueniam, vt, quo modo acta haec sunt, sciat,
Sed quis ostium hoc pultauit 1? Æ. Pater hercle est, perii. M. Æschine.
Æ. Quid huic hic negotii 2 est? M. Tune has pepulisti fores? tacet.
Cur hunc aliquantisper non ludo 3? melius est?

1 Pulsauit, *was hat er doch hier zu thun?* 3 vexo, exagito, *schrauben.*

4 ego

Quandoquidem hoc nunquam mihi ipſe voluit credere.
Nil mihi reſpondes? Æ. Non equidem iſtas 4, quod 5 ſciam.
M. Itane? nam mirabar quid heic negotî eſſet tibi.
Erubuit 6: ſalua res 7 eſt. Æ. Dic ſodes, pater,
Tibi vero quid iſtic eſt rei? M. Nihil mihi quidem 8.
Amicus quidam me a foro abduxit modo 9
Huc aduocatum ſibi. Æ. Quid? M. Ego dicam tibi
Habitant heic quaedam mulieres pauperculæ:
Opinor eas non noſſe te, & certe ſcio:
Neque enim diu huc commigrarunt. Æ. Quid tum poſtea?
M. Virgo eſt cum matre. Æ. Perge. M. Haec virgo orba eſt patre:
Hic meus amicus illi genere eſt proxumus 11:
Huic leges cogunt nubere 12 hanc. Æ. Perii. M. Quid eſt?
Æ. Nil: recte: perge. M. Is venit, vt ſecum auehat 13;
Nam habitat Mileti. Æ. Hem, virginem vt ſecum auehat? M. Sic

4 ego non pulſaui iſtas fores. 5 quantum memini. 6 *er iſt ſchamroth worden.* 7 hoc indicium eſt animi boni ac probi. 8 eſt rei. 9 iam modo. 10 vt ipſius eſſem aduocatus. 11 proxima cognatione coniunctus. 12 leges cogunt hanc virginem nubere huic cognato. 13 illam.

14 an-

M. Sic eſt. Æ. Miletum vsque obſecro? M. Ita. Æ. Animo male 14 eſt.
Quid ipſi 15? quid aiunt? M. Quid illas cenſes 16? nihil enim 17:
Commenta 18 mater eſt, eſſe ex alio viro,
Neſcio quo, puerum natum, neq; eum nominat:
Priorem eſſe illum 19, non oportere huic 20 dari.
Æ. Eho, nonne haec iuſta tibi videntur poſtea?
M. Non, Æ. Obſecro non? an illam hinc abducet, pater?
M. Quidni illam abducat? Æ. Factum a vobis duriter,
Immiſericorditerque, atque etiam, ſi eſt, pater,
Dicendum magis aperte, inliberaliter 21.
M. Quam ob rem? Æ. Rogas me? quid illi tandem creditis
Fore animi miſero 22, qui illi conſueuit prius 23,
(Qui infelix, haud ſcio, an illam miſere 24 nunc amat)
Cum hanc ſibi videbit praeſens praeſenti eripi 25,
Abduci ab oculis? facinus indignum, pater!
M. Qua ratione iſtuc? quis deſpondit? quis dedit?

14 angor animo, *mir wird faſt angſt.* 15 faciunt. 16 dicturas aut facturas eſſe. 17 equidem, plane nihil. 18 mater finxit, dixit. 19 *iener gienge vor.* 20 fas non eſſe, vt virgo huic detur. 21 inhoneſte. 22 in quantis anguſtiis animi putas fore hunc hominem miſerum. 23 qui prior conſuetudinem cum illa habuit. 24 vehementer. 25 cum præſens videbit, hanc eripi ſibi præſenti. 26 quando

Cui quando nupſit 26? auctor his rebus quis 27 eſt?
Cur duxit alienam? Æ. An ſedere oportuit
Domi virginem tam grandem, dum cognatus hinc
Illinc veniret exſpectantem 28? haec, mi pater,
Te dicere aequum fuit 29, & id defendere.
M. Ridicule, aduorſumne illum cauſſam dicerem,
Cui veneram aduocatus 30? Sed quid, Æſchine,
Noſtra 31? aut quid nobis 32 cum illis? abeamus. Quid eſt?
Quid lacrumas? Æ. Pater, obſecro, auſculta. M. Æſchine, audiui omnia,
Et ſcio: nam amo te: quo magis 33, quae agis, curae ſunt mihi.
Æ. Ita velim me promerentem 34 ames, dum vivas, mi pater,
Vt me hoc delictum admiſiſſe in me id mihi vehementer dolet 35,
Et me tui pudet 36. M. Credo hercle: nam ingenium noui tuum
Liberale 37: ſed vereor ne indiligens 38 nimium ſies. In

26 quando vero ea nupſit huic? 27 quis hoc ſuaſit. 28 an illa exſpectaret, vsque dum cognatus hinc illinc veniret? 29 tu dicere debuiſſes. 30 cum ego venerim, vt eius aduocatus eſſem. 31 haec ad nos attinet. 32 rei eſt, aut negotii. 33 omnia illa. 34 ſi promerebor. 35 vt mihi vehementer dolet, quod ego contra te peccaui. 36 non audeo prodire in conſpectum tuum. 37 honeſtum, *ehrlich*, animum bonum. 38 negligens.

39 cum

In qua ciuitate tandem te arbitrare viuere?
Virginem vitiasti, quam te ius non fuerat tange-
re 39,
Iam id peccatum primum, magnum, magnum, at 55
humanum tamen:
Fecere alii saepe, item boni. at postquam euenit
40, cedo 41,
Nunquid circumspexti 42? aut nunquid tute pro-
spexti 43 tibi,
Quid fieret? qua fieret 44? si te ipsum mihi pu-
duit dicere 45,
Qua resciscerem 46? haec dum dubitas, menses
abierunt decem.
Perdidisti te, & illam miseram, & gnatum, quod 4760
quidem in te fuit.
Quid? credebas, dormienti haec tibi confecturos
deos 48?
Et sine tua opera illam in cubiculum iri dedu-
ctum domum?
Nolim ceterarum rerum te socordem eodem
modo 49.

39 cum tamen nec imo ius habueris illam tangendi. 40 factum est. 41 dic mihi quaeso. 42 num etiam prudenter circumspexisti? 43 tu ipse tibi prospexisti. 44 qua ratione fieri posset. 45 si vero ex pudore ipse mihi noluisti rem dicere. 46 vt ego id per alios resciscerem. 47 quantum. 48 an tu putabas, deos tibi confecturos esse hanc rem in somno? 49 nollem sane, vt in aliis rebus tuis tam socors ac negligens esses, quam in hac re fuisti.

50 tu

Bono animo es, duces vxorem hanc. Æ. Hem? M. Bono animo es, inquam. Æ. Pater,
Obsecro num ludis 50 tu nunc me? M. Ego 51 te? quamobrem? Æ. Nescio.
Nisi, quia tam misere 52 hoc esse cupio verum, eo vereor magis 53.
M. Abi domum, ac deos comprecare, vt vxorem accersas: abi.
Æ. Quid? iamne vxorem? M. Iam. Æ. Iam? M. Iam quantum 54 potest. Æ. Di me, pater,
Omnes oderunt, ni magis te quam oculos nunc amo meos.
M. Quid? quam illam 55? Æ. Æque. M. Perbenigne. Æ. Quid? ille vbi est Milesius?
M. Abiit, periit, nauem ascendit; sed cur cessas? Æ. Abi, pater:
Tu potius deos comprecare: nam tibi eos certe scio,
Quo vir melior multo es quam ego sum, obtemperaturos magis.
M. Ego eo intro, vt, quae opus sunt, parentur 56: fac tu, vt dixi, si sapis.
Æ. Quid hoc negoti? hoc est patrem esse, aut hoc est filium esse?

Si

50 tu illudis, 51 ludam. 52 vehementer. 53 in eo maiori metu versor, vt sit verum id, quod dicis aut promittis. 45 fieri. 55 tunc vero illam etiam amas? 56 *angeschaffet werde*, praeparentur.

57 quo-

Si frater aut ſodalis eſſet, quei magis mortem gereret 57?
Hic non amandus 58? hiccine non geſtandus in finu eſt? heu!
Itaque adeo magnam mi iniecit ſua commoditate 59 curam,
Ne forte imprudens faciam, quod nolit: ſciens cauebo,
Sed ceſſo ire intro, ne morae meis nuptiis egomet ſim 60?

57 quomodo magis mihi poſſet obſequi, quam pater meus facit. 58 annon me ideo oportet amare patrem tam benignum? 59 facilitate, bonitate. 60 ne egomet ipſe ponam moras meis nuptiis.

ACTVS IV. SCENA VI.

DEMEA.

D. DEfeſſus ſum ambulando. vt Syre, te cum tua
Monſtratione magnus perdat Iupiter.
Perreptaui 1 vsque omne 2 oppidum ad portam, ad lacum,
Quo non 3? neque fabrica vlla erat, neque fratrem homo
Vidiſſe aiebat quisquam. Nunc vero domi
Certum 4 obſidere 5 eſt vsque, donec 6 redierit.

1 Percurri. 2 totum fere oppidum. 3 & quorſum non cucurri? 4 decreui. 5 manere, *ſitzen zu bleiben*, in eius domo exſpectare. 6 frater.

ACTVS IV. SCENA VII.

MITIO, DEMEA.

M. IBo, illis dicam, nullam eſſe in nobis moram.
D. Sed eccum ipſum. te iam dudum quæro, Mitio.
M. Quid-

M. Quidnam 1? D. Fero 2 alia flagitia ad te ingentia
Boni 3 illius adoleſcentis. M. Ecce autem. D. Nova 4.
Capitalia 5. M. Ohe iam. D. Ah neſcis qui vir 6 ſiet, M. Scio.
D. O ſtulte! tu de pſaltria me ſomnias 7
Agere, hoc peccatum in 8 virginem eſt ciuem. M. Scio.
D. Ohe, ſcis & patere 9? M. Quidni patiar? D. Dic mihi,
Non clamas? non inſanis? M. Non: malim quidem 10.
D. Puer natus eſt. M. Dii bene vortant. D. Virgo nihil habet,
M. Audiui. D. Et ducenda indotata 11 eſt? M. Scilicet.
D. Quid nunc futurum eſt? M. Id enim 12, quod res ipſa fert 13:
Illinc huc transferetur virgo. D. O Iupiter!
Iſtoccine pacto oportet 14? M. Quid faciam amplius?
D. Quid facias? ſi non ipſa re tibi dolet,

Si-

1 Quamobrem quaerebas me? 2 narrabo. 3 ſcilicet: ironice. 4 noua flagitia. 5 ingentia, quae vitam & famam concernunt. 6 quam malus homo. 7 putas. 8 erga, contra, 9 & tu id potes pati? 10 optarem quidem, id non accidiſſe. 11 quae dotem nullam habet, quae pauper eſt. 12 id omnino fiet. 13 ſecum. 14 te facere.

15 ſi

Simulare certe eſt hominis 15. M. Quin 16 iam virginem
Deſpondi: res compoſita eſt: fiunt nuptiae:
Demſi 17 metum omnem haec magis ſunt hominis 18. D. Caeterum
Placet tibi factum, Mitio? M. Non 19, ſi queam
Mutare: nunc, cum non queo 20, aequo animo fero.
Ita vita eſt 21 hominum, quaſi cum 22 ludas teſſeris;
Si illud quod maxume opus eſt iacto 23 non cadit,
Illud, quod cecidit forte, id arte 24 vt corrigas.
C. Corrector 25! nempe tua arte viginti minae
Pro pſaltria periere: quae, quantum poteſt,
Aliquo abiicienda 26 eſt; ſi non pretio, vel gratis.
M. Neque 27 eſt, neq; illam ſane ſtudeo vendere.
D. Quid igitur facies? M. Domi erit. D. Pro! divûm fidem,
Meretrix, & mater familias vna 28 in domo?

Cur

15 ſi non ex animo tibi dolet, tamen ſaltim ſimulare debebas, & hoc te decuiſſet, tanquam hominem, qui malefacta aeque debet ferre. 16 imo. 17 eripui. 18 haec magis decent hominem. 19 placet mihi. 20 factum hoc mutare. 21 comparata. 22 cum teſſeris. 23 *was man vornehmlich hat werffen wollen, oder, was hat fallen ſollen.* 24 per artem, aſtutiam. 25 ironia, hui quam egregius tu es corrector! 26 in aliquem locum alium eiicienda eſt; & ſi illa vendi non poteſt, vel imo gratis debet eiici. 27 illa abiicienda. 28 ſimul erit in tua domo.

29 an

Cur non? D. Sanum 29 te credis esse? M. Equidem arbitror.
D. Ita me dii ament, vt video ego tuam ineptiam,
Facturum credo, vt habeas queicum cantites.
M. Cur non? D. Et noua nupta eadem hæc discet: M. Scilicet.
D. Tu inter eas restim ductans saltabis 30. M. Probe. D. Probe?
M. Et tu nobiscum vna 31, si opus sit. D. Heu mihi!
Non te haec pudent? M. Iam vero omitte, Demea,
Tuam istanc iracundiam atque ita, vt decet,
Hilarum ac lubentem fac te gnati 32 in nuptiis.
Ego hos conueniam, post huc redeo D. O Iupiter!
Hancine vitam 33? hoscine mores? hanc dementiam?
Vxor sine dote veniet: intus psaltria est:
Domus sumtuosa 34: adolescens luxu perditus:
Senex delirans: ipsa, si cupiat, Salus 35
Seruare prorsus non potest hanc familiam.

ACTVS

29 an tu sanam habes rationem? 30 tu saltabis inter eas, & restim duces, *du solst voran tantzen und den Reyhen führen.* 31 simul saltabis. 32 in filii nuptiis. 33 quis ferat hanc vitam? 34 in qua magni fient sumtus. 35 Dea. *Salus* Dea praeses fuit sanitatis Romanis & bonae valetudinis seruatrix. *Saluti* templum Samnitico bello Iunius Bubulcus consul vouit, idemque censor locauit, dictator dedicauit. conf. Liuium lib IX. cap. XLIII. & lib. X. cap. I. Reines. classe I. num. CXIV. haec inscriptio exstat:

ACTVS V. SCENA I.

SYRVS, DEMEA.

S. Æ Depol, Syriſce 1, te curaſti molliter,
Lauteque munus adminiſtraſti tuum 2.
Abi. ſed poſtquam intus ſum omnium rerum ſatur,
Prodeambulare 3 huc libitum 4 eſt. D. Illud ſis vide
Exemplum diſciplinae 5. S. Ecce autem heic adeſt
Senex noſter. Quid fit? quid 6 tu es triſtis? D. Oh ſcelus 7!
S. Ohe, iam tu verba fundes heic, ſapientia 8?
D. Tune? ſi meus eſſes 9. S. Dis 10 quidem eſſes, Demea,
Ac tuam rem conſtabiliſſes 11. D. Exemplum omnibus

Cura-

ÆSCVLAPIO EPIDAVRIO
D. P. P.
ET SALVTI.

An haec eadem ſit quae *Hygiea* ſiue *Hygia* graece dicitur, incertum eſt. Plus Romani petierunt a Salute, quam ab Hygeia Graecorum, hoc eſt praeter valetudinem firmam, etiam florentem rerum ſuarum ſtatum. vid. Ch. Cellarii Diſſertat. Academic. cura VValchii I. Part. Diſſert. XII.

1 Vox diminutiua blandientis. 2 & officium tuum delicate egiſti, probe potaſti. 3 *heraus zu ſpatzieren.* 4 placuit. 5 Iam heic aliquis videat exemplum egregiae diſciplinae. 6 cur vero. 7 ſceleſte, nequam. 8 tu nunc loqueris, qui totus es ſapiens. 9 ſeruus. 10 diues. 11 ac tuam rem familiarem egregie ſtabilires.

12 an

Curarem vt eſſes. S. Quamobrem? quid feci? D. Rogas 12?
In ipſa turba, atque in peccato maximo,
Quod vix ſedatum 13 ſatis eſt, potaſti, ſcelus 14,
Quaſi re bene geſta 15. S. Sane nollem huc exitum 16.

12 an adhuc interrogas? 13 compoſitum. 14 o ſceleſte! 15 quaſi rem veſtram bene egiſſetis. 16 ſane nunc optarem, me non exiiſſe.

ACTVS V. SCENA II.

DROMO, SYRVS, DEMEA.

DR HEus Syre, rogat te Cteſipho, vt redeas. S. Abi.
De. Quid Cteſiphonem hic narrat? S. Nihil. De. Eho carnufex,
Eſt Cteſipho intus? S. Non 1 eſt. De. Cur hic 2 nominat 3?
S. Eſt alius quidam paraſitaſter 4 paruolus,
Noſtin'? De. Iam ſcibo 5. S. Quid agis? quo abis? De. 6 Mitte me.
S. Noli 7 inquam. De. Non manum abſtines, maſtigia 8?
An tibi iam mauis cerebrum diſpergam 9 heic? Abit.
Ædepol commeſſatorem 10 haud ſane commodum 11,

Prae-

1 Intus. 2 Dromo ſeruus. 3 Cteſiphonem. 4 paraſitus *ein kleiner Teller-Lecker*. 5 ſciam, videbo. 6 omitte. 7 abire. 8 homo nequam, qui dignus es verberibus. 9 vt diſpergam. 10 *Zech-Bruder, Sauff-College*. 11 ſane pater

Praeſertim Cteſiphoni: quid ego nunc agam?
Niſi, dum hae ſileſcunt 12 turbae, interea in an-10
gulum
Aliquo abeam, atque edormiſcam hoc villi 13: ſic
agam.

pater haud commodus, inopportunus, erit commeſſator. 12 componuntur, tranquillantur. 13 hoc vinulum, quod bibi.

ACTVS V. SCENA III.
MITIO, DEMEA.

M. PArata nobis ſunt 1, vt dixi, Soſtrata,
Ubi 2 vis. quisnam a me 3 pepulit tam gra-
viter fores?
D. Hei mihi, quid faciam? quid agam? quid cla-
mem? aut quaerar?
O cœlum! o terra! o maria Neptuni 4! M. Hem
tibi,
Reſciuit omnem rem, id 5 nunc clamat: illicet 6, 5
Paratae 7 lites: ſuccurrendum eſt. D. Eccum adeſt
Communis corruptela noſtrûm liberûm.
M. Tan-

1 Omnia, quae pertinent ad celebrandas nuptias. 2 quando vis, vt nuptiae fiant. 3 ex domo mea exiens. 4 his partibus tribus ſummam rerum & vniuerſitatem ſignificabant. Sic Cicero lib. I. de leg. *Idemque cum coelum terras maria rerum omnium naturam perſpexerit. Neptunus* praeerat maritimis expeditionibus & colebatur Deus marium, prout quoque *pelagi Deus* item *omni potens aequoris* dicitur. 5 propter id. 6 ire licet. tibi ſunt.

M. Tandem reprime iracundiam, atq; ad te redi.8
D. Repressi, redii. mitto maledicta omnia:
Rem ipsam putemus 9: dictum hoc inter nos fuit,
Ex te adeo est ortum, ne tu curares meum 10,
Neue ego tuum 11: responde. M. Factum est, non nego.
D. Cur nunc apud te potat? cur recipis meum 12?
Cur emis amicam, Mitio? numquid minus
Mihi idem ius æquum est esse, quam mecum 13 est tibi?
Quando ego tuum 14 non curo, ne cura meum.
M. Non aequum dicis, non: nam vetus verbum 15 hoc quidem est
Communia esse amicorum inter se omnia.
D. Facete 16! nunc demum istaec nata oratio 17 est.
M. Auscultа paueis, nisi molestum est, Demea.
Principio, si id te mordet 18, sumtum filii
Quem faciunt 19: quaeso facito hoc tecum cogites 20:

Tu

8 Horat. lib. I. Epist. 2. v. 60.

qui non moderabitur irae,
Infectum vult esse, dolor quod suaserit & mens
Dum poenas odio per vim festinat in vlto.

9 expendamus. 10 meum filium. 11 filium. 12 filium. 13 an vero id minus aequum est, vt ego idem ius erga te habeam, quam tu erga me? 14 filium. 15 prouerbium. 16 hoc dictum est. 17 prouerbium. 18 *wenn dich das verdreußt.* 19 si sumtus illi, quos filii faciunt, mordent 20 hoc tecum cogitas.

21 *nach*

Tu illos tuos olim pro re 21 tollebas 22 tua,
Quod satis putabas bona tua ambobus fore 23.
Et me tum vxorem credidisti scilicet
Ducturum. eandem illam rationem antiquam
obtine 24:
Conserua,quaere,parce, fac 25 quam plurimum
Illis relinquas, gloriam tu istam obtine:
Mea,quae praeter spem venere,vtantur sine 26.
De summa nihil decedet 27: quod hinc accesserit,
Id de lucro putato esse. omnia si haec voles
In animo vere cogitare,Demea,
Et mihi, & tibi, & illis demseris 28 molestiam.
D.Mitto rem: consuetudinem ipsorum 29.M.Mane 30:
Scio: istuc ibam 31. multa in homine, Demea,
Signa insunt,ex quibus coniectura facile sit,
Duo cum idem faciunt,saepe vt possis dicere,
Hoc licet impune facere huic,illi non licet:
Non quod 32 dissimilis res sit,sed quod 33,qui facit:
Quae ego esse in illis video 34:vt confidam fore ita

Ut

21 *nach deinem Vermögen, so gut als es dein Vermögen gestatten wolte.* 22 educabas. 23 quoniam putabas,tua bona sufficere posse ambobus filiis. 24 hunc antiquum morem tuum etiam nunc conserua. 25 fac,vt. 26 iam vero permitte,vt filii tui vtantur meis bonis,quae mihi acciderunt praeter spem. 27 *es gehet doch dadurch von dem Capital nichts ab.* 28 adimes,eripies. 29 taxo, non possum laudare. 30 expecta. 31 istud iam volebam dicere. 32 ideo,quod. 33 sed quoniam ille,qui facit,dissimilis est ab altero. 34 haec signa etiam in illis fratribus ego video.

35 quem-

Vt volumus 35. video ſapere 36, intelligere, in loco
Vereri, inter ſe amare. ſcire eſt liberum
Ingenium atque animum 37: quouis illos tu die
Reducas 38. At enim metuas, ne ab re 39 ſint tamen
Omiſſiores paulo. o noſter Demea!
Ad omnia alia aetate ſapimus rectius 40:
Solum vnum hoc vitium adfert ſenectus hominibus,
Attentiores 41 ſumus ad rem omnes, quam ſat 42 eſt:
Quod illos ſat ætas acuet 43. D. Ne nimium modo
Bonae tuae iſtae nos rationes 44, Mitio,
Et tuus iſte animus aequus ſuburtat 45. M. Tace,
Non fiet, mitte iam iſtaec: da te hodie 46 mihi:
Exporrige 47 frontem. D. Scilicet, ita tempus fert,
Faciundum eſt: caeterum rus cras cum filio
Cum prima 48 luce ibo hinc. M. Imo de nocte 49 cenſeo:

Ho-

35 quemadmodum volumus vt illi ſint. 36 eos. 37 ingenium honeſtum ac liberum decet hoc ſcire. 38 ad rectam viam. 39 ne tamen negligentiores ſint in re familiari. 40 in ſenectute ſemper ſapientiores ſumus. 41 magis auari. 42 par eſt, aut fas. 43 ſenectus illos id docebit ſatis. 44 haec tua bona conſilia. 45 perdat. 46 *thue mir nur heute den Gefallen.* 47 id eſt, praebe te hilarem, quemadmodum ſignum exhibemus triſtitiae, quum frontem contrahimus: ſic ſignum eſt laetitiae quum iſtam explicamus. 48 *bey anbrechendem Tage.* 49 imo, potius cenſeo, te abire poſſe no-

Hodie modo hilarum te face. D. Et iſtam pſaltriam
Vna 50 illuc mecum hinc abſtraham 51. M. Pugnaveris 52.
Eo prorſus pacto illic alligaris 53 filium.
Modo facito, vt illam ſerues. C. Ego iſtuc videro, atque
Illic fauillae plena, fumi, ac pollinis
Coquendo ſit faxo, & molendo 54: praeter haec,
Meridie ipſo, faciam, vt ſtipulam colligat 55.
Tam excoctam reddam atque atram, quam carbo eſt. M. Placet.
Nunc mihi videre 56 ſapere: atque equidem filium,
Tum etiam ſi nolit, cogas, cum illa vna 57 cubet.
D. Derides? fortunatus 58, qui iſto animo ſies.
Ego ſentio. M. Ah pergisne? D. Iam iam deſino.
M. I ergo intro, &, cui rei eſt, ei rei hunc ſumamus diem 59.

noctu. 50 ſimul. 51 abducam. 52 egregie tunc ibi pugnabis. 53 alligare poteris. 54 atq; curabo, vt pſaltria plena ibi fiat fauillae ſeu cineris, fumi, ac pollinis, (*Dunſt*) dum illa coquit & molit. 55 *Stoppeln ſammle.* 56 videris. 57 vt in vno lecto. 58 tu ſane felix es, qui animum habes tam hilarem. 59 & hilarem ſumamus hunc diem in ea re, ad quam ille eſt deſtinatus.

ACTVS V. SCENA IV.

DEMEA.

D. NUnquam ita quiſquam bene ſubducta ratione ad vitam fuit 1,

1 Nunquam aliquis homo ita bene inſtituit vitam ſuam.

Quin res 2, aetas, vſus 3 ſemper aliquid apportet noui,
Aliquid moneat: vt illa 4, quae te ſcire credas, neſcias,
Et quae tibi putaris prima 5, in experiundo vt repudies 6.
5 Quod mi euenit nunc. Nam ego vitam duram, quam vixi vsque adhuc,
Prope iam decurſo 7 ſpatio, mitto; id quamobrem 8? re ipſa repperi,
Facilitate 9 nihil eſſe homini melius, neque clementia. id
Eſſe verum, ex me, atque ex fratre cuiuis facile eſt noſcere 10.

Vi-

ſuam. 2 negotiorum frequentia. 3 conſuetudo diuturna. 4 vt tandem videas te neſcire ea, quae credidiſti te ſcire. 5 & quae tu pro optimis ante habuiſti. 6 vt illi tandem repudies, dum experiris. 7 ſiquidem iam ego prope decurri ſpatium vitae. Sic diuus Paulus 2. Tim. IV. vitam ſuam confert δρόμῳ curſui, quem conſummaſſe ait. 8 quamobrem vero facio? 9 humanitate; Facilitas non eo ſenſu ſumitur, vt in illo P. Syri:

Facilitas animi ad partem ſtultitiæ rapit.

ſed eſt virtus oppoſita inhumanitati. Cicero: *Clementiam, facilitatem manſuetudinemque noſtri imperii in tantam crudelitatem inhumanitatemque eſſe conuerſam.* Idem pro Leg. Manil. *Ac primum quanta innocentia debent eſſe Imperatores? quanta deinde omnibus in rebus temperantia? quanta facilitate? quanto conſilio? quanto ingenio, quanta fide? quanta inhumanitate?* Complaiſance, bonitate. 10 quilibet facile id videre poteſt in

Vitam ille ſuam ſemper egit in otio, in conuiuiis;
Clemens, placidus, nulli lædere 11 os, arridere 12 10
omnibus:
Sibi vixit: ſibi ſumtum fecit, omnes bene 13 di-
cunt, amant.
Ego ille agreſtis, ſæuus, triſtis, parcus, truculen-
tus, tenax 14,
Duxi vxorem; quam ibi 15 miſeriam vidi! nati 16
filii,
Alia 17 cura: heic autem, illis dum ſtudeo vt quam
plurimum
Facerem 18, contriui in quærendo vitam 19 atq; 15
ætatem meam:
Nunc exacta ætate 20 hoc fructi 21 pro labore ab
iis fero,
Odium: ille alter 22 ſine labore patria potitur
commoda 23;
Illum amant, me fugitant: illi 24 credunt conſilia
omnia;

in me ac fratre meo. 11 neminem ille praeſentem laede-
bat. 12 ſolebat blandus eſſe ac ſuauis erga omnes, 13 de
illo; bene de illo loquuntur. P. Syrus:

Cui omnes bene dicunt, poſſidet populi bona.

14 auarus. 15 in coniugio meo. 16 mihi ſunt. 17 & haec
fuit non cura. 18 colligerem, corraderem. 19 omnem
meam vitam tranſegi in acquirendis bonis. 20 poſtquam
ſenex ſum factus. 21 *fructi* pro *fructus* per *Archaiſmum*.
22 frater meus, 23 fruitur bonis a patre acceptis. 24 huic
fratri,

25 edu-

Illum diligunt: apud illum sunt ambo. ego desertus sum.
Illum vt viuat, optant, meam autem mortem exspectant scilicet.
Ita eos meo labore eductos 25 maxumo, hic fecit suos 26
Paulo 27 sumtu: miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia 28.
Age age, iam experiamur porro contra; & quid ego possim
Blande dicere, aut benigne facere, quando huc prouocat 29.
Ego quoque a meis me amari & magni pendi postulo.
Si id fit dando atque obsequendo, non posteriores feram 30.
Deerit 31: id mea minime 32 refert; qui sum natu maxumus.

25 educator. 26 amorem illorum sibi parauit. 27 exiguo, paruo. 28 *Potiri* h. l. construitur cum casu accusandi, quod supra in *fungor* obseruaui. 29 quoniam frater meus me quasi prouocat ad certamen benignitatis, & blanditiarum. 30 partes, non minus laudabor. 31 si vero aliquid deerit. 32 hoc ego parum curo.

ACTVS V. SCENA V.

SYRVS, DEMEA.

S. HEus, Demea, rogat frater, ne abeas longius,
D. Quis homo? o Syre noster, salue; quid fit? quid agitur?

S. Re-

S. Recte.D.Optume 1 est. iam nunc haec tria primum additi
Praeter naturam 2: ô noster, quid fit? quid agitur?
Seruum haud inliberalem 3 praebes te,& tibi
Lubens bene faxim 4. S.Gratiam habeo 5. D. Atqui,Syre,
Hoc 6 verum est, & ipsa re experiere propediem 7.

1 Hoc libenter audio. 2 praeter consuetudinem meam, dum ego natura morosus sum. 3 malum. 4 facere velim. 5 gratias tibi ago maximas. 6 quod ego te amem. 7 proxime.

ACTVS V. SCENA VI.

GETA, DEMEA.

G. HEra,ego huc ad hos prouisa 1 quam 2 mox virginem
Accersant. sed eccum Demeam. saluus sies 3.
D. Oh,quei vocare 4? G. Geta. D. Geta,hominem maxumi
Pretii esse te hodie iudicaui animo meo:
Nam is mihi est profecto seruus spectatus 5 satis,
Cui dominus curae 6 est, ita vti tibi 7 sensi,Geta:
Et tibi ob eam rem,si quid vsus venerit 8.
Lubens bene faxim. meditor esse affabilis 9,

T 3 Et

1 Ego videbo. 2 quam mox (*wie bald,*) illi accersant filiam ad vos. 3 salue. 4 quomodo vocaris? quodnam est nomen tuum? 5 probatus,fidelis. 6 qui pro domino suo curam gerit. 7 ita vti putaui, dominum tuum etiam tibi esse curae. 8 data occasione. 9.cogito,expendo, quomodo affabilitatem meam possim demonstrare.

10 cum

Et bene procedit. G. Bonus es, cum haec exiſtumas 10.

10D. Paulatim plebem primulum facio meam 11.

10 cum eam de me ſententiam habes. 11 iam primum ſervos traho ad partes meas, vt mihi faueant propter meam affabilitatem.

ACTVS V. SCENA VII.

ÆSCHINVS, DEMEA, SYRVS, GETA.

Æ. OCciduntme equidem 1: dum nimis ſanctas 2 nuptias
Student facere, in apparando conſumunt diem.
D. Quid agitur, Æſchine? Æ. Hem, pater mi, tu heic eras?
D. Tuus hercle vero & animo, & natura 3 pater,
Qui te plus 4 quam oculos hoſce: ſed cur non domum
Uxorem accerſis? Æ. Cupio 5: verum hoc mihi morae 6 eſt,
Tibicina 7, & hymenæum qui cantent 8. D. Eho, Vin-

1 *Sie quælen mich faſt zu tode.* 2 magnificas. 3 & quoad animum & quoad naturam. 4 amat. 5 equidem hoc vellem. 6 hoc me adhuc moratur. 7 mulier quæ tibiis canat. 8 *die Braut-Meſſe; das Braut-Lied ſingen.* Statius Lib. II. ſilv. vlt. verſ. 78.

Eſt veſtros Hymenæon ante poſtes
Feſtibus cantibus ipſa perſonabo.

Appollonius Rhodius Argonaut. lib. IV.

Νυμφίδιος ὑμέναιον ἐπὶ προμολῆσιν ἀεῖδον·
Cantarunt hymenæum ante forem thalami.

9 no-

Vin'tu huic ſeni auſcultare? Æ. Quid? D. Miſſa hæc 9 face,
Hymenaeum, turbas 10, lampadas 11, tibicinas:
Atque hanc in horto maceriam 12 iam iube dirui,
Quantum poteſt, hac transfer 13, vnam fac domum!
Transduce & matrem & familiam omnem 14 ad nos. Æ. Placet,
Pater lepidiſſime 15. D. Euge, iam lepidus vocor.
Fratri aedes fient peruiae: turbam domum
Adducet, ſumtum admittet 16, multa 17: quid mea 18?
Ego lepidus ineo gratiam 19. iube nunc iam
Dinumeret 20 illi Babylo viginti minas,
Syre, ceſſas ire, ac facere 21? S. Quid ergo 22? D. Dirue 23:
Tu, illas 24, abi, & traduce 25. G. Dii tibi, Demea,
Bene faxint, cum te video noſtræ familiæ
Tam ex animo factum 26 velle. D. Dignos 27 arbitror.

9 noli de his amplius loqui aut cogitare. 10 hominum. 11 taedas nuptiales, *die Braut-Fackeln*, vid. Dempſterus ad Lib. V. c. 35. Roſini Antiquit. Rom. 12 *die VVand*. 13 familiam. 14 totam. 15 cariſſime. 16 ſumtum faciet. 17 & multa adhuc alia. 18 quid vero hoc ad me attinet? 19 ego vero fauorem ideo ab omnibus accipio. 20 vt. 21 cur ceſſas ire & hoc facere. 22 agam? 23 maceriam. 24 matrem & familiam omnem. 25 tu abi, & traduce illas in hanc domum. 26 cum video, te tam ex animo velle, vt bene ſit noſtrae familiae. 27 arbitror, vos eſſe dignos, quibus faveam.

28 li-

Tu quid ais? Ae. Sic opinor. D. Multo rectius est,
Quam illam puerperam nunc duci huc per viam
Aegrotam. Ae. Nihil enim vidi melius, mi pater.
C. Sic soleo 28. sed eccum, Mitio egreditur foras.

28 liberis meis consulere.

ACTVS V. SCENA VIII.

MITIO, DEMEA, ÆSCHINVS.

M. IUbet frater 1? vbi est? tu iubes hoc, Demea?
D. Ego vero iubeo, & 2 hac re & aliis omnibus
Quam maxume vnam facere nos hanc familiam;
Colere3, adiuuare, adiungere. Ae. Ita quæso, pater.
M. Haud aliter censeo. D. Imo hercle ita nobis decet.
Primum huius vxoris est mater. M. Quid postea?
D Proba & modesta. M Ita aiunt. D. Natu grandior.
M. Scio. D. Parere iam diu hæc 4 per annos 5 non potest:
Nec, qui eam respiciat 6, quisquam est: sola est.
M. Quam hic rem agit?
D. Hanc te aequum est ducere 7, & te operam, vt fiat 8, dare.
M. Me ducere autem 9? D. Te. M. Me? D. Te inquam. M. Ineptis 10. D. si tu sis homo 11

Hic

1 Vt maceries diruatur. 2 iubeo etiam. 3 vt eam colamus, amemus. 4 mulier. 5 propter annos, quos iam habet, propter senectutem. 6 curet, qui curam eius habeat. 7 in matrimonium. 8 hoc coniugium. 9 egone ducam vxorem? 10 puto te esse stultum. 11 si tu sapiens

Hic faciat. Æ. Mi pater. M. Quid? tu autem huic 12,asine,auſcultas 13? D.Nihil 14 agis.
Fieri aliter non poteſt. M. Deliras 15. Æ. Sine te 16 exorem,mi pater.
M. Inſanis? aufer 17. D. Age,da veniam filio. M. Satis ſanus es?
Ego nouus maritus anno demum quinto & ſexageſimo
Fiam,atque anum decrepidam 18 ducam? id ne eſtis auctores 19 mihi?
Æ.Fac: promiſi ego illis. M. Promiſti 20 autem? de te largitor 21 puer.
D. Age,quid 22,ſi quid de maius oret? M.Quaſi non hoc ſit maximum.
D.Da veniam. Æ. Ne grauere 23. D.Fac,promitte. M. Non omittis 24?
Æ.Non; niſi te exorem. M. Vis haec quidem eſt, D.Age,age,prolixe 25 Mitio.
M.Etſi hoic prauum 26,ineptum, abſurdum, atq; alienum a vita mea

piens ſis & hum[illegible]us,perſuadeas ei, quaeſo,vt Mitio ducat Soſtratam. 12 Demeae. 13 obtemperas. 14 fruſtra tentabis eum perſuadere. 15 tu es ſtultus. 16 vt. 17 *geh packe dich* 18 *alt verlebt.* 19 vosne id mihi conſilium velitis dare? 20 tune vero id promiſiſti? 21 prouerbium; id eſt,mi puer. ſi vis aliquid largiri aut promittere, id facere debes non de alieno ſed de tuo. 22 fiet. 23 fac id quaeſo haut grauatim. 24 *leſſeſt du mich noch nicht mit frieden?* 25 diu ſatis te exorari oportet. 26 non laudabile, indecorum.

27 eſt

Videtur; si vos tantopere istoc voltis, fiat. Æ. Bene facis:
Merito te amo, D. Verum, quid 27? quid ego dicam? hoc consit 28 quod volo.
Quid nunc 29 quod restat? Hegio cognatus his 30 est proxumus,
Affinis nobis, pauper, bene nos aliquid facere illi decet.
M. Quid facere 31? D. Agelli est heic sub vrbe paulum 32 quod locitas foras 33:
Huic demus, qui fruatur 34. M. Paulum id autem 35? D. Si multum 36 fiet,
Faciundum est: pro patre huic 37 est, bonus est, noster est, recte datur 38.
Postremo nunc meum illud verbum facio 39, quod tu, Mitio,
Bene, & sapienter dixti 40 dudum: vitium commune omnium est,
Quod nimium ad rem in senecta attenti 41 sumus, hanc maculam nos decet
Effugere. dictum est vere, & re ipsa fieri oportet, Mitio.
M. Quid istuc? dabitur 42, quandoquidem hic volt. Æ. Mi pater. D. Nunc

27 est. 28 fit. 29 est. 30 mulieribus. 31 nos decet. 32 paruus ager est heic sub vrbe. 33 *du pflegest es ohne dem andern zu vermiethen oder zu verpachten.* 34 hoc agello. 35 an putas hunc agrum paruum esse? 36 quamuis etiam multum sit. 37 Hegio est quasi pater huius virginis. 38 ei agellus. 39 ego de me dici nolo. 40 dixisti. 41 auari sumus ad pecuniam. 42 ei ager.

43 ve-

D. Nunc tu mihi germanus 43 es pariter corpore & animo. M. Gaudeo.
D. Suo sibi gladio hunc ingulo 44.

43 vere frater germanus es. 44 ipsum nunc capio suis verbis.

ACTVS V. SCENA IX.

SYRVS, DEMEA, MITIO, ÆSCHINVS.

S. Factum est, quod iusti 1, Demea.
D. Frugi 2 homo es: ego Ædepol hodie mea quidem sententia
Iudico Syrum fieri aequum 3 liberum. M. Istunc liberum 4?
Quodnam ob factum. D. Multa 5. S. O noster Demea, aedepol vir bonus es:
Ego istos 6 vsque a pueris curaui ambos sedulo,
Docui, monui, bene praecepti 7 semper quae potui omnia.
D. Res apparet 8 & quidem porro, obsonare 9, cum fide
Scortum adducere, apparare de 10 die conuiuium
Non mediocris hominis haec sunt officia 11. S. O lepidum caput! 12
D. Postremo hodie in psaltria ista emunda 13 hic 14 adiutor fuit,

1 Iussisti. 2 bonus. 3 aequum esse, vt Syrus fiat liber. 4 fieri. 5 ob multa benefacta. 6 filios vestros. 7 monui. 8 ipsa res, *der Augenschein*, hoc docet, declarat. 9 ipsis praecepisti, eos docuisti, amare cibos delicatos. 10 interdiu, de die in diem. 11 haec sunt egregia officia hominis sapientis; scilicet! 12 *caput* pro toto homine dicitur, 13 dum empta fuit haec psaltria. 14 Syrus.

15 aequum

Hic curauit: prodeſſe aequum 15 eſt: alii meliores erunt:
Denique hic 16 volt fieri. M. Vin' tu hoc fieri? Ae. Cupio. M. Siquidem
Tu vis, Syre, eho accede huc ad me liber eſto. S. Bene facis.
Omnibus gratiam habeo, & ſeorſum 17 tibi praeterea, Demea.
15 D. Gaudeo. Ae. Et ego 18. S. Credo: vtinam hoc perpetuum fiat gaudium, vt
Phrigiam vxorem meam vna 19 mecum videam liberam. D. Optumam
Mulierem quidem. S. Et quidem nepoti tuo, huius 20 filio,
Hodie primam mammam dedit haec. D. Hercle vero ſerio 21,
Siquidem 22 primam 23 dedit, haud dubium, quin emitti 24 aequum ſiet,
20 M. Ob eam rem 25? D. Ob eam 26: poſtremo a me argentum, quanti 27 eſt, ſumito.
S. Dii tibi, Demea, omnes ſemper omnia optata adferant.
M. Syre, proceſſiſti 28 hodie pulchre. D. Siquidem porro, Mitio, Tu

15 aequum igitur eſt, vt hic labor ei proſit. 16 Æſchinus. 17 *abſonderlich*, en particulier. 18 gaudeo. 19 ſimul. 20 Æſchini. 21 *in rechtem Ernſt*; extra locum. 22 quoniam. 23 mammam. 24 quin aequum ſit, vt haec quoque mulier emittatur, ſeu libera fiat? 25 illa libera fiat? 26 imo ob eam rem. 27 quantum. 28 magna cum felicitate huc progres-

Tu tuum officium facies, atque huic aliquid paulum prae manu 29
Dederis, vnde vtatur 30, reddet tibi cito. M. Istoc vilius 31.
Æ. Frugi homo est. S. Reddam hercle: da modo. Æ. Age pater. M. Post consulam 32.
D. Faciet. S. O vir optime! Æ. O pater mi festiviſſime!
M. Quid istuc? quae res tam repente mores mutauit tuos?
Quod proluuium 33? quae istaec subita est largitas 34? D. Dicam tibi.
Ut id ostenderem, quod te isti facilem & festiuum putant 35,
Id non fieri ex vera 36 vita, neque adeo ex aequo & bono,
Sed ex assentando, indulgendo, & largiendo, Mitio.
Nunc adeo si ob eam rem vobis mea vita inuisa 37 est, Aeschine,
Quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor 38:

greſſus es. 29 *etwas am Gelde vorſchieſſen.* 30 vnde vtilitatem ſuam parare poſſit. 31 ne istoc vile quidem ipſi dabo. 32 *ich will mich darauf bedencken.* 33 quæ prodigalitas est haec? 34 liberalitas, largitio. 35 quod isti putant, te esse benignum, blandum & facilem. 36 ex animi ſinceritate. 37 odioſa. 38 quia non ſtatim facio, quod vos poſtulatis, ſiue aequum ſiue iniquum ſit.

39 haec

Miſſa facio 39, effundite 40, emite, facite, quod vobis lubet.
Sed ſi id voltis potius, quae vos propter adoleſcentiam.
Minus videtis 41, magis impenſe 42 cupitis, conſulitis 43 parum,
Haec 44 reprehendere, & corrigere me, obſecundare 45 in loco;
Ecce me, qui id faciam vobis. Æ. Tibi, pater, permittimus;
Plus 46 ſcis, quid facto opus eſt. ſed de fratre quid fiet? D. Sino 47,
Habeat 48: finem in iſtac faciat 49. M. Iſtuc recte 50, plaudite.

39 hæc omnia in poſterum non curabo. 40 *verſchwendet nur.* 41 non ſatis recte conſideratis. 42 vehementer 43 non ſatis recte vobis poteſtis conſulere. 44 vt ego reprehendam. 45 & morem vobis gerere. ſuo tamen loco ac tempore. 46 te omnia melius ſcis. 47 permitto ei. 48 ſuam pſaltriam. 49 ætatem ſuam tranſigat. 50 ſit.

FINIS ADELPHORVM.

P. TE-

P. TERENTII PHORMIO.

ACTA LVDIS ROMANIS 1, L. POSTVMIO ALBINO, L. CORNELIO MERVLA, AEDIL. CVR. EGERE L. AMBIVIVS TVRPIO, L. ATILIVS PRAENESTINVS, MODOS FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS IMPARIBVS. TOTA GRAECA APPOLLODORV EPIDICAZOMENOS. FACTA IV 2, C. PANNIO. M. VALERIO COSS.

1 Ludi Romani celebrabantur peculiariter menſe Septembri. 2 quatuor vicibus.

Perſonae.

PROLOGVS.
DAVVS ſeruus
PHORMIO paraſitus.
SOPHRONA nutrix.
DEMIPHO ſenex.
NAVSISTRATA matrona.
ANTIPHO adoleſcens filius Demiphonis.
GETA leno.
CHREMES ſenex, frater Demiphonis, & Phaedriae pater,

PHAE-

PHÆDRIA adoleſcens.
HEGIO, }
CRATINVS, } aduocati.
CRITO, }

Perſonae mutae.

DORCIVM ancilla.
PHANIVM adoleſcentula.

Phormionis Argumentum.
C. SULPICIO APOLLINARI AVCTORE.

Chremetis frater aberat peregre Demipho
Relicto Athenis Antiphone filio.
Chremes clam habebat Lemni vxorem & filiam,
Athenis aliam coniugem, & amantem vnice
Gnatum fidicinam. mater e Lemno aduenit
Athenas: moritur. virgo ſola (aberat Chremes)
Funus procurrat. ibi eam viſam Antipho
Cum amaret, opera paraſiti vxorem accipit.
Pater & Chremes reuerſi fremere. dein minas
Triginta dant paraſito, vt illam coniugem
Haberet ipſe: argento hoc emitur fidicina.
Vxorem retinet Antipho a patruo agnitam.

Aliud,

M. ANT. MVRETI.

CHremes & Demipho fratres Athenienſes erant. Chremes Athenis vxorem diuitem ac bene

bene dotatam duxerat Nausistratam, & ex ea susceperat filium Phædriam. Habebat Nausistrata, praeter caeteras opes, optima praedia in Lemno, eo igitur Chremes quotannis, ad ea locanda capiendosq; fructus commeabat. Dum illic residet, pauperculæ cuiusdam mulieris amore correptꝰ, eam quoque ducit vxorem, & ex ea suscipit filiam Phanium: ac ne res emanaret; commutato nomine Stilphonem se Lemni vocari iubet. Detrahebat autem e fructibus praediorum vxoris Atheniensis quantum satis esset ad illam alteram vna cum filia nutriendam: deinde Athenas reuersus, aut calamitatem, aut vilitatem, aut tale aliquid caussabatur. Erat Demiphoni filius Antipho. Cum igitur Phanium quindecim iam haberet annos, conveniunt inter se Chremes & Demipho, vt Chremes quidem & Lemniam vxorem, & Phanium Athenas clanculum adduceret; Demipho vero Phanium filio suo vxorem daret. eius rei caussa proficiscitur in Lemnum Chremes. Eodem tempore accidit, vt Demiphoni quoque iter esset in Ciliciam. abeuntes, ambo Getae (is Demiphonis seruus erat) filios committunt suos. Profactis senibus, Phaedria se statim citharistriae cuiusdam amore implicat. Sed hoc erat incommodi, quod qui a lenone emeret, quod daret, nihil habebat. Interea vxor, e Lemno & quae, propter paupertatem viri, diutius forte quam solebat morantis, aduentum exspectare non posset, concensa naui, Athenas vna cum filia & nutrice ipsius

ipſius venit. Quærunt Stilphonem fruſtra. Athenis, qui quemquam eo nomine noſſet, reperiebatur nemo. Ibi mater [tanta eam aegritudo coperat] moritur. Ei funus vna cum nutrice procurantem Phanium cum adſpexiſſet Antipho ſubito amore illius exarſit. Venit ad nutricem poſtridie, vt eius ſibi copiam faceret obſecrans. Illa ſe, niſi puellam vxorem duceret, facturam negat. Illi, cum & quiduis facere cuperet & patrem abſentem vereretur, paraſitus Phormio hoc conſilium dedit. Lex erat Athenis, vt orbas puellas, qui eis genere proximi eſſent, ducere; aut, ſi id nollent, dotem eis dare cogerentur: ego, inquit paraſitus, ſimulabo, me patri virginis amicum fuiſſe, ideoque cauſſam illius ſuſcipere; vocabo te in iudicium, tamquam illius cognatum, tecumq; lege agam, vt eam ducas. Tu ita te defendes, vt mihi facilem victoriam præbeas: ita condemnabere. Sic fiet, vt & tu potiaris, & patre reuerſo, paratam excuſationem habeas. ita fiunt omnia, vt paraſitus ſuaſerat. Confectis iam nuptiis eodem tibi ambo redeunt ſenes. Turbari vterque: ille quod filius indotatam vxorem ſe abeunte duxiſſet: hic, quo vereretur, ne, erepta ſibi hac collocandæ filiæ occaſione, tota res fieret palam. Eo ipſo die, leno, citharistriæ, quam Phædria amabat, dominus, niſi ſibi pro ea triginta minæ darentur, venditurum ſe eam, minitabatur. Ad eas conficiendas hanc fallaciam Geta confingit: ait ſenibus, ſe cum Phormione collocutum: Phormionem

nem vero , ſi ſibi dotis triginta minæ darentur, paratum eam vxorem accipere, quam duxiſſet Antipho. Eam pecuniam Demipho a Chremete ſumtam numerat Phormioni. Is enim Phædriæ, Phædria lenoni pro amica tradit: cum hæc iam confecta eſſent, agnoſcitur Phanium: Ibi vero ſenes gaudere. Quod, quas nuptias ipſi facere moliebantur, eæ ipſis abſentibus atque inſcientibus, factæ eſſent, ſed dolebant, ſibi periiſſe triginta minas. Eas dum a Phormione primo blanditiis, poſtea etiam per vim eripere conantur: Phormio, qui iam de duabus Chremetis vxoribus, deq; tota re intellexerat, inclamat Nauſiſtratam, eique aperit omnia illa cum aliquandiu de viro conqueſta eſſet, tandem placatur, filiique ipſius iudicio omnia ſe permiſſuram pollicetur.

PRO-

PROLOGVS.

POstquam poëta vetus 1 poëtam non potest
Retrahere a studio 2,& transdere3 hominem 4
in otium;
Maledictis deterrere,ne scribat, parat 5:
Qui ita dictitat 6, quas antehac fecit 7 fabulas 8,
Tenui 9 esse oratione,& scriptura leui,
Quia nusquam insanum scripsit adolescentulum
Ceruam videre fugere,& sectari canes,
Et eam 10 plorare,orare,vt 11 subueniat sibi.
Quod si intelligeret, olim cum stetit noua 12,
Actoris opera magis stetisse,quam sua 13:
Minus multo audaciter,quam laedit,laederet 14;
Et magis placerent, quas fecisset fabulas.
Nunc si quis est,qui hoc dicat, aut si cogitet.
Vetus si poeta non lacessisset 15 prior,
Nullum inuenire 16 prologum potuisset nov9 17
Quem diceret 18,nisi haberet 19,cui malediceret:
Is

1 Senex ille inuidus & æmulus Terentii. 2 scribendi comoedias. 3 coniicere. 4 Terentium. 5 iam ille vult deterrere Terentium maledictis, ne scribat porro. 6 siquidem ille senex ita dicit. 7 Terentius. 8 comoedias. 9 non erudita,inficeta, rudi stylo. 10 ceruam. 11 adolescentulus. 12 *da die neue Comœdie wohl beſtanden iſt.* 13 illam stetisse magis propter operam & industriam actoris quam propter suam. 14 tunc multo minus laederet Terentium,quam quidem illum nunc laedit. 15 aggressus esset,rixam incepisset. 16 scribere, 17 dum nouam comoediam scribit Terentius. 18 quem prologum posset proferre. 19 aliquem.

20 vi-

Is ſibi reſponſum hoc habeat; in medio omnibus
Palmam 20 eſſe poſitam, qui artem tractant muſicam 21.
Ille 22 ad famem 23 hunc 24 ab ſtudio 25 ſtuduit reiicere:
Hic reſpondere 26 voluit, non laceſſere 27.
Benedictis 28 ſi certaſſet, audiſſet bene 29:
Quod ab illo allatum eſt, ſibi id eſſe relatum putet 30.
De illo iam finem faciam dicendi 31 mihi,
Peccandi cum 32 ipſe de ſe finem non facit.
Nunc quid velim, animum attendite. apporto novam,
Epidicazomenon quam vocant comœdiam
Graeci, Latini Phormionem nominant;
Quia primas 33 partes qui aget, is erit Phormio
Paraſitus, per quem res geretur maxume.
Voluntas 34 voſtra ſi ad poëtam acceſſerit,
Date operam, adeſte aequo animo per ſilentium:
Ne ſimili vtamur fortuna 35, atque 36 vſi ſumus.

Cum

20 victoriam, praemium laboris. 21 comicam. 22 ſenex poëta. 23 ad paupertatem. 24 Terentium. 25 ſcribendi. 26 eius maledictis. 27 non autem illum aggredi. 28 ſermonibus honeſtis. 29 bene etiam de ipſo dictum eſſet. 30 quod vero ille dixit contra Terentium, id ſibi pudet iam reddi ab hoc. 31 dicendi. 32 quoniam. 33 *die Haupt-Perſon.* 34 beneuolentia; ſi poeta vtetur veſtra benevolentia. 35 infortunio, caſu. 36 prout iam vſi ſumus.

37 pro-

Cum per 37 tumultum noſter grex 38 motus loco
39 eſt:
Quem actoris virtus 40 nobis reſtituit locum,
Bonitasque veſtra adiutans 41, atque aequanimitas.

37 propter. 38 *vnſre* Comoedianten-Compagnie. 39 deturbatus, deiectus eſt ex hoc loco. 40 ſcientia. 41 quae adiuuat nos.

ACTVS I. SCENA I.
DAVVS.

D. AMicus ſummus meus, & popularis 1 Geta
Heri ad me venit: erat ei de ratiuncula 2
Iam pridem apud me reliquum pauxillulum 3
Nummorum; id vt conficerem 4: confeci 5: affero.
Nam herilem filium 6 eius duxiſſe, audio,
Vxorem: ei credo munus hoc conraditur 7.
Quam inique comparatum 8 eſt! ii, qui minus habent,
Ut ſemper aliquid addant diuitioribus 9.
Quod ille vnciatim 10 vix demenſo de ſuo 11,
Suum

1 *Landsmann*, conciuis. 2 *von einer kleinen Rechnung*, 3 paullulum pecuniae. 4 rogauit me, vt id colligerem, efficerem. 5 & iam illud confeci, paraui. 6 filium heri noſtri. 7 vti credo, munus illud colligitur ad eius nuptias. 8 inter homines 9 vt illi, qui pauperes ſunt, ſemper aliquid dare cogantur diuitibus, 10 *bey Hellern*. 11 *von ſeinem taglichen* Deputat. Antiquitus ſerui frumentum in menſam accipiebant, quod *demenſum* dicebatur.

12 dum

Suum defraudans genium 12, comparſit 13 miſer, 10
Id illa 14 vniuerſum 15 abripiet, haud exiſtumans 16
Quanto labore partum 17. porro autem Geta
Ferietur 18 alio munere, vbi 19 hera pepererit.
Porro alio autem 20, vbi erit puero natalis dies,
Ubi initiabunt 21; omne hoc mater auferet: 15
Puer cauſſa erit mittundi 22. ſed videone Getam?

12 dum ſibi ipſe eripuit omne commodum, *er hat ſichs an ſeinem Maule abgebrochen.* 13 *erſparet hat.* 14 vxor. 15 omne, totum. 16 dum illa reputabit. 17 ſit, acquiſitum, *erworben.* 18 onerabitur, per aliud munus damnum accipiet. Metaphora eſt a gladiatoribus, qui aduerſarios feriunt. 19 quando. 20 munere onerabitur. 21 quando eum conſecrabunt; more Athenienſium, eo tempore, quo pueris recens natis nomina imponebantur. 22 puer cauſſa erit, quamobrem mittantur munera.

ACTVS I. SCENA II.

GETA, DAVVS.

G. SI quis me quaeret rufus 1. D. Præſto 2 eſt, deſine 3. G. Oh,
At ego obuiam conabar tibi 4, Daue. D. Accipe 5 hem:
Lectum 6 eſt, conueniet 7 numerus, quantum debui.
G. Amo te, & non neglexiſſe 8 habeo gratiam.
D. Præ-

1 Scil. dic, vt ille me exſpectet. 2 iam ille tutus adeſt. 3 deſine clamare. 4 ire, 5 argentum, pecuniam, 6 ſelectum. 7 nihil deerit. 8 & gratias ago, quod non neglexeris hanc rem.

9 quo-

D. Præsertim vt nunc sunt 9 mores, adeo res 10 redit:
Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.
Sed quid 11 tu es tristis? G. Egone 12? nescis quo in metu, &
Quanto in periclo sim. D. Quid istuc est? G. Scies,
Modo vt 13 tacere possis. D. Abi, sis insciens:
Cuius tu fidem in pecunia perspexeris,
Vereri 14 ei verba credere? vbi quid mihi lucri est
Te fallere 15? G. Ergo ausculta. D. Hanc operam 16 tibi dico.
G. Senis nostri, Daue, fratrem maiorem Chremem
Nostin'? D. Quidni? G. Quid eius 17 gnatum Phaedriam?
D. Tanquam te 18. G. Euenit 19 senibus ambobus simul,
Iter illi 20 Lemnum vt esset, nostro 21 in Ciliciam
Ad hospitem antiquum. is senem per epistolas
Pellexit 22, modo non 23 monteis auri pollicens.
D. Cui 24 tanta erat res & supererat? G. Desinas 25: Sic

9 quomodo nunc sunt mores hominum. 10 in eum iam statum res rediit. 11 quare. 12 cur vero ego non sim tristis? 13 si modo. 14 vereris, times. 15 quodnam exinde habeo commodum, si te fallo? 16 hoc tibi faciam, & auscultabo. 17 an nosti etiam eius. 18 tam bene illum noui, quam te ipsum. 19 accidit. 20 huic seni. 21 seni. 22 inuitauit. 23 propemodum. 24 cur vero haec promittebat ei, qui alias ditissimus est. 25 interloqui, tace.

26 sic

Sic eſt ingenium 26. D. Oh, regem me eſſe oportuit 27!
G. Abeuntes ambo heic tum ſenes mé filiis
Relinquunt quaſi magiſtrum 28. D. O Geta, provinciam 29
Cepiſti duram. G. Mihi vſu 30 venit, hoc ſcio.
Memini relinqui me deo irato 31 meo,
Cœpi aduorſari primo 32: quid verbis opus eſt?
Seni fidelis dum ſum, ſcapulas 33 perdidi.
D. Venere in mentem iſtaec mihi: namque inſcitia eſt,
Aduorſum ſtimulum calces 34. G. Coepi his 35 omnia
Facere, obſequi quae vellent. D. Sciſti vti foro 36.
G. Noſter 37 mali nil quidquam primo 38. hic Phaedria
Continuo 39 quandam nactus eſt puellulam
Cithariſtriam: hanc amare coepit perdite 40.
Ea ſeruiebat lenoni impuriſſimo;

U Ne-

26 ſic eſt eius ingenium, & hi mores. 27 dolendum eſt, quod non ego etiam ſim vir locuples. 28 magiſtrum morum, *Hofmeiſter*. 29 officium. 30 hoc ego ſane expertus ſum. 31 me factum eſſe magiſtrum filiorum in poenam. quia genius meus mihi iraſcitur. Antiquitas enim cuique genium ſuum attribuit, nec Latini tantum, ſed etiam Graeci. 32 nolebam. 33 *ich bin bald lahm darüber worden.* 34 ſi calces, *wenn man ſtöſſet.* 35 filiis. 36 potuiſti te accommodare tempori & ingeniis. 37 filius. 38 faciebat. 39 ſtatim. 40 vehementer.

41 eam

Neque, quod daretur quidquam, id curarant patres.
Reſtabat aliud nihil, niſi oculos paſcere,
Sectari 41, in ludum 42 ducere, & reducere:
Nos otioſi operam dabamus 43 Phaedriae.
In quo haec diſcebat ludo, ex aduerſo ei loco
Tonſtrina 44 erat quaedam: heic ſolebamus fere
Plerumq; eam opperiri 45, dum inde iret domum.
Interea dum ſedemus illic, interuenit
Adoleſcens quidam lacrumans: non mirarier 46,
Rogamus 47, quid ſit. nunquam aeque, inquit, ac modo
Paupertas mihi onus viſum eſt & miſerum & grave.
Modo quandam vidi virginem heic viciniae 48
Miſeram, ſuam matrem lamentari 49 mortuam,
Ea ſita erat ex aduorſo 50: neq; illi 51 beneuolens,
Neque notus, neque cognatus, extra vnam aniculam 52,
Quisquam aderat, qui adiutaret 53 funus: miſeritum eſt.

Virgo

41 eam ſequi. 42 in comoediam, ad ludos theatrales, palaeſtram. 43 adiuuabamus Phaedriam. 44 tonſtrina (*eine Barbier-Stube*) quaedam, quae ſita erat e regione huius loci, erat quaſi ludus ſeu ſchola, in quo Phaedria haec diſcebat. 45 expectare. 46 mirabamur. 47 interrogamus. 48 in hac vicinia. 49 quae deflebat. 50 ſtabat. 51 huic virgini. 52 *Extra* h. l. eſt *praeter*. Plautus: *Extra te vnum*. 53 comitaretur.

Andr.

Virgo ipſa facie egregia. quid verbis opus eſt?
Commorat 54 omnes nos. ibo continuo Anti-
pho 55,
Voltiſne eamus viſere? alius 56, cenſeo 57,
Eamus, duc me ſodes? imus, venimus,
Videmus. virgo pulcra: & quo magis diceres,
Nihil aderat adiumenti 58 ad pulcritudinem.
Capillus paſſus, 59 nudus pes, ipſa horrida:
Lacrumae, veſtitus turpis, vt, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma 60, haec formam extingue-
rent 61.
Ille, qui illam amabat fidicinam, tantummodo,
Satis ſcita 62, inquit: noſter 62 vero. D. Iam ſcio:
Amare coepit. G. Scin quam 63? quo euadat,
vide 64:

U 2 Poſtri-

Andr. I, 1. dicit *curare funus*. 54 illa commouerat. 55 dicebat. 56 dicebat. 57 ita puto. 58 illa non adiuuerat ſuam pulchritudinem per artem aut elegantiam veſtium. 59 capilli erant paſſi, (eſt enim *ſynecdoche*, quum ſingularis ponitur pro plurali) id eſt diſiecti, diſparſi per totum collum, vide Kirchmann. de Funer. II, 13. 60 ni abundantia, magnitudo, (nam hoc ſenſu vis dicitur, Vell. Paterc. *effuſa eſt immanis vis Teutonum.*) elegantiae fuiſſet in ipſa illius forma. Forma enim eſt vocabulum duplicis ſignificationis, & ſumi poteſt in bonam & malam partem. 61 tam turpis adſpectus & habitus cum triſtitia coniunctus facile potuiſſet exſtinguere eius pulchritudinem. 62 ſatis ornata illa eſt. 62 Antipho, eſt apoſiopeſis. ſermonem eius Dauus intercipit, quum ipſe vellet dicere: *noſter vero amare coepit.* 63 noſtin' etiam, quam ille coeperit amare? 64 audi mo-

de

Postridie ad anum recta 65 pergit, obsecrat,
Ut sibi eius 66 faciat copiam. illa enim se negat 67
Neque quum aequum ait facere, illam 68 ciuem
esse atticam,
65 Bonam, bonis prognatam 69. Si vxorem velit,
Lege 70 id licere facere: sin aliter 71, negat 72.
Noster, quid ageret, nescire 73; & illam ducere
Cupiebat, & metuebat absentem patrem.
D. Non, si rediisset, ei pater veniam daret?
G. Ille indotatam 74 virginem atque ignobilem
Daret illi? nunquam faceret. D. Quid fit denique?
G. Quid fiat? est parasitus quidam Phormio,
Homo confidens 75 : qui illum dii omnes per-
duint 76!
D. Quid is fecit? G. Hoc consilium, quod dicam,
dedit:
75 Lex est, vt orbae, qui sint genere proxumi,
Iis nubant 77: & illos ducere eadem haec lex iu-
bet.
Ego te cognatum dicam, & tibi scribam dicam 78:
Paternum amicum me assimilabo virginis:
Ad iudices veniemus: qui fuerit pater,

Quae

do euentum rei. 65 *gerades VVeges* procedit, it. 66 vt eius amore frueretur. 67 ille vero dicit, se hoc facere non posse. 68 virginem. 69 natam a parentibus bonis. 70 iuxta legem datam. 71 quod si vero nolis eam vxorem. 72 illa non vult virginem permittere ad amorem. 73 nesciebat. 74 pauperem. 75 audax. 76 vt perdant. 77 vt orbae iis nubant, qui. 78 te accusabo coram iudice.

Quae mater, quei 79 cognata tibi ſit, omnia hæc 80
Confingnam: quod erit mihi bonum atque commodum.
Cum tu horum 80 nihil refelles vincam 81 ſcilicet.
Pater aderit: mihi paratae 82 lites: quid mea 83?
Illa quidem noſtra erit. D. Iocularem 84 audaciam!
G. Perſuaſum eſt homini 85: factum eſt: ventum 85
86 eſt: vincimur:
Duxit. D. Quid narras? G. Hoc 87, quod audis. D. O Geta,
Quid te 88 futurum eſt? G. Neſcio hercle. vnum hoc ſcio:
Quod fors 89 feret, feremus aequo 90 animo. D. Placet.
Hem iſtud viri eſt officium. G. In me omnis ſpes mihi eſt.

79 vnde, quomodo. 80 ex meis probationibus, relationibus. 81 te, *ſo wirſt du den Proceß verliehren.* 82 & pater mihi parabit lites. 83 quid hoc me attinet? 84 ridiculam. 85 ille paſſus eſt ſe perſuaderi. 86 venimus in iudicium. 87 narro. 88 de te. 89 *Fors* idem fere eſt, ac fortuna: quamquam praeter vulgatam ſignificationem eſt id, quod vel fortuna vel ratione conſilio datur. v. g. nobilitas, ignobilitas, vita priuata, vita publica. Virgil. Eclog. 9.

quoniam fors omnia verſat.

Horat. lib. I. Sat. 6.

Nulla etenim mihi te fors obſtulit.

90 patienti.

91 de-

90D. Laudo. G.Ad precatorem 91 adeam,credo,qui mihi 92
Si oret: nunc omitte quaeso hunc: caeterum
Posthac si quidquam 93 nihil precor 94. tantummodo
Non addat 95 vbi 96 ego hinc abiero,vel 97 occidito.
D.Quid paedagogus ille 98,qui citharistriam?
95 Quid rei gerit?G.Sic,tenuiter 99.D.Non multum habet,
Quod det,fortasse.G.Imo nihil 100,nisi spem meram.
D.Pater eius rediit,annon? G.Nondum. D. Quid? senem
Quoad 101 exspectatis vostrum? G. Non certum scio:
Sed epistolam ab eo allatam esse audiui modo, &
100Ad portitores 102 esse delatam: hanc petam 103.
D. Nunquid,Geta, aliud me vis? C. Ut bene sit tibi.
Puer heus! nemone huc prodit? cape, da hoc Dorcio.

ACTVS

91 deprecatorem. 92 pro me. 93 faciet,peccabit. 94 ego pro illo non deprecabor. 95 modo ille non simul dicat. 96 quando ego absens ero. 97 occidere ipsum etiam potes; per me enim licet. 98 faciebat,qui amabat. 99 viuit, *er lebt nun ſo hin.* 100 habet. 101 quamdiu. 102 *Zoll-Einnehmer.* 103 iubeo hanc mihi dari.

ACTVS I. SCENA III.

ANTIPHO, PHÆDRIA.

A. ADeone rem rediisse 1, vt, qui mihi consultum esse optime velit,
Phaedria, patrem extimescam, vbi in mentem ei 2 aduenti venit?
Quid ni fuissem incogitans 3, ita eum exspectarem, vt par fuit.
P. Quid istuc est? A. Rogitas? qui tam audacis facinoris mihi conscius
Sis? quod vtinam ne Phormioni id suadere in mentem incidisset 4,
Neu me cupidum eo 5 impulisset, quod mihi principium est mali?
Non potitus 6 essem: fuisset tum mihi illos ægre aliquot 7 dies:
At non quotidiana cura haec angeret animum. P. Audio 8.
A. Dum exspecto quam mox veniat, qui adimat hanc mihi consuetudinem 9.
P. Aliis, quia defit quod amant, aegre est: tibi, quia supersit, dolet.

1 Num fieri potuit, rem ad hunc statum peruenisse. 2 Quum aduentus eius recordor. *Aduenti* est pro *aduentus* flexione antiqua. 3 temerarius, inconsultus, praeceps. 4 vtinam Phormioni non incidisset in mentem id suadere. 5 ad eam rem, ad nuptias. 6 si hac virgine non potitus essem. 7 dolorem quidem habuissem per aliquot dies. 8 Ironice. Audio quidem, quod dicis, sed longe aliter sentio. 9 cum amica.

10 pa-

Amore abundas, Antipho.
Nam tua quidem hercle certe vita haec expetenda optandaque est.
Ita me dii bene ament, vt mihi liceat tam diu, quod amo, frui,
Iam depaciſci mortem 10 cupio : tu coniicito caetera,
Quid ego ex hac inopia nunc capiam, & quid tu 11 ex iſtac copia :
Vt ne addam, quod ſine ſumtu, ingenuam 12, liberalem 13 nactus es,
Quod habes, ita vt voluiſti, vxorem ſine mala fama 14; palam
Beatus 15, ni 16 vnum deſit, animus 17 qui modeſte 18 iſtaec ferat.
Quod ſi tibi res ſit cum eo lenone, quocum mihi eſt, tum ſentias 19.
Ita plerique ingenio ſumus omnes: noſtri nosmet 20 pœnitet.
A. At tu mihi contra nunc videre 21 fortunatus, Phaedria,
Cui de integro eſt poteſtas 22 etiam conſulendi, quid velis;

Re-

10 pactionem facere cum morte libens, tunc poſtea mori vellem. 11 capis. 12 liberam. 13 honeſtam. 14 quae bonam famam habet. 15 felix vtique fores. 16 niſi vnum hoc tibi adhuc deeſſet. 17 nempe animus, 18 moderate. 19 *da wirdeſt du es ſchon empfinden.* 20 nos plerumque non ſumus contenti nobiſcum aut cum noſtra fortuna. 21 videris. 22 qui plenam libertatem ha-

Retinere, amare, amittere 23: ego in eum incidi infelix locum 24,
Ut neque mihi eius sit amittendi, nec retinendi copia 25.
Sed hoc quid est? videone ego aduenire huc currentem Getam?
Is ipsus est. Hei, timeo miser: quam nunc mihi hic rem nunciet.

habes. 23 illam deserere. 24 statum. 25 potestas.

ACTVS I. SCENA IV.

GETA, ANTIPHO, PHÆDRIA.

G. NVllus es 1, Geta, nisi iam aliquod tibi consilium celere 2 reppereris 3,
Ita subito nunc imparatum tanta te 4 impendent mala,
Quae neque vti diuitem 5 scio, neque quo modo me inde extraham.
Nam non potest celari 6 nostra diutius iam audacia:
Quae si non astu 7 prouidentur 8, me aut herum perfundabunt.
A. Quidnam 9 ille commotus 10 venit? G. Tum 11 temporis punctum 12 mihi

1 Periisti actum est de te, 2 celeriter. 3 excogitabis. 4 tibi. 5 neque tamen scio, quomodo euitare possim haec mala. 6 occultari. 7 callide. 8 prospiciuntur, cauentur. 9 quare. 10 territus. 11 praeterea. 12 *nur ein Augenblick.*

13 quod-

Ad hanc rem est: herus adest. A. Quid istuc est mali!

G. Quod cum audierit, quod eius remedium inveniam iracundiae 13?

Loquar ne? incendam 14: taceam? instigem: purgem 15 me? laterem lauem 16.

Heu me miserum! cum mihi paueo 17, tum Antipho me excruciat animi:

Eius me miseret 18: ei nunc timeo: is nunc me retinet: nam 19 absque eo

Esset, recte ego mihi vidissem 20 & senis essem vltus iracundiam:

Aliquid conuasassem 21, atque hinc me coniicerem 22 protinus in pedes.

A. Quam hic fugam aut furtum parat 23?

G. Sed vbi Antiphonem reperiam? aut qua quaerere insistam 24 via?

P. Te nominat. A. Nescio quod magnum huc nuncio exspecto malum.

P. Ah, sanusne 25 es?

G. Do-

3 quodnam remedium inueniam, ad sedandam eius iracundiam? 14 augebo eius iram. 15 excusem. 16 *Ziegel-Steine weiß waschen*; id est, frustra omnem operam impendam, per laterem enim nihil aliud intelligimus, quam massam vel ex argilla vel luto maceriis ædificandis idoneo, non igne, sed Sole induratam. 17 timeo. 18 pro eo. 19 si. 20 prospexissem, cauissem. 21 collegissem, corrasissem. Significat quasi *vasa colligere:* deinde dicitur, quum furtum colligitur. 22 coniecissem, profugissem. 23 meditatur. 24 pergam. 25 puto te esse

G. Domum ire pergam: ibi plurimum 26 eſt. P. Reuocemus hominem. A. Sta illico 27! G. Hem!
Satis pro imperio 28, quisquis es. A. Geta. G. Ipſe eſt, quem volui obuiam 29.
A. Cedo 30, quid portas, obſecro? atque id, ſi potes, 20 verbo 31 expedi.
G. Faciam. A. Eloquere. G. Modo apud portum 32, Æ. Meumne. G. Intellexti. A. Occidi! P. Hem!
A. Quid agam? P. Quid ais? G. Huius 33 patrem vidiſſe, me, patruum tuum.
A. Nam quod ego huic nunc ſubito exitio 34 remedium inueniam miſer?
Quod ſi eo 35 meae fortunae redeunt, Phaniam 36, abs te vt diſtrahar,
Nulla eſt mihi vita expetenda 37. G. Ergo iſtaec 25 cum ita ſint, Antipho,
Tanto magis te aduigilare aequum eſt. Fortes fortuna 38 adiuuat.

eſſe inſanum. 26 plerumque. 27 confeſtim. 28 *den giebts trotzig genug.* 29 mihi fieri, ire. 30 dic mihi. 31 vnico verbo dicas. 32 ſcil. vidi patrem tuum. 33 hoc dico, me vidiſſe patrem huius. 34 contra tam ſubitam & inopinatam calamitatem. 35 in illum ſtatum. 36 o mea. 37 ego mallem mori. 38 *wagen gewinnet.* Cicero Tuſcul. quaeſt lib. II. c. 4. *Fortes enim non modo fortuna adiuuat, vt eſt in trito prouerbio, ſed multo magis ratio, quae quibuſdam quaſi praeceptis confirmat vim fortitudinis.*

39 apud

A. Non ſum apud me. G. Atqui opus eſt nunc cum maxume, vt ſis 39 Antipho:
Nam ſi ſenſerit te timidum pater eſſe, arbitrabitur
Commeruiſſe culpam 40. P. Hoc verum eſt. A. Non poſſum immutarier.
G. Quid faceres, ſi aliquid grauius tibi nunc faciundum foret?
A. Cum hoc non poſſum 41, illud minus poſſem. G. Hoc nihil eſt, Phaedria: ilicet 42:
Quid conterimus 43 operam fruſtra? quin 44 abeo. P. Et quidem ego 45. A. Obſecro,
Quid ſi aſſimulo? ſatin' eſt? G. Garris. A. Vultum contemplamini, hem,
Satisne ſic eſt? G. Non. A. Quid ſi ſic? G. Propemodum. A. Quid ſi ſic? G. Sat eſt.
Hem iſtuc ſerua, & verbum verbo, par pari, vt reſpondeas,
Ne ſuis te iratus ſaeuis dictis protelet 46. A. Scio.
G. Vi 47 coactum te eſſe inuitum, lege, iudicio: tenes 48?
Sed quis hic eſt ſenex, quem video in vltima platea? A. Ipſus 49 eſt.
Non poſſum adeſſe. G. Ah quid agis? quo abis, Antipho? mane.

Mane

39 apud te, vt animum habeas non timidum. 40 te aliquid peccaſſe. 41 facere. 42 ire licet, 43 impendimus. 44 imo, vtique. 45 abeo. 46 *übertölpele, überſtoſſe*, defatiget, vincat. 47 dices, te eſſe vi. 48 intelligis, quod dico? 49 pater.

Mane, inquam. Æ. Egomet me noui, & peccatum meum: 40
Vobis commendo Phanium, & vitam meam.
P. Geta, quid nunc fiet? G. Tu iam lites audies:
Ego plectar 50 pendens, nisi quid me fefellerit.
Sed quod modo heic nos Antiphonem monuimus,
Id nosmet ipsos facere oportet, Phaedria. 45
P. Aufer mihi, oportet: quin 51 tu, quid faciam 52, impera.
G. Meministine olim vt fuerit vostra oratio
In re incipiunda ad defendendam noxiam 53?
Iustam illam caussam, facilem, vincibilem, optumam.
P. Memini. G. Hem, nunc ipsa ea 54 est opus, aut 50 si quid 55 potest,
Meliore, & callidiore. C. Fiet sedulo.
G. nunc prior adito tu: ego in insidiis 56 heic ero
Succenturiaturus 57, si quid deficies. P. Age.

50 ego pendebo & poenam dabo in patibulo. 51 imo tu ipse. 52 facere debeam. 53 meministine, quid olim dixeris, cum rem inciperes, quomodo velles defendere culpam. 54 hac oratione. 55 si modo fieri. 56 *im Hinterhalt* 57 allaturus tibi auxilium, *succenturiatus* est, qui explendae centuriae militaris gratia se subiicit ad supplendum ordinem.

ACTVS I. SCENA V.

DEMIPHO, GETA, PHAEDRIA.

D. ITa ne tandem vxorem duxit Antipho inius-su 1 meo?

1 Contra iussum ac voluntatem meam.

2 nolo

Nec meum imperium, age, mitto 2 imperium,
non ſimultatem 3 meam
Reuereri 4 ſaltem? non pudere 5? o facinus audax!
o Geta
Monitor 6! G. Vix tandem 7. D. Quid mihi dicent?
aut quam cauſſam reperient 8?
Demiror. G. Atqui repperi iam; aliud cura. D. An
hoc dicet mihi?
Inuitus feci: lex coegit. Audio & fateor. G. Pla-
cet.
D. Verum ſcientem, tacidum cauſſam tradere ad-
verſariis 9,
Etiamne id lex coëgit? P. Illud durum 10. G. Ego
expediam 11: ſine 12.
D. Incertum eſt, quid agam, quia praeter ſpem,
atque incredibile hoc mihi obtigit.
Ita ſum iratus, animum vt nequeam ad cogitan-
dum inſtituere 13.
Quamobrem omnes, cum ſecundae res 14 ſunt
maxume, tum maxume
Meditari ſecum oportet, quo pacto aduorſam 15
aerumnam ferant:

Peri-

2 nolo dicere imperium ſeu mandatum. 3 iram. 4 veritus eſt. 5 non puduit ipſum? 6 magiſter morum! Ironice. Tu magiſter eius es morum, *ſein Hoffmeiſter*; ſed ipſe ad omnia facinora mala eum incitas. 7 ego nunc liberabor a ſuſpicione & culpa. 8 excuſationem excogitabunt. 9 verum an te decuit &c. 10 dura eſt haec conditio 11 rem totam conficiam. 12 permitte. 13 dirigere. 14 omnia procedunt ex voto. 15 infortunium

Pericla, damna, exilia peregre rediens ſemper cogitet 16,
Aut filii peccatum, aut vxoris mortem, aut morbum filiae:
Communia 17 eſſe haec, fieri poſſe: vt 18 ne quid animo ſit nouum:
Quidquid praeter ſpem eueniat, omne id deputare 19 eſſe in lucro.
GO Phaedria, incredibile eſt, quanto herum anteeo 20 ſapientia.
Meditata 21 mihi ſunt omnia mea incommoda: herus ſi redierit,
Molendum 22 vsque in priſtino: vapulandum: habendae compedes 23:
Opus ruri faciundum: horum nil quidquam accidet animo 24 nouum:

Quid-

---

cunium. 16 ille, qui ex peregrinis locis redit domum, ſemper cogitet, potuiſſe accidere pericula &c. 17 haec fieri ſolere inter homines. 18 *damit es einem nicht als etwas neues vorkomme.* 19 putare pro lucro. 20 antecello. 21 *Meditatus* paſſiue vſurpatur. Cicero Orat. *Meditata nobis ad hoc cauſſarum genus eſſe debebunt ea, quae dicenda erunt in orationibus.* Philipp. II. 34. *Attuleras meditatum & cogitatum ſcelus.* Idem de Offic. I. *Leuiora ſunt, quae repentino aliquo motu accidunt, quam ea quae meditata & praeparata inferuntur.* Silius Italic. Lib. VII. v. 311

nunc percipe porro,
Quae meditata mihi.

22 mihi erit. 23 & ego feram compedes, ſeu vincula. 24 meo.

25 re

Quidquid praeter ſpem eueniet, omne id deputabo eſſe in lucro.
Sed quid hominem ceſſas adire, & blande in principio alloqui?
D. Mei fratris video filium ire mihi obuiam.
P. Mi patrue ſalue. D. Salue. ſed vbi eſt Antipho?
25 P. Saluum venire 25. D. Credo: hoc reſponde mihi.
P. Valet: heic eſt. ſed ſatin' omnia ex ſententia 26?
D. Vellem quidem 27. P. Quid iſtuc? D Rogitas, Phædria?
Bonas 28 me abſente heic confeciſtis nuptias.
P. Eho, an id ſuccenſes 29 nunc illi? G. Artificem probum!
30 D. Egone illi non ſuccenſeam? ipſum geſtio 30
Dari mi in conſpectum, nunc ſua culpa 31, vt ſciat
Lenem 32 patrem illum factum me eſſe acerrimum.
P. Atqui nil fecit, patrue, quod 33 ſuccenſeas.
D. Ecce autem ſimilia 34 omnia: omnes congruunt 35:
35 Unum 36 cognoris, omnes noris. P. Haud ita eſt.
D. Hic in noxa 37 eſt, ille ad defendendam cauſſam adeſt.

Cum

25 te gaudeo. 26 procedunt, fluunt. 27 omnia feliciter proceſſiſſe. 28 egregias ſcilicet. 29 propterea iratus es. 30 cupio, opto. 31 per ſuam culpam. 32 clementem, blandum, facilem. 33 propter quod. 34 omnes ſibi inuicem ſunt ſimiles. 35 iisdem ſunt moribus. 36 ſi, 37 culpa.

38 adeſt

Cum ille eſt 38, hic praeſto 39 eſt: tradunt operas mutuas 40.
G. Probe eorum facta imprudens depinxit ſenex.
D. Nam ni haec ita eſſent, cum illo haud ſtares 41, Phaedria.
P. Si eſt, patrue, culpam vt Antipho in ſe admiſerit,
Ex qua re minus rei foret aut famæ temperans 42
Non cauſſam 43 dico, quin, quid meritus ſit, ferat 44.
Sed ſi quis forte malitia fretus ſua,
Inſidias noſtrae fecit adoleſcentiae,
Ac vicit; noſtrane culpa ea eſt, an iudicum,
Qui ſaepe propter inuidiam adimunt diuiti,
Aut propter miſericordiam addunt pauperi?
G. Ni noſſem cauſſam, crederem vera hunc loqui.
D. An quisquam iudex eſt, qui poſſit noſcere
Tua iuſta 45, vbi tute verbum non reſpondeas,
Ita vt ille fecit? P. Functus 46 adoleſcentuli eſt
Officium liberalis: poſtquam ad iudices
Ventum eſt non potuit cogitata 47 proloqui:

Ita

38 adeſt. 39 etiam hic præſens eſt. 40 *ſie helffen einander.* 41 *ſo würdeſt du ſeine Parthey ſchwerlich halten.* 42 quamobrem ille laeſerit vel rem familiarem ſuam vel bonam famam. 43 non impedio, non deprecor. 44 patiatur. 45 quod tu habeas cauſſam iuſtam. 46 *fungi* cum caſu accuſatiuo conſtruitur, quod paſſim obſeruatum atque inluſtratum fuit. 47 ea, quae excogitauerat, meditatus erat. Velleius Paterc. II. 13. 4. *Denique ea fortuna Druſi fuit, vt malefacta collegarum, quam*

D. Poſtremo,ſi nullo alio pacto,foenore 60.
G. Hui,dixti pulchre,ſi quidem quisquam crederet 61
Te 62 viuo,D. Non, non ſic futurum 63 eſt, non poteſt 64.
Egone illam cum illo vt patiar nuptam 65 vnum diem?
Nil ſuaue meritum 66 eſt. hominem commonſtrarier
Mihi iſtam volo,aut,vbi habitet demonſtrarier.
G. Nempe Phormionem. D. Iſtum patronum 67 mulieris.
G. Iam faxo heic aderit. D. Antipho vbi nunc eſt? P. Foris.
D. Abi Phaedria,eum require atque adduce huc. P. Eo
Recta via quidem illuc. G. Nempe ad Pamphilam. D. At ago
Deos penateis: hinc ſalutatum 68 domum
Diuortor 69: inde ibo ad forum,atq; aliquot mihi
Amicos aduocabo,ad hanc rem qui adſient,
Vt ne imparatus ſim,ſi adueniat Phormio.

ACTVS

60 debuiſſet pecuniam ſumere pro foenore,ſi alio modo non potuiſſet eam nanciſci. 61 filio tuo argentum. 62 dum tu pater filii adhuc viuis. 63 fiet. 64 ita fieri. 65 deſponſatam eſſe. 66 nulla merces mihi tam ſuauior eſt, quae me permouere poſſit,vt has nuptias concedam. 67 aduocatum. 68 ad ſalutandum. 69 abeo.

ACTVS II. SCENA I.

PHORMIO, GETA.

P. ITane patris, ais, conſpectum veritum 1 hinc abiiſſe? G. Admodum 2.
P. Phaniam relictam ſolam 3? G. Sic. P. Et iratum ſenem 4?
G. Oppido 5. P. Ad te ſumma ſolum, Phormio, rerum 6 redit:
Tute hoc intriſti, tibi omne eſt exedendum 7: accingere 8.
G. Obſecro te, P. Si rogitabit. G. In te ſpes eſt. P. Ecce re 9:
Quid ſi reddet 10? G. Tu impuliſti. P. Sic opinor. G. Subueni 11.
P. Cedo 12 ſenem: iam inſtructa ſunt mihi in corde conſilia omnia.
G. Quid ages? P. Quid vis? niſi vti maneat Phanium, atque ex crimine hoc
Antiphonem eripiam, atque in me omnem iram deriuem ſenis?
G. O vir fortis, atque amicus! verum hoc ſaepe, Phormio,

Ve-

1 An vero ais, quod ille abierit hinc, quoniam timuit conſpectum patris? 2 vtique. 3 & dicis etiam, quod Phanium ſola relicta ſit? 4 eſſe. 5 omnino, valde erat iratus. 6 *das Haupt-VVerck.* 7 *du haſt es ſelber eingebrockt, ſo muſt du es auch ſelber außeſſen.* 8 para te ad hoc. 9 omnino. 10 mulierem. 11 fer mihi auxilium. 12 veniat modo ſenex.

13 ne

Vereor, ne istæc fortitudo in neruum erumpat 13
denique. P. Ah,
Non ita est: factum est periclum 14, iam pedum
visa 15 est via.
Quot me censes homines iam deuerberasse vsque
ad necem,
Hospites? tum ciues? quo magis noui 16, tanto
saepius,
Cedo 17 dum, en vnquam iniuriarum audisti mi
scriptam dicam 18?
G. Quei istuc? P. Quia non rete accipitri tendi-
tur, neque miluio,
Qui male faciunt nobis, illis, qui nil 19 faciunt,
tenditur 20:
Quia 21 etiam in illis fructus 22 est, in illis opera
luditur 23
Aliis aliunde est periclum, vnde aliquid abradi 24
potest.
Mihi sciunt nihil esse 25 Dices: ducent 26 damna-
tum domum.

Alere

13 ne tua fortitudo tandem neruos seu vincula accipiat pro fructu laboris. 14 *es ist nun einmahl darauf gewaget.* 15 iam vidi viam, in qua pedes mei poterunt currere, in qua ego aufugere potero. 16 eos, tanto etiam saepius soleo eos diuerberare. 17 dic mihi. 18 *ein Iniurien-Proceß.* 19 nobis. 20 rete. 21 hoc enim ideo fit, quia. 22 ex illis quaedam vtilitas sperari potest. 23 omnis opera frustra impenditur. 24 desumi, cripi. 25 sciunt omnes, me nihil habere, pauperem esse. 26 te.

27 po-

Alere nolunt hominem edacem: & ſapiunt mea ſententia,
Pro maleficio ſi beneficium ſummum nolunt reddere.
G. Non pote 27 ſatis pro merito ab illo tibi referri gratia.
P. Imo enim nemo ſatis pro merito gratiam regi refert 28.
25 Te ne a ſymbolum 29 venire? vnctum, atque lautum a balneis,
Otioſum ab animo? cum ille & cura 30, & ſumtu abſumitur,
Dum 31 tibi fit, quod placeat: ille ringitur 32, tu rideas:
Prior bibas, prior decumbas 33: coena dubia apponitur.
G. Quid iſtuc verbi 34 eſt? P. Ubi 35 tu dubites, quid ſumas potiſſimum.
30 Haec cum rationem ineas, 36 quam ſint ſuauia, & quam cara 37 ſint;
Ea qui praebet, non tu haec habeas plane praeſentem deum 38?

G. Se-

27 poteſt. 28 habet, agit, regi, id eſt, ei, a quo alitur paraſitus, qui patronum ſuum per blanditias appellat regem. 29 tune venias ita, vt nullam conferas pecuniam? 30 per curam & continuos ſumtus. 31 dummodo tu habeas. 32 *er krauete ſich hinter den Ohren.* 33 eas ad menſam, coenam. 34 quid ſignificat hoc verbum: *dubia coena?* 35 quando. 36 quando expendis. 37 grata. 38 non tu habeas illum, qui haec tibi praebet, tan-

G. Senex adeſt, vide quid agas: prima coitio 39 eſt acerrima:
Si eam ſuſtinueris, poſt illa iam, vt lubet, ludas 40 licet.

tanquam praeſentem & benigniſſimum deum? 39 *der erſte Gang oder Anfall.* 40 potes illum vexare & illudere.

ACTVS II. SCENA II.

DEMIPHO, GETA, PHORMIO.

D. EN vnquam cuiquam contumelioſius
Audiſtis factam 1 iniuriam, quam haec eſt mihi?
Adeſte 2 quaeſo. G. Iratus eſt. P. Quin tu hoc age,
Iam ego hunc agitabo 3. Pro deum immortalium!
Negat Phanium eſſe hanc ſibi cognatam Demipho? 5
Hanc Demipho negat eſſe cognatam? G. Negat.
D. Ipſum eſſe 4opinor, de quo agebam: ſequimini.
P. Neque eius patrem ſe ſcire, qui fuerit? G. Negat.
P. Nec Stilphonem ipſum ſcire, qui fuerit? G. Negat.
Quia egens relicta eſt miſera, ignoratur 5 parens, 10
Negligitur ipſa: vide, auaritia quid facit.
G. Si herum inſimulabis auaritiæ, male audies 6.
D. O audaciam! etiam me vltro accuſatum 7 advenit?

P. Nam

1 Fuiſſe. 2 aduenite, accedite. 3 vexabo. 4 adeſſe. 5 nemo vult ſcire, quis eius pater fuerit. 6 malam famam accipies. 7 vt me accuſet.

8 quam-

P. Nam iam adoleſcenti nihil eſt quod 8 ſuccenſeam,
Si illum minus 9 norat; quippe homo iam grandior 10,
Pauper, cui in opere 11 vita erat, ruri fere
Se continebat 12: ibi agrum 13 de noſtro patre
Colendum habebat: ſaepe interea mihi ſenex
Narrabat, ſe hunc negligere cognatum ſuum.
At quem 14 virum? quem ego viderim in vita optumum.
G. Videas, te, atque illum, vt narras 15. P. Abi in malam 16 crucem:
Nam ni ita eum exiſtumaſſem 17, nunquam tam graueis
Ob hanc 18 inimicitias caperem in 19 voſtram familiam,
Quam 20 is 21 aſpernatur nunc tam inliberaliter 22.
G. Pergin' hero 23 abſenti male loqui, impuriſſime 24?
P. Dignum autem hoc illo 25 eſt. G. Ain' tandem, carcer 26? D. Geta. G. Bo-

8 quamobrem iraſcar. 9 non ſatis recte. 10 natu, iam ſenex. 11 labore perpetuo, qui in labore vitam ſuam tranſigebat. 12 ſemper viuebat. 13 praedium, *ein Land-Gütgen.* 14 quam egregium. 15 probe expendas, quemadmodum te laudes atque illum. 16 ad patibulum. 17 niſi eum ſemper habuiſſem pro viro bono 18 mulierem. 19 contra. 20 mulierem. 21 herus tuus contemnit. 22 inhoneſte. 23 de hero meo. 24 homo impudentiſſime. 25 ita ille promeruit. 26 homo, qui

G. Bonorum extortor, legum contortor 27. D. Geta.
P. Reſponde. G. 28 Quis homo eſt? ehem. D. Tace. G. Abſenti tibi
Te indignas ſeque dignas contumelias
Nunquam ceſſauit dicere hodie. D. Ohe, deſine.
Adoleſcens, primum abs de hoc bona 29 venia peto,
Si tibi placere potis 30 eſt, mihi vt reſpondeas:
Quem amicum tuum ais fuiſſe iſtum, explana 31 mihi,
Et quei cognatum me ſibi eſſe diceret.
P. Proinde expiſcare 32, quaſi non noſſes. D. Noſſem 33? P. Ita.
D. Ego me nego 34: tu, qui ais, redige ad memoriam 35.
D. Eho, tu ſobrinum 36 tuum non noras? D. Enecas 37:
Dic nomen. P. Nomen? maxume. D. Quid nunc taces?
P. Perii, hercle nomen perdidi. D. Hem, quid ais? P. Geta,

qui dignus es carcere & vinculis. 27 qui bona extorquens, & leges contorquere ſoles. 28 ille nunquam ceſſauit hodie contumelias de te abſente tales loqui, quae in ipſum conueniunt, non autem in te. 29 *mit Erlaubniſs.* 30 ſi tibi placet. 31 explica. 32 *du muſt es ausforſchen,* quaſi non noſſes illum. 33 egone illum noſſem? 34 ego affirmo, me illum non noſſe. 35 *du muſt mich deſſen erinnern,* 36 *deiner Mutter Schweſter Sohn.* 37 me defatigas.

38 adde

Si meminisli id, quod olim dictum est, subiice 38.
Hem,
Non dico: quasi non noris, tentatum aduenis 39.
D. Egone autem tento 40? G. Stilpho. P. Atque
adeo, quid mea 41?
Stilpho est. D. Quem dixti? P. Stilphonem, in-
quam noueras?
D. Neque ego illum noram, neque mihi cogna-
tus fuit
Quisquam isto nomine. P. Ita ne 42? non te ho-
rum 43 pudet?
At si talentum 44 rem reliquisset decem 45.
D. Dii tibi male faciant. P. Primus esses memo-
riter,
Progeniem vostram vsque ab auo atque atauo pro-
ferens 46. (mihi
D. Ita 47 vt dicis: ego tum, cum aduenissem, quei
Cognata ea esset, dicerem: itidem 48 tu face.
Cedo 49 quei est cognata? G. Heus nostet, recte:
heus tu caue,
P. Dilucide expedi, 50 quibus 51 me oportuit
Iudicibus. tum, id si falsum fuerat, filius
Cur non refellit? D. Filium narras mihi?

Cuius

38 adde, adfer, reuoca in memoriam. 39 aduenis vt me tentes. 40 te. 41 quid hoc ad me attinet? 42 est. 43 verborum. 44 talentorum. 45 *Vermögen*. 46 proferres, prolaturus esses. 47 est. 48 similiter etiam tu facere debes. 49 dic mihi. 50 clarissime demonstrauit. 51 illis iudicibus, quibus me oportuit illud demonstrare. 52 vti

Cuius de ſtultitia dici, vt dignum 52 eſt. non 53 po-
teſt.
P. At tu, qui ſapiens es, magiſtratus adi,
Iudicium de eadem cauſſa iterum vt reddant
tibi;
Quando quidem ſolus regnas, & ſoli licet
Heic de eadem cauſſa bis iudicium adipiſcier 54.
D. Etſi facta mihi iniuria eſt, veruntamen
Potius quam lites ſecter 55, aut quam te audiam,
Itidem vt cognata 56 ſi ſit, id quod lex iubet
Dotem dare; abduce hanc, minas quinque accipe.
P. Ha, ha, hae, homo ſuauis! D. Quid eſt? num
iniquum poſtulo?
An ne hoc quidem ego adipiſcar, quod ius publi-
cum eſt?
P. Itane tandem quaeſo, ciuem vbi abuſus 57 ſis.
Mercedem dare lex iubet ei, atque amittere 58? an.
Vt ne quid turpe ciuis in ſe admitteret 59
Propter egeſtatem, proximo 60 iuſſa eſt dari 61,
Vt cum vno 62 aetatem degeret 63? quod tu vetas.
D. Ita, proxumo quidem 64: at nos vnde 65 aut
quam ob rem? P. Ohe,

52 vti fas eſſet. 53 ſatis. 54 impetrare. 55 vt. 56 non aliter ac ſi ſit cognata. 57 *Abutor* iungitur caſui accuſandi per Archaiſmum. 58 ablegare, dimittere, *lanffen laſſen*. 59 ne ciuis virgo aliquid faciat indecorum. 60 cognato. 61 in matrimonium. 62 viro. 63 ſemper viueret. 64 iuſſa eſt dari. 65 *aber wie kommen wir dazu?*

66 ita

Actum, aiunt, ne agas 66. D. Non agam 67? imo haud desinam,
Donec perfecero hoc. P. Ineptis. D. Sine 68 modo.
P. Postremo tecum nihil rei nobis, Demipho, est.
Tuus est damnatus 69 gnarus, non tu: nam tua
Praeterierat iam ducenti aetas 70. D. Omnia haec
Illum putato, quae ego nunc dico, dicere:
Aut quidem cum vxore hac ipsum prohibebo domo.
G. Iratus est. P. Tute idem melius feceris 71.
D. Itane es paratus facere me aduorsum 72 omnia,
Infelix? P. Metuit hic nos, tametsi sedulo
Dissimulat. G. Bene habent tibi principia 73. P.
Quin 74, quod est
Ferundum, fers: tuis dignum factis feceris 75,
Vt amici inter nos simus. D. Egone tuam expetam
Amicitiam? aut te visum, aut auditum velim 76?
P. Si concortabis cum illa, habebis, quae tuam
Senectutem oblectet: respice aetatem 77 tuam.
D. Te oblectet: tibi habe 78. P. Minue vero iram.
D. Hoc age:

Satis

66 in prouerbio dici solet: non esse iterum illud agendum, quod iam semel actum est. 67 ego vero id non agam? 68 *lass du mich nur machen.* 69 in iudicio. 70 nam tu illam ducere non potes propter senectutem. 71 faceres tu ipse. 72 aduorsum me. 73 *der Anfang gehet gut.* 74 imo. 75 facies id, quod te decet. 76 egone te velim videre aut audire? 77 senectutem. 78 illam, *du magst sie wohl behalten.*

79 ali-

Satis iam verborum eſt: niſi tu properas mulierem
Abducere, ego illam eiiciam: dixi, Phormio.
P. Si tu illam attigeris ſecus 79, quam dignum eſt liberam 80,
Dicam impingam tibi grandem 81: dixi, Demipho.
Si quid opus fuerit, heus domo me 82. G. Intelligo.

79 aliter. 80 liberam ciuem attingere. 81 *ſo werde ich dir einen ſchreklichen Proceſs an den Halſs werffen.* 82 inuenies.

ACTVS II. SCENA III.

DEMIPHO, GETA, HEGIO, CRATINVS, CRITO,

D. QVanta me cura & ſolicitudine afficit
Gnatus 1, qui me & ſe hiſce impediuit 2 nuptiis!
Neque mi in conſpectum prodit, vt ſaltem 3 ſciam,
Quid de hac re dicat, quidue ſit ſententiae 4.
Abi tu, viſe 5, redierit ne iam, an nondum, domum.
G. Eo. D. Videtis, quo in loco 6 res haec ſiet.
Quid ago? dic, Hegio. H. Ego 7? Cratinum cenſeo 8,
Si tibi videtur 9. D. Dic, Cratine. Cra. Mene vis 10?
D. Te. Cra. Ego 11 quae in rem tuam ſint, ea velim facias: mihi

1 Filius meus. 2 implicauit. 3 ad minimum. 4 & quam habeat ſententiam. 5 vide. 6 ſtatu. 7 egone dicam? 8 vt dicat ſuam ſententiam. 9 placet. 10 dicere meam ſententiam. 11 velim cenſeo.

12 tuam

Sic hoc videtur, quod te absente hic filius [10]
Egit, restitui in integrum aequum esse, & bonum,
Et id impetrabis: dixi. D. Dic nunc, Hegio [12].
H. Ego sedulo hunc dixisse credo: verum ita est,
Quot homines, tot sententiae [13]: suus cuique mos [14].
Mihi non videtur, quod sit factum [15] legibus, [15]
Rescindi [16] posse; & turpe inceptum [17] est. D. Die [18], Crito.
Cri. Ego amplius deliberandum censeo:
Res magna est. H. Nunquid nos vis [19]? D. Fecistis probe:
Incertior sum multo, quam dudum [20]. G. Negant [21]
Rediisse. D. Frater est exspectandus mihi: is [20]
Quod mihi dederit de hac re consilium, id sequar.
Percontatum [22] ibo ad portum, quoad [23] se recipiat. G. At

12 tuam sententiam. 13 Iuuenalis Satir. V.

Mille hominum species, & rerum discolor vsus.
Velle suum cuique est, nec voto viuitur vno.

Horatius II. Sat. I. *Quod capitum viuunt, tot ibem studiorum millia.* Nos dicimus: *viel Köpff, viel Sinn.* 14 *einem ieden Narren gefellt seine weis* 15 constitutum per leges. Quintilianus: *Quidquid lege factum est, vindicari lege non solet & iudicia iudiciis rescindi non possunt.* 16 tolli, reiici. 17 consilium. 18 tuam sententiam. 19 est formula abeuntium, pro: num quid aliud est, quod a nobis velis, prius quam abeamus? 20 antea fui. 21 affirmant, eum non rediisse. 22 vt perconter, inquiram. 23 vsque dum veniat.

24 venire

G. At ego Antiphonem quaeram, vt, quae acta heic sint, sciat.
Sed eccum ipsum video in tempore huc se recipere 24.

24 venire.

ACTVS III. SCENA I.

ANTIPHO, GETA.

A. ENim vero, Antipho, multis modis cum istoc animo 1 vituperandus es.
Itane 2 te hinc abiisse, & vitam tutandam dedisse aliis tuam?
Alios tuam rem credidisti, quam tete, animaduersuros 3 magis?
Nam, vt vt erant 4 alia, illi 5 certe consuleres, quae nunc tibi domi est.
Ne quid propter tuam fidem decepta potiretur 5 mali 6?
Cuius nunc miserae 7 spes opesque sunt in te vno omnes sitae.
G. Equidem here, nos iam dudum heic te absentem incusamus, qui 8 abieris.
A. Te ipsum quaerebam. G. Sed ea causa 9 nihilo magis defecimus 10.

1 Tuo tam molli & timido. 2 decuit. 3 an credidisti alios obseruaturos esse magis tuam caussam, quam te ipsum. 4 *andre Dinge mochten seyn, vvie sie vvolten.* 5 mulieri. 6 ne illa incideret in aliquam miseriam propter te. 7 mulieris. 8 quod. 9 propterea. 10 animum non abiecimus.

11 statu.

A. Loquere, obſecro, quonam in loco 11 ſunt res & fortunae meae?

Nunquid patri ſubolet 12? G. Nil etiam 13. A. Ecquid ſpei porro eſt? G. Neſcio. A. Ah!

G. Niſi Phaedria haud ceſſauit pro te 14 eniti. A. Nihil 15 fecit noui.

G. Tum Phormio itidem in hac re, vt in aliis, ſtrenuum 16 hominem praebuit.

A. Quid is fecit? G. Confutauit verbis admodum iratum ſenem.

A. Heu Phormio. G. Ego 17, quod potui porro. A. Mi Geta, omnes vos amo.

G. Sic ſese habent principia, vt dico, adhuc tranquilla 18 res eſt:

Manſurusque 19 patruum pater eſt, dum 20 huc adueniat. A. Quid eum 21? G. Aiebat,

De 22 eius conſilio velle ſese facere, quod ad hanc rem attinet.

A. Quantus metus eſt mihi, venire huc ſaluum nunc patruum, Geta,

Nam, vt audio, per vnam eius aut vinam aut moriar ſententiam.

G. Phae-

11 ſtatu. 12 obſeruauit. 13 olfecit. 14 hoc vero ſcio, quod Phaedria pro te laborauerit magno ſtudio. 15 hoc etiam ille antea ſaepius fecit. 16 fortem & fidelem ſe. 17 feci. 18 in bono & tranquillo ſtatu. 19 & exſpectaturus. 20 vſque tum ille. 21 cur vero eum exſpectat? 22 iuxta conſilium.

23 prae-

G. Phaedria tibi adeſt 23. A. Vbinam? G. Eccum ab ſua palaeſtra 24 exit foras. 20

23 praeſens eſt, adſtat. 24 ex ſua ſchola, ex domo lenonis.

ACTVS III. SCENA II.

PHAEDRIA, DORIO, ANTIPHO, GETA.

P. DOrio, audi obſecro. D. Non audio. P. Parumper 1. D. Quin omitte me 2.

P. Audi quod dicam. D. At enim taedet iam audire eadem millies.

P. At nunc dicam, quod lubenter audias. D. Loquere, audio.

P. Nequeo te exorare, vt maneas triduum 3 hoc? quo 4 nunc abis?

D. Mirabar 5, ſi tu mihi quidquam afferres noui. 5

A. Hei, metuo lenonem, ne quid ſuo ſuat 6 capiti. G. Idem ego metuo.

P. Non mihi credis? D. Hariolare 7. P. Sin 8 fidem do. D. Fabulae 9!

P. Foeneratum iſtuc beneficium tibi pulchre dices 10. D. Logi 11!

P. Crede mihi, gaudebis facto 12: verum hercle hoc eſt. D. Somnia 13!

1 Paululum ſaltem audi. 2 *laſs mich mit frieden.* 3 per hos tres dies. 4 quorſum. 5 miratus eſſem. 6 ne quid ſuſcipiat in ſuum ipſius periculum. 7 *du muſt beſſer rathen.* 8 quod ſi vero. 9 nugae ſunt. 10 dicis, hoc beneficium tuum allaturum eſſe ingens foenus. 11 λόγοι, inania verba haec ſunt. 12 fructum capies ex hoc tuo facto. 13 nugae. 14 non

P. Experire, non eſt longum 14. D. Cantilenam eandem canis 15.
P. Tu mihi cognatus, tu parens, tu amicus. D. Gari modo 16.
P. Adeone ingenio eſſe te te duro atque inexorabili,
Vt neque miſericordia neque precibus molliri queas?
D. Adeone te eſſe incogitantem atque impudentem, Phaedria,
Vt phaleratis dictis ducas 17 me, & meam ductes gratis 18?
A. Miſeritum 19 eſt, P. Hei veris vincor 20. G. Quam ſimilis 21 vterque eſt ſui?
P. Neque, alia Antipho cum occupatus eſſet ſolicitudine,
Tam eſſe hoc mihi objectum malum 22? A. Ahquid iſtuc autem eſt, Phaedria?
P. O fortunatiſſime Antipho! A. Ego ne 23? G. Cui 24, quod amas, domi eſt;
Nec cum huius modi vnquam vſus venit vt conflictares 25 malo.

A. Mi-

14 non requiritur ad id tempus longum. 15 idem repetis, quod iam toties dixiſti. 16 *plaudere ſo lange als du wilſt*, tamen me non perſuadebis. 17 vt me illudas verbis tuis ornatis. 18 & vt ducas in vxorem meam amicam gratis. 19 ego habeo miſericordiam erga illum. 20 vincor a veritate, omnino verum eſt quod dicis. 21 vterque ſeruat ſuam conſuetudinem. 22 calamitas haec mihi accidiſſet. 23 fortunatiſſimus ſim. 24 qui domi habes. 25 nec tibi accidit, vt pugnam, &

C. Mihine domi 26 eſt? imo, id quod aiunt 27, auribus teneo 28 lupum:
Nam neque quo amittam 29 a me inuenio 30, neque, vti retineam, ſcio.
D. Ipſum iſtuc mihi in hoc 31 eſt. A. Eia, ne parum leno ſies 32:
Nam quid hic confecit 33? P. Hiccine 34? quod homo inhumaniſſimus 35:
Pamphilam meam vendidit. G. Quid? vendidit? A. Ain' vendidit?
P. Vendidit. D. Quam indignum facinus! ancillam aere 36 emtam ſuo.
P. Nequeo exorare, vt me maneat 37, & cum illo vt mutet 38 fidem,
Triduum 39 hoc; dum id, quod eſt promiſſum ab amicis, argentum aufero.
Si non tum dedero, vnam praeterea horam ne oppertus 40 ſies.
D. Obtundis 41 A. Haud longum eſt, quod orat Dorio: exoret, ſine 42:

& rem haberes cum tanto infortunio. 26 egone illam habeam domi? 27 in prouerbio. 28 in duplici ſeu anceipiti iam ſum periculo. 29 dimittam. 30 poſſum excogitare. 31 *eben da ſitzt mirs auch* 32 ne parum lucri, tanquam leno, ex eo capias. 33 de pecunia. 34 quid confecerit. 35 facere potuit. 36 pro ſua pecunia. 37 exſpectet. 38 *und ihm den Kauff wieder aufſage.* 39 per hos tres dies. 40 exſpectabis. 41 *du machſt mich ſchier taub.* 42 concede, vt ille te oxoret.

43 er

Idem hic tibi, quod bene promeritus fueris, con-
duplicauerit 43.
D. Verba 44 istaec sunt. A. Pamphilamne hac vrbe
priuari sines?
Tum tu praeterea horum amorem distrahi poterin'
45 pati?
35D. Neque ego, neque 46 tu. C. Dii tibi omnes id,
quod es dignus, duint 47!
D. Ego de complureis aduorsum ingenium 48 me-
um menses toli.
Pollicitantem 49, & nil ferentem, flentem; nunc
contra 50 omnia haec,
Repperi 51, qui det, neque lacrumet; da locum 52
melioribus.
40A. Certe hercle, ego satis si commemini 53, tibi
quidem est olim 54 dies,
Quam 55 ad dares 56 huic 57, praestituta. P. Factum.
D. Num ego istuc nego?
A. Iamne ea 58 praeteriit? D. Non, verum ei haec
anteceſſit 59. A. Non pudet
Vanitatis 60? D. Minime, dum ob rem 61. G. Ster-
quilinium 62. P. Dorio,

Itare

43 *er wird dirs doppelt erſezen.* 44 inania. 45 poteris ne. 46 id pati possumus. 47 dent. 48 naturam & consuetudinem. 49 promittentem multa. 50 e contrario. 51 aliquem. 52 tuum. 53 recordor. 54 iam dudum. 55 ad quem. 56 pretium, pecuniam. 57 puellae. 58 dies. 59 dies. 60 falsitatis, perfidiae. 61 dum modo id fiat ad meum commodum. 62 o homo impurissime. Plautus Casin. I, 1. *Ex sterquilinio effose.*

63 haec

Itane tandem facere oportet? D. Sic ſum 63: ſi placeo, vetere 64.
A. Siccine hunc decipis? D. Imo enim vero, Antipho, hic me decipit:
Nam hic me huiuſmodi 65 ſciebat eſſe: ego hunc eſſe aliter credidi.
Iſte me fefellit: ego iſti nihilo ſum aliter, ac fui.
Sed vt vt haec ſunt, tamen hoc faciam: cras mane argentum mihi
Miles dare 66 ſe dixit: ſi mihi prior tu attuleris 67 Phaedria,
Mea lege 68 vtar, vt potior 69 ſit, qui prior ad dandum eſt, Vale.

63 haec eſt mea conſuetudo. 64 mea oportet. 65 his moribus. 66 ſe dare velle. 67 pecuniam. 68 conſuetudine, lege, quam ipſe mihi conſtitui. 69 vt ille praeferatur reliquis. χάριτος ἕνεκα πραγματείαν ποιησάσθαι, vt Ariſtoteles loquitur lib. IV. Ethic. ad Nicomachum. *Geld iſt die Loſung.*

ACTVS III. SCENA III.

PHAEDRIA, ANTIPHO, GETA.

P. QVid faciam? vnde ego nunc tam ſubito huic argentum inueniam miſer,
Cui minus 1 nihilo eſt? quod ſi hic pote 2 fuiſſet nunc exoarier

1 Quin minus habeo, quam nihilum. Eſt Hyperbole de paupere. Sic hyperbolice Ouidius Eleg. IV, 47, 48. loquitur:

Tot mala ſum paſſus, quod in aethere ſidera lucent,
Paruaque quod ſiccus corpora puluis habet.

2 potuiſſet.

3 iam

Triduum hoc, promiſſum fuerat 3. A. Itane hunc patiemur, Geta,
Fieri miſerum, qui me dudum, vt dixti adiurit 4. comiter?
5 Quin 5, cum opus eſt, beneficium rurſum ei experimur 6 reddere?
G. Scio equidem hoc eſſe aequum. A. Age ergo ſolus ſeruare hunc potes.
G. Quid faciam? A. Inuenias argentum. G. Cupio 7, ſed, id unde 8, edoce 9.
A. Pater adeſt heic, G. Scio: ſed quid tum? A. Ah! dictum 10 ſapienti ſat eſt.
G. Itane? A. Ita. G. Sane hercle pulchre ſuades: etiam tu hinc abis?
10 Non triumpho 11, ex nuptiis tuis ſi nil nanciſcor mali,
Mi etiam nunc me huius quaerere cauſſa in malo iubeas crucem 12?

A. Ve-

3 iam pecunia erat mihi promiſſa intra triduum. 4 adiuuerit. 5 cur non vero. 6 tentamus, audemus, laboremus. 7 vellem equidem. 8 capere debeamus argentum. 9 demonſtra. 10 ſapiens es, iam ſatis tibi dictum eſt. Ex Plauto ſumtum prouerbii loco eualuit. *Dictum* eſt hoc loco ſubſtantiuum & ſubintelligendum *vnum* hoc eſt: *vel vnum verbum ſapienti ad intelligendum ſufficit.* 11 glorior. Nam triumphus apud Romanos maximum decus fuit, nec illum impetrare poterant homines priuati, ſed reges, dictatores, conſules, praetores, proconſules, propraetores. Hinc ſcriptores latini vocem *triumphare* translate dixerunt pro: *gloriari.* 12 niſi etiam nunc iubeas me quaerere in parvo malo ma-

A. Verum hic dicit. P. Quid? ego vobis, Geta, alienus ſum? G. Haud puto.
Sed parumne eſt, omnibus quod nunc nobis ſuccenſet 13 ſenex,
Ni inſtigemus 14 etiam, vt nullus locus relinquatur preci 15?
P. Alius ab oculis meis illam in ignotum abducet locum? hem!
Dum igitur licet, dumque adſum, loquimini mecum, Antipho:
Contemplamini me. A. Quamobrem? aut quidnam facturus 16? cedo 17.
P. Quoquo hinc aſportabitur terrarum 18, certum 19 eſt perſequi 20,
Aut perire. G. Dii bene portant, quod agas: pedetentim 21 tamen.
A. Vide, ſi quid opis 22 potes adferre huic. G. Si quid 23? quid? A. Quaere obſecro,
Ne quid plus minuſue faxit, quod nos poſt pigeat, Geta.
G. Quaero 24. ſaluus eſt, vt opinor. verum enim metuo malum 25.
A. Noli metuere: vna tecum bona, mala 26 tolerabimus. G. Quan-

magnum malum ob illum Phaedriam. 13 iratus eſt. 14 illum. 15 precibus noſtris. Supra ſingularem numerum vocis huius iam obſeruauimus. 16 es. 17 dic nobis. 18 quorſum cunque illa ducatur. 19 iam ſemel decreui. 20 illam ſequi. 21 paulatim. 22 auxilii. 23 poſſim adferre. 24 aliquid, excogito, meditor. 25 aliquam ex hac re calamitatem. 26 & mala.

27 ni-

G. Quantum argenti opus eſt tibi? loquere. P. Solae triginta minae.
G. Triginta? hui, percara 27 eſt, Phaedria. P. Iſtaec vero 28 vilis eſt.
G. Age, age, inuentas 29 reddam. P. O lepidum caput! G. Aufer 30 te hinc. P. iam opus eſt.
G. Iam feres 31: ſed opus eſt mihi Phormionem adiutorem ad rem hanc dari.
A. Praeſto 32 eſt: audaciſſime 33 oneris quiduis impone, & feret:
Solus eſt homo amico amicus. G. Eamus ergo ad eum ocyus 34.
P. Abi vero: dic, praeſto 35 vt ſit domi.
A. Nunquid eſt, quod mea opera vobis opus ſit? G. Nil: verum abi domum, &
Illam miſeram, quam ego nunc intus ſcio eſſe exanimatam 36 metu,
Conſolare. ceſſas 37? A. Nihil eſt 38, aeque quod faciam lubens.
P. Qua via iſtuc facies? G. Dicam in itinere, modo te hinc amoue 39.

ACTVS

27 nimium cara illa eſt. 28 pretium hoc vile eſt. 29 inveniam has minas, hanc pecuniam. 30 abi. 31 pecuniam. 32 adeſt ille. 33 audacter. 34 celerrime. 35 me exſpectet. 36 ſemimortuam. 37 cur ceſſas adhuc? 38 hoc ante omnia alia libentiſſime faciam. 39 abi celerrime.

ACTVS IV. SCENA I.

DEMIPHO, CHREMES.

D. QVid? qua profectus cauſſa hinc es Lemnum, Chremes,
Adduxtin' 1 tecum filiam? C. Non. D. Quid ita non?
C. Poſtquam videt me eius mater heic eſſe diutius,
Simul autem non manebat 2 aetas virginis
Meam negligentiam; ipſam cum omni familia
Ad me eſſe profectam aiebant. D. Quid 3 illic tamdiu
Quaeſo igitur commorabare 4, vbi 5 id audiueras?
C. Pol me detinuit morbus. D. Vnde aut qui 6? C. Rogas 7?
Senectus ipſa eſt morbus 8: ſed veniſſe eas
Saluas audiui ex nauta, qui illas vexerat.
D. Quid gnato obtigerit, me abſente, audiſtin', Chreme? C. Quod

1 Ordo ſtructurae: O Chremes, quid eſt, quod feciſti in peregrinatione tua? adduxiſtine tecum filiam, cuius cauſſa Athenis Lemnum profectus eras? 2 exſpectare poterat. Sæpius verbum *manere* caſui accuſandi iungitur; Plautus: *meum bonum me, te tuum maneat malum.* Et caſui dandi apud Catullum: *Quae tibi vita manet?* 3 cur vero. 4 manebas. 5 poſtquam. 6 morbus. 7 interrogas. 8 Seneca ſenectutem vocat *morbum inſanabilem*; licet per ſe morbus abſit; tamen eſt mala valetudo. Vnde frequenter apud Homerum χαλεπὸν γῆρας dicitur, adde Ciceronem in Catone Maiore.

9 ob

C. Quod quidem 9 me factum consilii incertum facit:
Nam hanc conditionem si cui tulero extraneo 10,
Quo pacto, aut vnde 11 sit dicendum ordine est.
Te mihi fidelem esse aeque atque egomet sum mihi,
Scibam, ille me alienus affinem volet,
Tacebit, dum intercedet 12 familiaritas:
Sin spreuerit me; plus, quam opus est scito, sciet:
Vereorque, ne vxor aliqua 13 hoc resciscat mea.
Quod si fit, vt me excutiam 14, atque egrediar domo,
Id restat: nam ego meorum solus sum meus 15.
D. Scio ita esse, & istaec mihi res solicitudini est:
Neque defetiscar 16 vsque adeo experirier,
Donec tibi id, quod policitus sum, effecero.

9 ob hoc factum ipse nescio quid facere debeam. 10 si hoc dixero homini peregrino. 11 quomodo aut vnde illa sit mea filia. 12 quamdiu erimus inuicem amici. 13 via, aliquo modo. 14 vt omne, quod in me ingenii atque opis est, adhibeam, quo mihi de futuro prospiciam. 15 nemo est ex omnibus meis, qui partes meas velit agere est locutio graeca. 16 defatigabor, desinam.

ACTVS IV. SCENA. II.

GETA.

G. Ego hominem callidiorem vidi neminem,
Quam Phormionem: venio ad hominem vt dicerem,
Argentum opus esse, & id quo pacto fieret:
Vix dum dimidium dixeram, intellexerat:

Gau-

Gaudebat: me laudabat: quaerebat ſenem;
Diis gratias agebat, tempus ſibi dari,
Vbi Phaedriae ſe oſtenderet nihilo minus
Amicum 1 eſſe, quam Antiphoni: hominem 2 ad forum
Iuſſi opperiri 3: eo me eſſe adducturum 4 ſenem.
Sed eccum: quis eſt vltior 5? at at Phaedriae
Pater venit. quid pertimui autem, bellua 6?
An quia, quos fallam, pro vno duo ſunt mihi dati?
Commodius eſſe opinor duplici ſpe vtier. 7
Petam 8 hinc, vnde a primo inſtitui 9. is ſi dat, ſat eſt:
Si ab hoc nil fiet, tum hunc adoriar hoſpitem.

1 In quo tempore oſtenderet, ſe nihil ominus amicum eſſe Phaedriae. 2 Phormionem. 3 exſpectare. 4 velle adducere. 5 quis eſt ille, qui illic pergit? 6 ego homo ſtupidus. 7 duabus anchoris vti. Sicut enim in naui non ſatis tuto nauigatur, quando vna ſaltem anchora ibi eſt; ſic vitam vna ſpe munire, miſerum eſt. Ouidius de remediis amor. v. 447.

Non ſatis vna tenet ceratas anchora puppes;
Non ſatis eſt liquidis vnicus hamus aquis.
Qui ſibi iam pridem ſolatia bina parauit,
Iam pridem ſumma victor in arce fuit.

8 argentum. 9 incepi.

ACTVS IV. SCENA III.

ANTIPHO, GETA, CHREMES, DEMIPHO.

A. EXſpecto, quam mox recipiat 1 ſeſe Geta.
Sed patruum video cum patre adſtantem; hei mihi, Quam

1 Veniat.

2 ad

Quam timeo, aduentus huius quo 2 impellat patrem.
G. Adibo hoſce, o noſter Chremes! C. Salue, Geta.
G. Venire ſaluum volupe 3 eſt. C. Credo. G. Quid agitur?
C. Multa aduenienti, vt fit, noua heic compluria 4.
G. Ita de Antiphone audiſtine' quae facta? C. Omnia.
G. Tune dixeras huic? facinus indignum, Chreme,
Sic circumiri. 5. D. Id. cum hoc agebam commodum.
G. Nam hercle ego quoque id agitans mecum ſedulo,
Inueni, opinor, remedium huic rei. D. Quid Geta 6?
Quod remedium 7? G. Vt abii abs te, fit forte obviam
Mihi Phormio. C. Qui Phormio? C. Is, qui iſtanc 8. C. Scio.
C. Viſum 9 eſt mihi, vt eius tentarem ſententiam.
Prendo 10 hominem ſolum: cur non, inquam, Phormio,
Vides, inter vos ſic haec potius cum bona

Vt

2 ad quam rem. 3 gaudeo. 4 accidunt, narrantur. 5 falli, decipi. 6 dicit. 7 inuenit ille. 8 puellam obtruſit Antiphoni. 9 placuit. 10 *ich führete ihn beyſeits.*

Vt componantur gratia, 11 quam cum mala 12 ?
Herus liberalis 13 eſt, & fugitans litium 14 :
Nam caeteri quidem hercle amici omnes modo
Vno ore auctores 15 fuere, vt praecipitem hanc
daret 16.
A. Quid coeperat? aut quo euadet hodie? C. An legibus
Daturum 17 poenas dices, ſi illam eiecerit?
Iam id exploratum 18. eſt : eia, ſudabis 19 ſatis,
Si cum illo inceptas homine : ea eloquentia 20 eſt.
Verum pone 21 eſſe victum eum : at tandem tamen
Non capitis eius res agitur, ſed pecuniae 22.
Poſtquam hominem his verbis ſentio mollirier 23,
Soli ſumus nunc heic, inquam : eho, heic, quid vis dari
Tibi in manum, vt herus his deſiſtat 24 litibus,
Haec hinc faceſſat 25, tu moleſtus ne ſies?
A. Satin' illi dii ſunt 26 propitii? C. Nam ſat ſcio,
Si tu aliquam partem aequi bonique dixeris 27,
Vt

11 voluntate, amice. 12 gratia. 13 honeſtus vir. 14 non amat lites. 15 ſuaſerunt. 16 illam eiiceret ex domo. 17 an putas, illum poenas daturum eſſe propter leges? 18 *eine ausgemachte Sache*, certum, indubitatum. 19 laborabis. 20 *er kan ſich treflich mit dem Maule behelffen.* 21 *geſetzt auch nun.* 22 de vita eius non agitur, ſed de pecunia. 23 mitigari. 24 *abgehe vom Proceſs.* 25 vt illa abeat. 26 an dii eius animum agerent, conuerterent? 27 ſi tu modo aliquantulum oſtenderis te aequum ac bonum.

28 per-

Vt ille eſt bonus vir, tria non commutabitis
Verba hodie inter vos. D. Quis te iſtaec iuſſit loqui?
C. Imo non potuit melius peruenirier
Eo, quo nos volumus 28. A. Occidi. G. Perge eloqui.
G. At primo homo inſanibat. C. Cedo 29, quid poſtulabat?
G. Quid? nimium: quantum lubuit. C. Dic. G. Si quis daret
Talentum magnum. C. Imo malum hercle: vt nil pudet 30!
G. Quod dixi adeo ei: quaeſo, quod ſi 31 filiam
Suam vnicam locaret? parui rettulit 32,
Non ſuſcepiſſe: inuenta eſt, quae dotem petat 33.
Vt ad paucam redeam, ac mittam 34 illius ineptias;
Haec denique eius fuit poſtrema oratio:
Ego, inquit, iam a principio amici filiam,
Ita vt aequum fuerat, volui vxorem ducere:
Nam mihi veniebat in mentem eius incommodum,
In ſeruitutem pauperem ad ditem 35 dari:

Sed

28 peruenire. 29 dic mihi. 30 quam impudens eſt ille! 31 quid amplius dare poſſet, etiamſi. 32 exiguum inde commodum in eo accepit, quod filiam non genuit & educauit. 33 dum alia nunc inuenta eſt, quae dotem poſtulat. 34 omittam. 35 quod pauper coniux plerumque ſeruire cogeretur marito diuiti.

36 dicam.

Sed mihi opus erat, vt aperte tibi nunc fabuler 36,
Aliquantulum quae afferret quei dissoluerem
Quae debeo 37: & etiam nunc, si volt Demipho
Dare, quantum ab hac accipio, quae sponsa est mihi,
Nullam mihi malim, quam istanc, vxorem dari.
A. Vtrum stultitia 38 facere ego hunc, an 39 malitia
Dicam, scientem, an imprudentem, incertus sum 40.
D. Quid, si animam debet 41? G. Ager 42 oppositus est pignori ob
Decem minas, inquit. D. Age, age, iam ducat: dabo.
G. Aediculae 43 item sunt ob decem alias 44. D. hoi hui!
Nimium est. C. Ne clama: petito hasce e me decem.
G. Vxori emunda 45 ancillula: tum plusicula 46
Suppellectile opus est, opus sumto ad nuptias.
His rebus pone 47 sane, inquit, decem minas.
D. Sexcentas proin potius scribito iam mihi dicas 48:
Nil do, impuratus 49 me ille vt etiam irrideat?

C. Quae.

36 dicam. 37 opus mihi erat talis coniux, quae paululum adferret, vt ego dissoluere possem quae debeo. 38 ex. 39 ex. 40 nescio. 41 *vver vveiss aber ob er nicht etvvan in schulden liss über die Ohren stecket?* 42 *verpfändet.* 43 domus parua. 44 minas. 45 emenda. 46 copiosiore. 47 destina. 48 *Processe*, lites. 49 impro-

C. Quaeſo, ego dabo, quieſce. tu modo filius
Fac vt illam ducat, nos quam volumus. A. Hei mihi,
Geta, occidiſti me tuis fallaciis.
C. Mea cauſſa eiicitur 50: me hoc eſt aequum amittere 51,
G. Quantum poteſt 52, me certiorem, inquit, face,
Si illam dant, hanc vt mittam 53, ne incertus ſiem:
Nam illi mihi dotem iam conſtituerunt dare.
C. Iam accipiat: illis repudium renunciet 54:
Hanc ducat. D. Quae quidem illi res vortat male.
C. Opportune adeo nunc mecum argentum attuli,
Fructum 55, quem Lemni 56 vxoris reddunt praedia:
Id ſumam: vxori, tibi opus eſſe, dixero.

probus, impudens. 50 illa e domo. 51 perdere. 52 fieri. 53 *fahren laſſe.* 54 illas mittat & negligat. 55 *die Nutzung.* 56 in inſula Lemno.

ACTVS IV. SCENA IV.

ANTIPHO, GETA.

A. GEta. G. Hem. A. Quid egiſti? G. Emunxi 1 argento ſenes.
A. Satin' eſt id? G. Neſcio hercle tantum 2 iuſſus ſum.
A. Eho, verbero 3, aliud mihi reſpondes, ac 4 rogo
G. Quid ergo narras? A. Quid ego narrem? opera tua ad

Reſtim.

1 *Ich habe die alten Herren wacker ums Geld geputzt.* 2 iuſſus ſum, tantam modo ſummam illis eripere. 3 homo peſſime, qui dignus es verberibus. 4 quam quod ego

Reſtim mihi quidem res rediit planiſſume 5.
Vt te quidem omnes dii, deaeque, ſuperi, inferi,
Malis exemplis 6 perdant! hem, ſi quid velis,
Huic mandes 7, qui te ad ſcopulum a tranquillo 8 inferat.
Quid minus vtile fuit, quam hoc vicus tangere,
Aut nominare vxorem? iniecta 9 eſt ſpes patri,
Poſſe illam extrudi 10: cedo 11, nunc porro Phormio
Dotem ſi accipiet, vxor ducenda eſt domum.
Quid fiet? G. Enim non ducet. A. Noui: caeterum
Cum argentum repetent 12, noſtra cauſſa ſcilicet
In neruum potius 13 ibit. G. Nihil eſt, Antipho,
Quin male narrando poſſit deprauarier.
Tu id, quod boni eſt, excerpis 14: dicis, quod mali eſt.
Andi nunc contra iam: ſi argentum acceperit,
Ducenda eſt vxor, vt ais: concedo tibi:
Spatium 15 quidem tandem apparandi nuptias,
Vocandi 16, ſacrificandi dabitur paululum:
interea amici, quod polliciti ſunt, dabunt:

Y Inde

ego interrogo. 5 in maximam calamitatem ego incidi per operam tuam & conſilia. 6 horribile exemplum in te ſtatuant. 7 iniungere, mandare poteris. 8 qui te poſſit ex ſtatu tranquillo deducere in calamitatem. 9 facta. 10 eiici e domo. 11 dic mihi. 12 *wiederfodern*. 13 patietur ſe coniici in vincula propter nos. 14 omittis. 15 tempus. 16 ad nuptias.

17 quot

Inde iſte reddet. A. Quam ob rem? aut quid dicet?
G. Rogas?
Quot res, poſt illa monſtra euenerunt 17 mihi:
Introiit in aedes ater alienus 18 canis:
Anguis per impluuium 19 decidit de tegulo 20:
Gallina cecinit? interdixit hariolus 21:
Haruſpex vetuit ante brumam 22 aliquid noui
Negotii incipere; quae cauſſa eſt iuſtiſſima.
Haec fient. A. Vt modo fiant. G. Fient: me vide.
Pater exit, abi, dic, eſſe argentum Phaedriae 23.

17 quot res & omina infelicia acciderunt mihi, poſt monſtra illa & turbas. 18 peregrinus. 19 *Dachrinne.* 20 e tecto. 21 Vates, *VVahrſager.* 22 hyemem, ante diem illum, quo incipit hyems. 23 Phaedriam habere argentum.

ACTVS IV. SCENA V.

DEMIPHO, GETA, CHREMES.

D. QVietus eſto, inquam: ego curabo, ne quid verborum 1 duint.
Hoc temere nunquam amittam 2 ego a me, quin mihi teſtes adhibeam,
Cui dem: &, quam ob rem dem, commemorabo.
C. Vt cautus eſt, vbi nil opus eſt!
C. Atqui ita opus eſt facto; at matura 4, dum libido 5 eadem haec manet:
Nam ſi altera illa magis inſtabit 6, forſitan nos reiiciat 7.

G. Rem

1 Ne ille nos poſſit fallere. 2 tradam, *wegſchaffen.* 3 quam, *wie.* 4 celeriter age. 5 animus, cupido, bona voluntas. 6 rogabit, cum vrgebit. 7 repudiabit.

8 in-

G. Rem ipſam putaſti 8. D. Duc me ad eum ergo.
G. Non moror 9. C. Vbi hoc egeris,
Tranſito ad vxorem meam, vt conueniat hanc prius, quam hinc abit:
Dicat, eam dare nos Phormioni nuptum, ne ſuccenſeat;
Et magis eſſe illum idoneum, qui 10 ipſi ſit familiarior:
Nos noſtro officio nihil egreſſos 11 eſſe; quantum 10 is voluerit,
Datum eſſe dotis. D. Quid, malum, tua id refert?
C. Magni 12, Demipho.
D. Non 13 ſat tuum te officium feciſſe, ſi non id fama 14 approbat?
C. Volo ipſius quoque voluntate 15 hoc fieri, ne ſe eiectam putet.
D. Idem ego iſtuc facere poſſum. C. Mulier mulieri magis congruet.
D. Rogabo 16. C. Vbi illas ergo nunc reperire poſ- 15
ſim, cogito,

8 indicaſti, diuinaſti. 9 ego non ſum in mora. 10 quippe qui. 11 nos feciſſe officium noſtrum. 12 id mea multum refert. 13 an putas, te non ſatisfeciſſe tuo officio. 14 niſi id ab omnibus laudetur. 15 ſuffragio eius voluntatis. 16 illam, vt hoc faciat.

ACTVS V. SCENA I.

SOPHRONA, CHREMES.

S. QVid agam? quem amicum inueniam mihi miſera? aut cui conſilia

Haec referam 1? aut vnte nunc mihi auxilium petam? nam vereor,
Hera ne ob meum suasum indigna iniuria afficiatur 2.
Ita patrem adolescentis facta haec tolerare audio violenter 3.
C. Nam quae haec est anus exanimata 4, a fratre quae egressa est meo?
S. Quod vt facerem, me egestas impulit, cum scirem infirmas 5
Hasce esse nuptias: vt id consulerem, interea vita
Vt in tuto 6 foret. C. Certe aetepol, nisi me animus fallit,
Aut parum 7 prospiciunt oculi, meae nutricem gnatae video,
S. Neque ille inuestigatur 8, C. Quid ago? S. qui est eius pater. C. Adeone 9,
An maneo 10, dum ea, quae loquitur, magis 11 cognosco? S. Quod si eum nunc
Reperire possim, nihil est, quod verear. C. Ea ipsa est: conloquar 12.
S. Quis heic loquitur? C. Sophrona. S. Et meum nomen nominat? C. Ad me respice.

S. Dii

1 Enarrem, exponam. 2 an hera mea patiatur iniuriam indignam ob meum consilium? 3 inique, aegerrime. 4 timida, meticulosa, nam *animus* ponitur pro *fortitudine*. 5 non processuras. 6 extra periculum. 7 non satis recte. 8 & ille non potest inueniri. 9 an accedam ad illam? 10 an heic maneam? 11 accuratius intelligo. 12 illam.

13 tunc

S. Dii obsecro vos: est ne hic Stilpho? C. Non. S. Negas 13?
C. Concede hinc paululum a foribus istorsum sodes, Sophrona.
Ne me istoc posthac nomine appellas sis 14. S. Quid non is obsecro es,
Quam semper te esse dictitasti 15? C. St! S. Quid 16 has metuis fores?
C. Concluſam heic habeo vxorem saeuam, verum istoc me nomine
Eo 17 perperam 18 olim dixi, ne vos forte imprudentes foris 19
Effutiretis 20, atque id porro aliqua 21 vxor mea 20 resciſceret.
S. Istoc pol nos te heic inuenire miserae nunquam potuimus 22.
C. Eho, dic mihi, quid rei tibi est cum familia hac, vnde 23 exis? aut vbi
Illae sunt? S. Miseram me! C. Hem quid est? viuuntne? S. Viuit gnata.
Matrem ipsam ex aegritudine miseram mors consecuta 24 est.
C. Male factum. S. Ego autem, quae essem anus 25 deserta, egens, ignota,

13 tune id negabis? 14 appelles. 15 dixisti. 16 cur vero. 17 ideo. 18 falso. 19 apud alios. 20 *ausplaudern*. 21 aliquo modo. 22 nos miserae nunquam te potuimus inuenire sub isthoc nomine Stilphonis. 23 a qua. 24 ipsa mater mortua est.

25 de-

Vt potui nuptum virginem locaui 25 huic adoleſcenti,
Harum qui eſt dominus aedium. C. Antiphoni ne? S. Hem iſti ipſi. C. Quid?
Duasne is vxores habet 25 S. Au obſecro, vnam ille quidem hanc ſolam 26.
C. Quid illa altera 27, quae dicitur cognata? S. Haec ergo eſt, C. Quid ais?
S. Compoſito 28 eſt factum, quo modo hanc amans habere poſſet
Sine dote. C. Dii voſtram fidem! quam ſaepe forte temere 29
Euenium, quae non audeas optare! offendi 30 adveniens,
Quei cum 31 volebam, atque vt 32 volebam, conlocatam 33 filiam.
Quod nos ambo opere maxumo dabamus operam, vt fieret,
Sine noſtra cura maxume, ſua cura 34 haec ſola fecit.
S. Nunc quid facto eſt opus, vide. pater adoleſcentis venit,
Eumque animo iniquo hoc oppido 35 ferre aiunt. C. Nihil pericli eſt.
Sed per deos atque homines, meam eſſe hanc 36, caue reſciſcat quisquam.

S. Nemo

25 deſponſaui. 26 habet vxorem. 27 facit 28 *es iſt ein angelegter Karn gewveſen.* 29 *ohngefehr,* caſu aliquo. 30 inueni aliquem. 31 cum quo. 32 quomodo. 33 nuptum dari, 34 per ſuam curam. 35 valde. 36 filiam. 37 ſciet

S. Nemo ex me scibit 37. C. Sequere me: intus caetera audies.

37 sciet.

ACTVS V. SCENA II.

DEMIPHO, GETA.

D. NOs nostrapte 1 culpa facimus, vt malis 2 expediat esse,
Dum nimium dici nos bonos studemus & benignos 3.
Ita fugias, ne praeter casam, aiunt, 4 nonne id satis erat,
Accipere ab illo iniuriam? etiam argentum est vltro obiectum 5,
Vt sit, quei viuat 6, dum aliud aliquid flagitii conficiat.
G. Planissume 7. D. His nunc praemium est, qui recta praua faciunt 8.
G. Verissime. D. Vt stultissime quidem illi 9 rem gesserimus.
G. Modo vt hoc consilio possit discedi 10, vt istam ducat.

1 Per propriam nostram culpam. 2 vt melius esset, nos esse malos. 3 dum nos nimium studemus boni & benigni esse. 4 fugiendum quidem est, sed ita, vt semper in oculis habeas domum tuam, in quam te possis recipere, vt prouerbio dicitur. 5 datum. 6 vt habet aliquid, vnde. 7 recte, omnino. 8 iam vere illi accipiunt praemium, qui id prauum faciunt, quod rectum est. 9 pro illo. 10 si modo possemus relinquere hoc consilium.

11 quem-

D. Etiamne id dubium eſt? G. Haud ſcio hercle, vt homo 11 eſt, an mutet animum.

10 Do hem! mutet autem 12? G. Neſcio; verum ſi forte dico 13.

D. Ita faciam, vt frater cenſuit; vxorem eius huc adducam,

Cum iſta vt loquatur. tu abi, Geta: praenuntia hanc venturam.

G. Argentum inuentum eſt Phaedriae 14: de iurgio ſiletur 15:

Prouiſum 16 eſt, ne in praeſentia hinc haec abeat: quid nunc porro 17?

15 Quid fiet? in eodem luto haeſitas 18: vorſuram 19 ſolues.

Geta: praeſens quod fuerat malum, in diem 20 abiit, plagae creſcunt,

Niſi proſpicis, nunc hinc domum ibo, ac Phaniam edocebo,

Nequid vereatur Phormionem 21, aut eius orationem.

11 quemadmodum ſunt mores huius hominis. 12 ille ſuum animum. 13 ego vero cum conditione dico, ſi forte ille mutet animum. 14 pro Phaedria. 15 de lite autem ſilentium eſt. 16 ego iam proſpexi. 17 fiet. 18. tu haeres in eadem culpa. 19 *du macheſt neue Schulden und bezahleſt die alten damit.* 20 ſolummodo differtur 21 ne ſibi timeat a Phormione.

ACTVS V. SCENA. III.

DEMIPHO, NAVSISTRATA, CHREMES.

D. AGedum, vt ſoles, Nauſiſtrata, fac illa vt placetur 1 nobis; Vt

1 Redeat nobiscum in gratiam. 2 cum

Vt ſua voluntate 2 id, quod eſt faciundum, faciat.
N. Faciam.
D. Pariter nunc opera 3 me adiuues, ac 4 dudum re opitulata es.
N. factum volo 5: ac pol queo minus viri culpa 6. quam me dignum eſt.
D. Quid autem 7? N. Quia pol mei patris bene 5 parta 8 indiligenter
Tutatur: nam ex his praediis talenta argenti bina
Capiebat ſtatim. hem, vir viro quid praeſtat 9! D. Bina 10 quaeſo?
N. Ac rebus vilioribus multo 11, tamen talenta bina 12. D. Hui!
N. Quid haec videntur? D. Scilicet 13! N. Virum me natam vellem 14:
Ego oſtenderem 15. D. Certe ſcio. N. Quo pacto 16. 10
D. Parce ſodes,
Vt poſſis cum illa 17; ne te adoleſcens mulier defatiget.

2 cum bona. 3 per operam tuam. 4 veluti me dudum iuuiſti re ipſa. 5 ego id faciam. 6 propter virum. 7 cur vero minus potes; quam te decet. 8 quia is non bene adminiſtrat bona patris mei multo labore acquiſita. 9 quam melior eſt vnus vir altero! 10 talenta capiebat. 11 cum res multo viliores eſſent. 12 accepit. 13 certe mihi magna videntur. 14 vellem, vt ego nata eſſem maſculus. 15 qualis eſſem. 16 deberet haec res fieri. 17 agere.

18 vt

N. Faciam, vt iubes: ſed meum virum abs te exire
video. C. Hem, Demipho,
Iam illi datumeſt argentum? D. Curaui illico 18.
C. Nollem datum 19
Hei, video vxorem: pene plus, quam ſat erat 20.
D. Cur nolles 21, Chreme?
15 C. Iam 22 recte. D. Quid 23 tu? ecquid locutus cum
iſta es, quamobrem hanc ducimus?
C. Tranſegi. D. Quid ait tandem? C. Adduci 24
non poteſt. D. Quei non poteſt 25?
C. Quia vterque vtrique eſt cordi 26. D. Quid iſtuc
noſtra 27? C. Magni 28: praeter haec,
Cognatam comperi eſſe nobis. D. Quid? deli-
ras 29: C. Sic erit:
Non temere 30 dico: redi mecum in memoriam 31.
D. Satisne ſanus es?
20 N. Au, obſecro vide, ne in 32 cognatam pecces. D.
Non 33 eſt. C. Ne nega 34:
Patris nomen aliud dictum 35 eſt: hoc tu erraſti 36.
D. Non norat patrem?

C. No-

18 vt argentum daretur. 19 eſſe argentum. 20 dixiſſem. 21 datum fuiſſe argentum. 22 factum eſt. 23 dicis. 24 perſuaderi. 25 cur vero non poteſt adduci? 26 quia ſeſe inuicem amant. 27 ad nos attinet. 28 multum hoc nos attinet. 29 puto te inſanire. 30 *tummer weiſe*, fruſtra. 31 recordare mecum huius rei. 32 contra. 33 illa noſtra cognata. 34 noli id negare. 35 dictum vero eſt, patrem habere illud nomen. 36 in hoc vero nomine tu commiſiſti errorem.

37 no-

C. Norat. D. Cur aliud 37 dixit? C. Nunquam hodie concedes mihi, neque
Intelliges? D. Si tu nil narras. C. Pergis 38? N. Miror quid hoc fiet.
D. Equidem hercle nescio. C. Vin' 39 scire? at ita me seruet Iupiter,
Vt propior illi, quam ego sum ac tu, nemo est homo 40. D. Dii vostram fidem!
Eamus ad ipsam vna omnes nos: aut scire, aut nescire hoc volo. C. Ah!
D. Quid est? C. Ita ne paruam mihi fidem esse apud 41 te? D. Vin' me credere 42?
Vin' satis quaesitum mihi istuc 43 esse? age fiat, quid illa 44 filia
Amici nostri, quid futurum est? C. Recte. D. Hanc igitur mittimus 45?
C. Quidni? D. Illa maneat? C. Sic. D. Ire igitur tibi licet, Nausistrata.
N. Sic pol commodius esse in 46 omnes arbitror, quam, vt coeperas,
Manere hanc: nam perliberalis 47 visa est, cum vidi, mihi.
D. Quid istuc negotii est? C. Iam ne operuit 48 ostium? D. Iam. C. O Iupiter!

37 omen. 38 ita loqui. 39 vis ne id. 40 nemo homo est illi propior, quam nos sumus, ego scilicet ac tu. 41 egone habeam apud te tam paruam fidem? 42 tune velis vt ego id credam? 43 tune putas, quod ego non satis inquisiuerim, quomodo illa nobis cognata sit. 44 de. 45 negligimus. 46 erga. 47 honestissima. 48 clausit. 49 fie-

ACTVS V. SCENA V.

PHORMIO, ANTIPHO.

P. ARgentum accepi: tradidi lenoni: abduxi mulierem:
Curaui, propria ea Phaedria vt potiretur 1: nam emissa 2 est manu.
Nunc vna mihi res etiam restat, quae est conficiunda, otium 3
A senibus ad potandum vt habeam, nam aliquot 4 hos sumam dies.
A. Sed Phormio 5 est. Quid ais? P. Quid? A. Quid. 5 nam nunc facturus 6 Phaedria?
Quo pacto satietatem amoris ait se velle sumere 7?
P. Vicissim parteis tuas acturus 8 est. A. Quas 9?
P. Vt fugitet 10 patrem:
Te suam rogauit rursum vt ageres caussam vt pro se diceres:
Nam potaturus est apud me: ego me ire senibus 11 Sunium
Dicam ad mercatum, aucillulam emtum 12, dudum quam 13 dixit Geta;
Ne, cum heic non videant me, conficere 14 credant argentum suum,

1 Vt Phaedria illam solam acciperet. 2 illa facta est libera. 3 tempus otiosum. 4 insumam aliquot dies ad potandum. 5 adest. 6 est. 7 quomodo dicit ille se velle capere satietatem amoris? 8 te volet imitari. 9 partes. 10 abigat. 11 ego ad senes dicam, me ire velle Sunium ad mercatum. 12 me emere velle ancillulam. 13 de qua dudum dixit Geta. 14 perdere.

15 quis

Sed oſtium concrepuit 15 abs te. A. Vide, quis egrediatur P. Geta eſt.

15 quis vero pulſauit oſtium apud vos?

ACTVS V. SCENA VI.

GETA, ANTIPHO, PHORMIO.

C. O Fortuna, o ſors fortuna, quantis commoditatibus,
Quam ſubito, meo hero Antiphoni ope veſtra hunc oneraſtis 1 diem!
A. Quidnam hic ſibi volt? G. Noſque amicos eius exoneraſtis 2 metu!
Sed ego nunc mihi ceſſo 3 qui non humerum hunc onero pallio,
Atque hominem propero inuenire, vt haec quae contigerint, ſciat?
A. Num tu intelligis, hic quid narret? A. Num 4 tu? A. Nil. P. Tantundem 5 ego.
H. Ad lenonem hinc ire pergam: ibi nunc ſunt. A. Heus Geta! G. Hem tibi!
Num mirum, aut nouum eſt, reuocari 6, curſum 7 cum inſtitueris? A. Geta.
G. Pergis hercle, nunquam tu odio tuo me vinces. A. 8 Non manes 9?
G. Vapulabis 10; curialis vernula 11 eſt, qui me vocat. A. Id

1 Laetum reddidiſti. 2 liberauiſtis. 3 ſed cur ego nunc moror? 4 id intelligis. 5 *eben ſo viel.* 6 quod tu reuoceris. 7 cum ſemel ire inceperis. 8 tu nunquam me perſuadebis per tuas odioſas mihi preces, vt reprimam curſum meum. 9 exſpectabis. 10 plagas accipies. 11 curiales ſerui ſeu vernulae, erant publici ſerui in aliqua curia ſeu tribu, qui conuocabant ciues.

12 ho-

A. Id tibi quidem iam fiet niſi reſiſtis, verbero 12.
G. Familiariorem oportet eſſe hunc, qui minitat malum.
Sed is ne eſt, quem quaero, an non? ipſus eſt. P. Congredere actutum 13. A. Quid eſt?
G. O omnium, quantum eſt, qui viuunt, homo hominum ornatiſſime 14!
Nam ſine controuerſia 15 a diis ſolus diligere 16, 15 Antipho.
A. Ita velim 17: ſed quei iſtuc credam ita eſſe, mihi dici velim.
G. Satin' eſt, ſi te delibutum 18 gaudio reddo? A. Enecas, 19
P. Quin tu hinc pollicitationes 20 aufer, & quod fers cedo 21. G. Oh,
Tu quoque heic aderas, Phormio? P. Aderam, ſed ceſſas 22? G. Accipe, hem.
Vt modo 23 argentum dedimus tibi apud forum, 20 recta domum
Sumus profecti: interea mittit herus me ad vxorem tuam.
A. Quamobrem? G. Omitto proloqui 24: nam nihil ad hanc rem eſt, Antipho.

Vbi

12 homo, qui dignus es verberibus. 13 ſtatim ad illum accede. 14 pulcerrime, feliciſſime. 15 dubio. 16 diligeris. 17 optarem quidem. 18 perfuſum, auctum, oneratum. 19 me tuo ſermone, prae exſpectatione. 20 promiſſiones. 21 dic mihi. 22 dicere quod affers. 23 quamprimum. 24 nolo hoc iam dicere.

25 ins

Vbi in gynaeceum 25 ire occipio 26, puer ad me accurrit Mida:
Pone 27 apprehendit pallio, resupinat 28: respicio: rogo 29,
Quamobrem retineat me: ait, esse vetitum 30 intro ad heram accedere:
Sophrona modo fratrem huc, inquit, senis introduxit Chremem,
Eumque nunc esse intus cum illis. hoc vbi ego audiui, ad fores
Suspenso 31 gradu placide 32 ire perrexi: accessi: adstiti:
Animam compressi 33: aurem admoui: ita animum coepi attendere,
Hoc modo sermonem 34 captans. A. Euge Geta. G. Heic pulcherrimum
Facinus audiui: itaque bene hercle exclamaui gaudio.
P. Quod 35? G. Quodnam arbitrare? A. Nescio. G. Atqui mirificissimum:
Patruus tuus est pater inuentus Panio vxori tuae. A. Hem,
Quid ais? G. Cum eius olim consuetit 36 matre in in Lemno clanculum.

P. So-

25 *ins Frauenzimmer.* 26 incipio. 27 *hinterrücks.* 28 *er zog mich rücklings über* 29 interrogo illum. 30 vetitum esse, vt quisquam accederet ad heram. 31 tacito gradu. 32 *ganz sachte und leise.* 33 *ich hielte den Athem an mich.* 34 auscultabam quid illi dicerent. 35 quodnam facinus audiuisti? 36 rem habuit, eam vi tiauit,

P. Somnium 37: vtine 38 haec ignoraret ſuum pa
trem? G. Aliquid credito,
Phormio eſſe 39 cauſſae. ſed me cenſen' potuiſſe
omnia
Intelligere extra oſtium, intus quae inter ſeſe ipſi
egerint?
P. Atque hercle ego quoque illam audiui fabulam,
G. Imo etiam dabo 40,
Quo magis credas: patruus interea inde huc egre-
ditur foras:
Haud multo poſt cum patre idem recipit 41 ſe in-
tro denuo.
Ait vterque, tibi poteſtatem eius habendae 42 ſe-
dare:
Denique ego ſum miſſus, te vt requirerem, atque
adducerem.
A. Hem quin 43 ergo? rape 44 me: ceſſas? G. Fe-
cero 45. A. O mi Phormio!
Vale. P. Vale Antipho. Bene, ita me dii ament fa-
ctum: & gaudeo,
Tantam fortunam de improuiſo eſſe his datam?
Summa eludendi 46 occaſio eſt mihi nunc ſenes,
Et Phaedriae curam adimere argentariam 47,
Ne cuiquam ſuorum aequalium ſupplex 48 fiet.
Nam

tiauit. 37 haec ſunt ſuauia ſomnia. 38 an vero illa. 39 *es muſs doch etwas dran ſeyn.* 40 id demonſtrabo veris argumentis. 41 abit. 42 accipiendae in vxorem. 43 cur vero me non adducis? 44 celeriter me duc ad illos. 45 faciam hoc. 46 illudendi. 47 *die Geld Sorge.* 48 ne opus

Nam idem hoc argentum, ita vt datum eſt ingratiis 49,
His datum erit: hoc quei cogam 50, re ipſa repperi.
Nunc geſtus 51 mihi vultuſque eſt capiundus novus.
Sed hinc concedam 52 in angiportum hunc proxumum:
Inde hiſce oſtendam me, vbi 53 erunt egreſſi foras,
Quo me aſſimularam ire ad mercatum, non 54 eo.

opus habeat propter argentum ſuos aequales precari. 49 contra ipſorum voluntatem. 50 quomodo conficiam. 51 *Mienen.* 52 abibo. 53 quando. 54 iam vero non ibo ad mercatum, quorſum antea dixeram me ire velle.

ACTVS V. SCENA VII.

DEMIPHO, PHORMIO, CHREMES.

D. DIis magnas merito gratias habeo, atque ago,
Quando 1 euenere haec nobis, frater, proſpere,
Quantum 2 poteſt, nunc conueniendus 3 Phormio eſt,
Priuſquam dilapidat 4 noſtras triginta minas,
Vt auferamus. P. Demiphonem, ſi domo eſt,
Viſam 5: vt quod 6. D. At nos ad te ibamus, Phormio.

P. De

1 Quoniam. 2 fieri. 3 neceſſe eſt vt adeamus. 4 perdit; *verſchvvendet.* 5 videbo. 6 apoſiopeſis.

7 pro-

P. De 7 eadem fortaſſe cauſſa. D. Ita hac hercle. P. Credidi.
Quid 8 ad me ibatis? ridiculum: an veremini,
Ne non id facerem, quod recepiſſem ſemel?
Heus, quanta quanta haec mea paupertas eſt, tamen 10
Adhuc curaui vnum hoc quidem, vt mi eſſet fides.
C. Eſt ne ea ita, vt dixi, liberalis 9? D. Oppido 10.
P. Itaque ad vos venio nunciatum 11, Demipho.
Paratum me eſſe: vbi voltis, vxorem date.
Nam omnes poſthabui 12 mihi res, ita vti par 13 15 fuit,
Poſtquam, tantopere id vos velle, animum 14 advorteram.
D. At hic dehortatus eſt me, ne illam tibi darem:
Nam qui rumor erit populi 15, inquit, ſi id feceris?
Olim, cum honeſte potuit 16, tum non eſt data:
Nunc viduam extrudi, turpe eſt: ferme eadem 17 20 omnia,
Quae tute 18 dudum coram me incuſaueras.
P. Satis ſuperbe inluditis me. D. Quei? P. Rogas 19?
Quia ne alteram quidem illam potero ducere:
Nam quo redibo ore ad eam, quam contemſerim?

C. Tum

7 propter cauſſam. 8 quamobrem. 9 honeſta. 10 omnino valde. 11 vt vobis nunciem. 12 neglexi res meas. 13 decuit. 14 obſeruaueram. 15 quid dicent homines. 16 *da man ſie ihm hætte mit Ehren geben können.* 17 dicent. 18 tu ipſemet. 19 interrogas adhuc. 20 di-

C. Tum autem Antiphonem video ab ſeſe amittere 20
Inuitum eam, inque 21. D. Tum autem video filium
Inuitum ſane mulierem ab ſe amittere.
Sed tranſi ſodes ad forum, atque illud mihi
Argentum iube rurſum reſcribi 22, Phormio.
P. Quod? nae ego perſcripſi porro 23 illis, quibus debui?
D. Quid igitur fiet? P. Si vis mihi vxorem dare,
Quam deſpondiſti, ducam: ſin 24 eſt, vt velis
Manere apud te illam, heic dos maneat, Demipho:
Nam non eſt aequum, me propter vos decipi:
Cum ego veſtri honoris cauſſa repudium 25 alterae
Remiſerim, quae tantundem 26 dotis dabat.
D. I in malam rem hinc cum iſtac magnificentia 27,
Fugitiue 28: etiam nunc credis te ignorarier 29,
Aut tua facta adeo? P. Irritor 30. D. Tu ne hanc duceres.
Si tibi data eſſet? P. Fac periculum 31. D. Vt filius
Cum illa habitet apud te, hoc veſtrum Conſilium fuit.
P. Quae-

20 dimittere contra ſuam voluntatem. 21 dic mihi. 22 *wieder zugeſchrieben werde* 23 quodnam argentum intelligis? profecto ego illud his dedi. 24 quod ſi vero haec tua eſt ſententia. 25 ego repudiaui alteram. 26 *eben ſo viel.* 27 *Pralerey.* 28 fugitiue homo, nequam. 29 tune putas, tua facinora eſſe occulta? 30 iraſcor. 31 *du kanſt*

P. Quaeſo, quid narras? D. Quin tu mihi argentum cedo 32.
P. Imo vero vxorem tu cedo. D. In ius ambula.
P. In ius? enim vero 33, ſi porro eſſe odioſi pergitis,
D. Quid facies? P. Egone 34? vos me indotatis modo
Patrocinari fortaſſe arbitramini:
Etiam dotatis ſoleo. C. Quid id noſtra 36? P. Nihil,
Heic quandam noram, cuius vir vxorem 37. C. Hem! D. Quid eſt?
P. Lemni habuit aliam. C. Nullus ſum 38. P. Ex qua filiam
Suſcepit: & eam clam eduxit. C. Sepultus 39 ſum
P. Haec adeo ego illi iam denarrabo. C. Obſecro,
Ne facias. P. Oh, tune is eras. D. Vt ludos facit 40!
C. Miſſum te facimus. P. Fabulae. C. Quid vis tibi?
Argentum quod habes, condonamus te 41. P. Audio:
Quid 42 vos, malum, ergo me ſic ludificamini,
Inepti, voſtra puerili ſententia?
Nolo, volo: volo, nolo rurſum: cedo 43, cape:

Quod

kanſt es nur auf die Probe laſſen ankommen. 32 redde. 33 ibo in ius omnino. 34 quid faciam. 35 iis virginibus, quae nullam dotem habent, putatis fortaſſis, me eſſe patronum: at enim vero ſoleo etiam eſſe patronus illis, quae dotem habent. 36 attinet. 37 vitiauit. 38 ah! 39 perii. 40 quam turpiter ille nos illudit! 41 tibi. 42 cum vero. 43 porrige, redde mihi argentum.

44 con-

Quod dictum ind ctum eſt: quod modo erat ratum 44, irritum eſt.
C. Quo pacto, aut vnde haec hic reſciuit? D. Neſcio,
Niſi, me dixiſſe nemini, id certo ſcio.
C. Monſtri, ita me dii ament, ſimile 45. P. Inieci ſcrupulum. D. Hem,
Hiccine vt a nobis hoc tantum argenti auferat,
Tam aperte irridens? emori 46 ſatius 47 eſt,
Animo virili praeſentique ſis, para.
Vides tuum peccatum eſſe elatum 48 foras,
Neque iam id celare poſſe te vxorem tuam:
Nunc quod ipſa ex aliis audtura ſit, Chreme;
Id noſmet indicare placabilius 49 eſt,
Tum hunc impuratum 50 poterimus noſtro modo
Vlciſci. P. At at, niſi mihi proſpicio, haereo 51:
Hi gladiatorio 52 animo ad me affectant 53 viam.
C. At vereor, vt placari poſſit. D. Bono animo es:
Ego redigam vos in gratiam: hoc fretus 54, Chreme,
Cum e medio exceſſit 55, vnde 56 haec ſuſcepta eſt tibi.

P. Ita-

44 confirmatum, promiſſum. 45 haec res ſimilis eſt monſtro. 46 mori me. 47 melius. 48 factum eſſe notum, aliis etiam innotuiſſe. 49 melius facit ad placandos animos, ſi nos ita iudicamus. 50 impurum, impudentem hominem. 51 ſum in periculo. 52 *tratzig*, violento. 53 me aggrediuntur. 54 ego in hoc nitor. 55 quoniam illa mortua eſt. 56 ex qua tu hanc puellam genuiſti.

57 non

P. Itane mecum agitis? satis astute aggredimini:
Non hercle ex re 57 istius me instigasti, Demipho.
Ain tu? vbi, quae libitum fuerit, peregre 58 feceris,
Neque huius sis veritus foeminae primariae,
Nouo modo ei quin faceres contumelias;
Venias mihi precibus lautum 59 peccatum tuum?
Hisce ego illam dictis ita tibi incensam 60 dabo,
Vt ne restringuas, lacrumis si exstillaueris 61.
D. Malum, quod isti dii, deaeque omnes duint!
Tantane affectum 62 hominem quenquam esse audacia?
Non hoc publicitus scelus hinc deportarier
In solas terras 63? C. In id redactus sum loci 64,
Vt nesciam prorsus, quid agam cum illo. D. Ego scio.
In ius eamus. P. In ius? huc 65, si quid lubet.
D. Assequere 66, ac retine, dum huc ego seruos euoco.
C. Enim 67 solus nequeo; accurre huc. P. Vna 68 iniuria est

Te-

57 non profecto commodum eius est, quod ita me irritauisti. 58 postquam tu fecisti in peregrinis locis, quod tibi placuit. 59 nunc vis lauare tuum peccatum per preces. 60 iratam. 61 vt non possis illius iram exstinguere, tametsi lacrymis illam velles exstillare. 62 an quisquam homo tam audax sit. 63 nonne dignus esset tam malus homo, qui relegaretur in aliquam solitudinem? 64 res meae in illum statum iam peruenerunt. 65 veni modo in ius. 66 sequere illum. 67 sane nequeo solus eum retinere. 68 negotium mihi tecum est propter vnam iniuriam.

69 iuxta

Tecum. C. Lege 69 agito ergo. P. Altera 70 eſt tecum, Chreme.
D. Rape hunc. P. Sic agitis? enimuero voce 71 eſt opus.
Nauſiſtrata, exi. C. Os opprime. D. Impurum 72 vide,
Quantum valet. P. Nauſiſtrata, inquam. C. Non taces?
95P. Taceam? D. Ni ſequitur, pugnos 73 in ventrem ingere.
Vel oculum exclude 74. P. Eſt 75, vbi vos vlciſcar probe.

69 iuxta legem. 70 iniuria eſt mihi. 71 oportet vt clamem. 72 hunc hominem. 73 *ſo ſchlage ihn mit der geballten Fauſt auf den Bauch.* 74 eripe. 75 erit tempus.

ACTVS V. SCENA VIII.

NAVSISTRATA, CHREMES, PHORMIO, DEMIPHO.

N. QVis nominat me? C. Hem. N. Quid iſtuc turbae eſt, obſecro,
Mi vir? P. Hem quid nunc 1 obticuiſti? N. Quis hic homo eſt?
Non mihi reſpondes? P. Hiccine vt reſpondeat?
Qui hercle, vbi ſit, neſcit. C. Caue iſti 2 quidquam credas.
5P. Abi; tange: ſi non totus friget, me eneca.
C. Nihil eſt. N. Quid ergo? quid iſtic narrat? P. Iam ſcies:

Auſcul-

1 Cur taces? 2 huic homini.

3 prae

Auſcultа. C. Pergin' credere? N. Quid ego, obſecro,
Huic credam, qui nil dixit? P. Delirat miſer
Timore 3. N. Non pol temere 4 eſt, quod tu tam times.
C. Ego timeo? P. Recte ſane: quando nihil times,
Et hoc nihil eſt, quod dico ego, tu narra. D. Scelus 5.
Tibi narret? P. Eho tu: factum eſt abs 6 te ſedulo
Pro fratre. N. Mi vir non mihi narras? C. At. N. quid at?
C. Non opus eſt dicto. P. Tibi quidem 7: at ſcito huic 8. opus eſt.
In Lemno 9. C. Hem, quid ais? D. Non taces? P. Clam 10 te. C. Hei mihi!
P. Vxorem duxit, N. Mi homo, dii melius duint!
P. Sic factum eſt. N. Perii miſera. P. Et inde filiam
Suſcepit 11 iam vnam, dum tu dormis 12. C. Quid agimus?
N. Pro dii immortales! facinus indignum, & malum.
P. Hoc actum eſt. N. An quidquam hodie eſt factum indignius?
Qui mihi, vbi ad vxores ventum eſt, tum fiunt 13 ſenes.

Z Demi-

3 prae. 4 fruſtra. 5 quid narret tibi hic homo ſceleſtus? 6 pulcre loqueris pro fratre tuo. 7 opus eſt. 8 vt tu loquaris. 9 vxorem duxit, &c. 10 & tu illud ignoraſti. 11 genuit. 12 hoc neſcis. 13 egregii viri, qui alias amant, & toti frigent in amore, quando ad vxores ſuas veniunt.

14 te

Demipho, te apello 14: nam me cum hoc ipſo diſ-
taedet loqui 15
Haeccine erant itiones crebrae, & manſiones diu-
tinae
Lemni 16? haeccine erat, quae noſtros fructus 17
minuebat vilitas?
D. Ego, Nauſiſtrata, eſſe in hac re culpam meri-
tum 18 non nego.
Sed 19 ea 20 quin ſit ignoſcenda. P. Verba fiunt
mortuo 21
D. Nam neque negligentia tua 22, neque odio 23 id
fecit tuo.
Vinolentus fere abhinc annos quindecim mulier-
culam
Eam compreſſit 24 vnde 25 haec 26 nata eſt, neque
poſt illa 27 unquam attigit 28.
Ea mortem obiit: e medio abiit, qui fuit in re
hac ſcrupulus:
Quam ob rem te oro, vt alia facta tua 29 ſunt, ae-
quo animo hoc feras.

N. Quid

14 te voco ad me. 15 taedet, nolo. 16 an meus maritus ideo tam ſaepe proficiſcebatur in Lemnum, & tamdiu ibi manebat? 17 haeccine erat vilitas annonae, quae minuebat noſtros reditus & diuitias ex praedio? 18 illum promeruiſſe. 19 non dubito. 20 culpa. 21 fruſtra haec dicuntur. 22 ex tua, propter tuam. 23 ex odio erga te. 24 vitiauit. Sic vox ſaepe vſurpatur apud Plautum. 25 ex qua. 26 filia. 27 tempora. 28 illam. 29 quemadmodum ſolet alia ferre aequo animo.

30 feram

N. Quid ego aequo animo 30? cupio miſera in hac re iam defungier 31.
Sed quid ſperem? aetate porro minus peccaturum putem?
Iam tum erat ſenex, ſenectus ſi 32 verecundos facit,
An mea forma 33 atque aetas nunc magis expetenda eſt, Demipho?
Quid mihi heic affers 34, quam ob rem exſpectem, aut ſperem, porro non 35 fore?
P. Exſequias Chremeti, quibus commodum ire, hem tempus 36 eſt.
Sic 37 dabo. age nunc, Phormionem, qui volet laceſſito 38:
Faxo tali eum mactatum, atque hic eſt, infortunio 39.
Redeat ſane in gratiam; iam ſupplicii 40 ſatis eſt mihi.
Habet haec, ei quod, dum viuat, vſque ad aurem obganniat 41.

30 feram. 31 an ego putem, Chremetem non velle in poſterum peccare, quia ſenex eſt? 32 ſi modo. 33 pulcritudo. 34 dicis. 35 eum id non facturum eſſe. 36 quibus placet commitari funus Chremetis, iam mortui prae metu, illi nunc conueniant: nam tempus eſt. 37 vindictam mihi. 38 poterit vexare. 39 faciam, vt ille tam infelix fiat, quam Chremes nunc eſt. 40 iam ille ſatis punitus eſt propter me. 41 haec mulier nunc

N. At meo merito 42 credo. quid ego nunc commemorem, Demipho,
Singulatim 43, qualis ego in iſtum fuerim 44? D. Noui aeque omnia
45 Tecum. N. Merito hoc meo videtur factum? D. Minime gentium 45:
Verum, quando 46 iam accuſando fieri infectum non poteſt,
Ignoſce: orat, confitetur, purgat 47: quid vis amplius?
P. Enim vero, prius quam haec dat veniam, mihi proſpiciam & Phaedriae.
Heus, Nauſiſtrata, priusquam huic reſpondes temere 48, audi. N. Quid eſt?
50 P. Ego minas triginta ab iſto per fallaciam abſtuli:
Eas dedi tuo gnato. is pro ſua amica leno ni dedit.
C. Hem quid ain? N. Adeone indignum 49 tibi videtur, filius
Homo adoleſcens vnam ſi habet amicam? tu vxores 50 duas
Nil pudere? quo ore illum obiurgabis 51 reſponde mihi. D. Fa-

nunc habet aliquid, quod poſſit merito obiicere, quamdiu viuit. 42 credo id factum eſſe, quoniam ego merui. 43 in ſpecie. 44 *wie wohl ich mich gegen ihn verhalten habe.* 45 prorſus non. 46 quoniam id, quod ſemel eſt factum, non poteſt fieri infectum per tales accuſationes. 47 excuſat ſe. 48 imprudenter, inconſiderate. 49 iniquum. 50 te non pudet, vxores duas habere? 51 *ausſchelten.*

D. Faciet, vt voles. N. Imo, vt meam iam ſcias ſententiam,
Neque ego ingnoſco, neque promitto quidquam, 55 neque reſpondeo,
Prius quam gnatum video: eius iudicio permitto omnia: is
Quod iubebit, faciam. P. Mulier ſapiens es, Nauſiſtrata.
N. Satin' id eſt tibi? P. Imo vero pulchre 52 diſcedo, & probe,
Et praeter ſpem N. Tu tuum nomen dic quod eſt. P. mihi ne 53? Phormio,
Veſtrae familiae hercle amicus, & tuo ſummus 5460 Phaedriae.
N. Phormio, at ego ecaſtor poſthac tibi, quod potero, & quae voles,
Faciamque, & dicam. P. Benigne dicis. N. Pol meritum 55 eſt tuum.
P. Vin' primum hodie facere 56, quod ego gaudeam, Nauſiſtrata,
Et quod tuo viro oculi doleant 57? N. Cupio. P. Me ad coenam voca.

52 res tota ſucceſſit mihi ex animi ſententia, ex voto. 53 quodnam nomen mihi ſit? 54 amicus. 55 ita profecto meruiſti. 56 placetne tibi hodie prima vice aliquid facere, propter quod ego gaudere poſſim? 57 & propter quod oculi doleant tuo Marito.

65 N. Pol vero voco 58. D. Eamus intro hinc. N. Fiat, sed vbi est Phaedria, Index noster? P. Iam heic faxo aderit 59. Vos valete, & plaudite.

FINIS PHORMIONIS.

58 te ad coenam. 59 faciam, vt Phormio iam adsit.

FINIS PHORMIONIS.

P. TE-

P. TERENTII

HECYRA.

ACTA LVDIS ROMANIS SEX. IVLIO CAES. CN. CORNELIO DOLABELLA. AEDIL. CVR. NON EST PERACTA TOTA, MODOS 1 FECIT FLACCVS CLAVDII TIBIIS PARIB. CN. OCTAVIO, T. MANLIO COSS. RELATA EST ITERVM LVDIS FVNEBRIBVS. RELATA 3 EST TERTIO 4 Q. FVLVIO, L. MARCIO, AEDILIBVS CVRVLIBVS.

1 Muſicam. 2 reddita, exhibita fuit altera vice. 3 exhibita fuit. 4 tertia vice.

Perſonae.

PROLOGVS.
PHILOTIS meretrix.
SYRA anus.
PARMENO Soſtratae ſervus,
LACHES vir Soſtratae ſenex,
SOSTRATA vxor Lachetis.
PHIDIPPVS ſenex, vir Myrrhinae.
PAMPHILVS filius Lachetis, maritus Philumenae, adoleſcens.

MYRRHINA vxor Phidippi.
SOSIA Pamphili seruus.
BACCHIS meretrix.

Personae mutae.

PHILVMENA filia Phidippi.
SCIRTVS puer.
NVTRIX.
ANCILLAE duae Bacchidis.

Hecyrae Argumentum,

C. SULPICIO APOLLINARI

AVCTORE.

Vxorem duxit Pamphilus Philumenam,
Cui quondam ignoras virgini vitium obtulit:
Eiusque per vim quem detraxit annulum,
Dederat amicae Bacchidi meretriculae:
Dein profectus in Imbrum est: nuptam haud
attigit.
Hanc mater vtero grauidam, ne id sciat socrus,
Vt aegram ad se transfert: reuertit Pamphilus:
Deprehendit partum: vxorem tamen
Recipere non volt, Pater incusat Bacchidis.
Amorem: dum se purgat Bacchis, annulum
Mater vitiatae forte agnoscit Myrrhina.
Vxorem recipit Pamphilus cum filio.

Ali-

Aliud.

M. ANT. MVRETI.

PAmphilus, Lachetis e Soſtrata vxore filius, Bacchidem meretricem deperibat. Is cum aliquando noctu ad eam temulentus iret, in Philumenam, Phidippi & Myrrhinae filiam, incidit, eamque in via per vim compreſſit: atque ita effugit, vt neque ipſe eam neque puella ipſum cognoſcere potuerit. In illa autem lucta etiam annulum ei detraxit, eumque Bacchidi dono dedit. Paulo poſt pater eum, tum vt a meretricio amore auerteret, tum vt praeſidium ſuae ſenectuti pararet, ad vxorem ducendam perpulit. Contigit, vt ea ipſa vxor ei daretur, quam ipſe conſtuprauerat: gaudente admodum puellae matre, quae, quia ſola conſcia erat, filiam e ſtupro grauidam eſſe, quamprimum eam collocare properabat: vt ſi forte poſt aliquot menſes pareret, nuptiis, quemadmodum ſaepe fit, obtegeretur ſtuprum. Cecidit res longe aliter, ac putabatur. Etenim Pamphilus, qui inuitiſſimus adieciſſet animum ad rem vxoriam, quique auellere ſe derepente Bacchidis amore non poſſet, ita dormit cum vxore, vt eam ne attigerit quidem. Bacchis, quod, ea viua, nunquam ſe vxorem ducturum, ſaepe ei promiſerat Pamphilus, nonullam ſibi ab eo factam injuriam putans, multo ei minus, quam ſolebat, placida & obſeques eſſe coepit. Eo factum

eſt, vt Pamphilus ei ſe paullatim ſubduxerit, quamque prius ſpernebat vxorem, eius mirificum quendam amorem animo conceperit. Interea quiddam accidit, vt iter Pamphilo in Imbrum eſſet. Profecto eo, Philumena, quae intumeſcere ſibi vterum ſentiret, cum aliorum, tum ſocrus imprimis ſuae conſpectum refugiebat. tandem; cum in eo eſſet, vt celari vix poſſe amplius videretur, ſumta occaſione per ſacrificandi ſpeciem, ad matrem ſe, vnam omnium rerum conſciam, confert. Poſt dies compluſculos mittit Soſtrata, qui eam accerſerent. Reſpondetur, aegrotam eſſe. It, vt eam ſaltem viſeret. Non admittitur. Phidippus accuſare vxorem, & dicere, haec omnia illius culpa contingere. Illa contra excuſare ſe, & culpam deprecari: nullius ſe rei conſciam eſſe, cur ſua conſuetudo nurui odioſa eſſe debeat. Interea rediit Pamphilus atque ita ſors tulit, vt quo die ipſe Athenas appulit, eo ipſo, Philumena partu leuaretur. Cum igitur, videndi cupidus (aegrotare enim acceperat, & ita amabat, vt qui vehementiſſime) ſubito ad eam ingreſſus eſſet, peperiſſe deprehendit. Ibi eum Myrrhina exeuntem proſecuta, lacrumans, obteſtari coepit, quando ea res nihil ipſi nocitura eſſet, ne reciperet quidem vxorem, ſi ita videretur: ſed tamen ne famam illius proderet. Ita ſe facturum recipit. Cum igitur neque vellet vxorem recipere, neque rurſum veram afferret cauſſam; ſuſpicati ſunt ſenes, eum Bacchidis adhuc amore impeditum, ea de cauſ-

cauſſa ab vxore abhorrere. Accerſitam itaque Bacchidem, obiurgat Phidippus. Ea, cum ſe illi purgaſſet, iubetur ad mulieres ingredi, & eis quoque illam ſuſpicionem adimere. Ingreditur, annulum habens in digito, quem olim Philumenae ereptum, ſibi dederat Pamphilus. is annulus effecit, vt vitiatam eſſe ab ipſo Pamphilo Philumenam, cognoſceretur. Laetus Pamphilus, & vxorem & filium recipit.

PROLOGVS.

HEcyra eſt huic nomen fabulae 1; haec cum data 2
Eſt noua, nouum internenit vitium 3 & calamitas 4.
Vt neque ſpectari, neque cognoſci 5 potuerit:
Ita populus ſtudio 6 ſtupidus in funambulo 7
Animum occuparat. nunc haec plane eſt pro 8 noua:
Et is, qui ſcripſit hanc, ob eam rem noluit
Iterum referre 9, vt iterum poſſit vendere.
Alias cognoſtis eius 10: quaeſo hanc noſcite.
Orator ad vos venio ornatu 11 prologi,
Sinite exorator ſim 12. eodem ut iure uti ſenem
Liceat, quo jure ſum uſus adoleſcentior 13,
Nouas qui exactas feci vt inueteraſcerent 14,
Ne cum poëta ſcriptura euaneſceret 15.
In his, quas primum Caecilii didici nouas,
Partim ſum earum exactus 16, partim vix ſteti 17
Quia

1 Comoediae. 2 propoſita fuit. 3 *Anſtoß.* 4 difficultas. 5 audiri, iudicari. 6 propter cupiditatem ſpectandi funambulum. 7 *Seiltantzer.* 8 tanquam noua comoedia. 9 repraeſentare. 10 iam vos ſpectauiſtis alias comoedias Terentii. 11 ſub habitu. 12 concedite, vt vos poſſim exorare. 13 vt ego nunc ſenex factus eodem iure poſſim vti, quo vſus fui, cum adhuc eſſem adoleſcens. 14 dum ego ideo nouas, feci comoedias, vt illae diu durarent, & apud poſteros in laude eſſent. 15 ne comoedia ſimul cum auctore interiret. 16 in comoediis Caecilii, quas nouas didici, partim ego ſum abactus. 17 *ich habe mit genauer Noth den Stand oder Platz behalten können.*

Quia ſcibam dubiam fortunam eſſe ſceniçam 18,
Spe incerta, certum mihi laborem ſuſtuli.
Eaſdem agere coepi, vt ab eodem 19 alias diſcerem
Nouas ſtudioſe, ne illum ab ſtudio abducerem,
Perfeci, vt ſpectarentur; vbi ſunt cognitae,
Placitae ſunt 20. Ita poëtam reſtitui in locum,
Prope iam remotum iniuria 21 aduerſarium 22
Ab ſtudio, atque ab labore, atque arte muſica 23.
Quod ſi ſcripturam ſpreuiſſem in praeſentia, &
In deterrendo 24 voluiſſem operam ſumere,
Vt in otio eſſet, potius quam in negotio 25;
Deterruiſſem facile ne alias 26 ſcriberet.
Nunc quid petam, mea cauſſa 27, aequo animo attendite.
Hecyram ad vos refero, quam mihi per ſilentium
Nunquam agere licitum eſt, ita eam oppreſſit calamitas 28.
Eam calamitatem voſtra intelligentia
Sedabit, ſi erit adiutrix noſtrae induſtriae.
Cum primum 29 eam agere coepi, pugilum gloria 30,

können. 18 quia ſciebam, fortunam comoediarum eſſe incertam. 19 Coecilio. 20 placuerunt illae ſpectatoribus. 21 per iniuriam. 22 adverſariorum eius. 23 comica. 24 & eum deterrere voluiſſem a ſcribendis comoediis. 25. ut malket quieſcere, quam ſcribere. 26 comoedias. 27 propter me. 28 vſque adeo infelix fuit haec comoedia. 29 prima vice. 30 *das Rühmen,* iactantia.

31 tem-

Funambuli eodem 31 acceſſit exſpectatio 32:
Comitum 33 conuentus, ſtudium 34, clamor mulierum
Fecere, vt ante tempus exirem foras 35.
Vetere in noua coepi vti conſuetudine 36.
In experiundo 37 vt eſſem, refero denuo 38.
Primo actu placeo: cum interea rumor venit,
Datum iri gladiatores 39, populus conuolat 40:
Tumultuantur, clamant, pugnant de 41 loco.
Interea ego meum non potui tutari 42 locum.
Nunc turba nulla eſt: otium & ſilentium eſt.
Agendi 43 tempus mihi datum eſt: vobis datur
Poteſtas 44 condecorandi 45 ludos ſcenicos,
Nolite ſinere per vos artem muſicam
Recidere 46 ad paucos: facite, vt veſtra auctoritas
Meae auctoritati fautrix adiutrixque ſit.
Si nunquam auare ſtatui pretium arti meae 47,
Et eum eſſe quaeſtum in animum induxi maxumum,
Quam maxume ſeruire voſtris commodis,
Sinite impetrare me, qui in tutelam meam
Studium ſuum, & ſe in voſtram comiſit fidem,
Ne

31 tempore. 32 deſiderium. 33 *der Fürfechter.* 34 ſtrepitus. 35 abirem e loco. 36 dum itaque nouam ago comoediam, vetere conſuetudine vtor. 37 vt experirer. 38 iterum, *nochmahls.* 39 ludos gladiatorios fore. 40 conuenit, *lieff hauffenweiſe zuſammen* 41 propter. 42 tueri, obtinere, ſeruare. 43 comoediam 44 occaſio. 45 honorandi. 46 vt ars recidat. 47 ſi nunquam auarus fui, in ſtatuendo pretio meis comoediis.

48 ne

Ne eum circumuentum inique inique irrideant 48.
Mea cauſſa 49, cauſſam hanc accipite, & ſilentium 55
Date, vt lubeat ſcribere aliis. mihique vt dicere
Nouas expediat 50, poſthac pretio 51 emtas meo.

48 ne iniqui irrideant, eum inique deceptum, qui commiſit &c. 49 propter meam cauſſam. 50 vtile ſit. 51 meo argento & pecunia.

ACTVS I. SCENA I.

PHILOTIS, SYRA.

P. PEr pol quam paucos reperias meretricibus
Fideles euenire 1 amatores, Syra.
Vel 2 hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi,
Quam ſancte 3, vt quiuis facile poſſet credere,
Nunquam illa 4 viua ducturum 5 vxorem domum: 5
En 6 duxit. S. Ergo propterea te ſedulo
Et moneo, & hortor, ne cuinſquam miſereat 7
Quin 8 ſpolies, mutiles, laceres quemquam 9 nacta ſis.
P. Vtin' eximium neminem habeam 10? S. Neminem:
Nam nemo illorum quiſquam, ſcito, ad te venit, 10
Quin ita paret ſeſe, abs te vt blanditiis ſuis
Quam minimo 11 pretio ſuam voluptatem expleat.
Hiſcine tu, amabo 12, non contra inſidiabere?

P. Ta-

1 Eſſe. 2 ſane enim. 3 religioſe. 4 quamdiu illa viueret. 5 ſeducere velle. 6 & tamen duxit ille vxorem. 7 *daſs du ja kein Mitleiden mit iemanden habeſt.* 8 eum. 9 quemcunque. 10 egone non aliquem amem prae aliis? 11 quam minima poteſt mercede. 12 quaeſo.

13 ta-

P. Tamen eandem pol esse omnibus 13, iniurium est.
S. Iniurium est autem vlcisci aduersarios?
Aut 14 qua via captent te illi eadem 15 ipsos capi?
Eheu me miseram, cur non aut istaec mihi
Aetas & forma est, aut tibi haec sententia?

13 tamen fas non est, vt ego ita sim erga omnes. 14 aut iniurium est. 15 via modo.

ACTVS I. SCENA II.

PARMENO, PHILOTIS, SYRA.

Pa. Senex si quaeret me, modo isse 1 dicito
Ad portum, percontatum 2 aduentum Pamphili.
Audin' quid dicam, Scirte? si quaeret me, vti 3
Tum dicas: si non quaeret, nullus 4 dixeris,
Alias vt vti possim caussa hac integra 5.
Sed videon' ego Philotium? vnde haec aduenit?
Philotis, salue multum. Ph. O salue, Parmeno.
S. Salue mecastor, Parmeno. Pa. Et tu aedepol, Syra.
Dic mihi Philoti, vbi te oblectasti tam diu?
Ph. Minime me equidem oblectaui, quae cum milite
Corinthum hinc sum profecta inhumanissimo.
Biennium 6 ibi perpetuum misera illum tuli.

Pa.

1 Me iam modo iuisse. 2 vt perconter. 3 vt. 4 plane id non debes dicere. 5 vt vti hac excusatione & fraude possim alio tempore, tum caussa haec mea manet integra. 6 per biennium.

7 ego

Pa. Aedepol te deſiderium Athenarum arbitror,
Philotium cepiſſe 7 ſaepe, & te tuum
Conſilium 8 contemſiſſe. Ph. Non dici poteſt,
Quam cupida eram hue redeundi, abeundi a milite,
Voſque heic videndi, antiqua 9 vt conſuetudine
Agitarem inter vos libere conuiuium:
Nam illic haud licebat niſi praefinito loqui
Quae illi placerent 10, Pa. Haud opinor commode
Finem ſtatuiſſe orationi militem 11.
Ph. Sed quid negotii hoc? modo quae narrauit mihi
Heic intus Bacchis? quod ego nunquam credidi
Fore, vt ille, hac 12 viua, poſſet animum inducere
Vxorem habere. Pa. Habere. 13 autem? Ph, Eho tu, annon habet 14?
Pa. Habet, ſed firmae hae vereor vt ſint nuptiae 15.
Ph. Ita dii deaeque faxint, ſi in rem 16 eſt Bacchidis.

Sed

7 ego puto, mea Philotis, te occupatum fuiſſe a deſiderio Athenarum, *du habeſt dich geſehnet.* 8 proficiſcendi cum milite. 9 quemadmodum olim in conſuetudine habui. 10 nam illic non licebat mihi aliud quidquam loqui, quod militi placeret, niſi quod ille mihi praeſcribebat. 11 non opinor, militem potuiſſe tibi ſtatuere modum loquendi, quia tu admodum loquax es. 12 dum illa viueret. 13 an ille vero habet vxorem? 14 vxorem. 15 ſed ego puto, illas nuptias non fore firmas aut ſtabiles. 16 id vtile eſt Bacchidi.

17 ho-

Sed quei iſtuc credam ita eſſe? dic mihi, Parmeno.
Pa. Non eſt opus prolato 17 hoc: percontarier 18
Deſiſte. Ph. Nempe ea cauſſa 19, vt ne id fiat palam 20
Ita me dii amabunt, haud propterea te rogo, vt
Hoc proferam 21, ſed tacite 22 vt mecum 23 gaudeam.
Pa. Nunquam tam dices commode 24, vt tergum meum
Tuam in fidem committam. Ph. Ah, noli 25 Parmeno:
Quaſi non tu multo malis narrare hoc mihi,
Quam ego 26, quae percunctor, ſcire. Pa. Vera haec 27 praedicat:
Et mi illud vitium 28 maxumum eſt: ſi mihi fidem
Das te tacituram 29, dicam. Ph. Ad ingenium redis 30,
Fidem do, loquere Pa. Auſcultа, Ph. iſtic ſum 31.
Pa. Hanc Bacchidem
Amabat, vt cum maxume, tum Pamphilus,
Cum pater, vxorem vt ducat, orare occipit:
Et haec, communia omnium quae ſunt 32 patrum,

Se

17 hoc proferri & narrari apud alios. 18 noli amplius interrogare de hac re. 19 propterea id non vis dicere. 20 vt alii hoc reſciſcant. 21 ad alios. 22 clàm. 23 in animo meo. 24 blandis verbis. 25 ita cenſere. 26 cupio. 27 haec mulier verum dicit. 28 quod ſcilicet tacere non poſſim. 29 te velle tacere. 30 morem tuum conſeruas. 31 auſcultabo. 32 quod omnes patres facere ſolent.

33 illic

Se ſe ſenem eſſe, dicere 33, illum autem vnicum 34:
Praeſidium velle ſe ſenectuti ſuae 35.
Ille ſe primo negare 36: ſed poſtquam acrius 37
Pater inſtat 38, fecit: animi vt incertus foret,
Pudorine anne amori obſequeretur magis.
Tundendo 39 atque odio 40 denique effecit ſenex:
Deſpondit gnatam ei huius vicini proximi.
Vſque 41 illud viſum eſt Pamphilo neutiquam graue 42,
Donec iam in ipſis nuptiis, poſtquam videt
Paratas 43, nec moram vllam, quin ducat, dari;
Ibi demum ita aegre tulit, vt ipſam Bacchidem,
Si adeſſet, credo ibi 44 eius commiſereſceret.
Vbicunque datum erat ſpatium ſolitudinis 45,
Vt conloqui mecum vna poſſet 46: Parmeno,
Perii, quid ego egi? in quod me conieci malum?
Non potero hoc ferre, Parmeno: perii miſer!
Ph. At te dii deaeque perduint 47 cum iſto odio, Laches.
Pa. Ad pauca vt redeam 48, vxorem deducit domum:

Nocte

33 ille dicebat. 34 eſſe filium. 35 ſe velle, vt filius ſit praeſidium ſibi in ſenectute. 36 ille primo dicebat, ſe hoc non poſſe facere. 37 vehementius. 38 illum vrget. 39 ſaepius eum monendo. 40 per comminationem odii. 41 huc vſque. 42 moleſtum. 43 eſſe nuptias. 44 tunc. 45 cum itaque aliquando ſolus eſſet Pamphilus. 46 inquit ille ad me: Parmeno &c. 47 perdant. 48 vt rem omnem paucis dicam.

49 pa-

Nocte illa prima virginem non attigit:
Quae consecuta est nox, eam nihilo magis 49.
Ph. Quid ais? cum virgine vna 50 adolescens cubuerit,
Plus potus 51, sese illa 52 abstinere vt potuerit?
Non verisimile 53 dicis: nec verum arbitror.
Pa. Credo ita viderit tibi: nam nemo ad te venit,
Nisi cupiens tui? ille inuitus 54 illam duxerat.
Ph. Quid deinde sit? Pa. Diebus sane pauculis
Post Pamphilus me solum seducit foras,
Narratque, vt virgo ab se integra 55. etiam tum 56 siet:
Seque ante, eam quam 57 vxorem duxisset domum,
Speraſſe, eas tolerare posse nuptias.
Sed quam decrerim 58 me non posse diutius
Habere 59, eam ludibrio haberi, Parmeno,
Quin integram 60 itidem reddam, vt 61 accepi a suis,
Neque honestum mihi neque vtile ipsi virgini est.
Ph. Pium ac pudicum ingenium narras Pamphili
Pa. Hoc ego proferre incommodum esse mihi arbitror 62.

Red-

49 pariter non attigit *eben ſo wenig*. 50 simul cum virgine. 51 & cum esset bene potatus. 52 ab illius virginis amore. 53 tu dicis, quod non conueniens veritati aut credibile est. 54 contra suam voluntatem. 55 inuiolata, intacta. 56 adhuc dum. 57 antequam eam. 58 decreuerim. 59 vxorem. 60 intactum. 61 quemadmodum illam. 62 ego arbitror, incommodum & damnosum mihi esse, si hoc proferam, *ruchtbar machen*.

63 alla-

Reddi patri autem, cui tu nihil dicas vitii 63,
Superbum eſt: ſed illam ſpero, vbi hoc cognouerit,
Non poſſe ſe mecum eſſe, abituram denique.
Ph. Quid interea 64? ibatne 65 ad Bacchidem? Pa. Quotidie?
Sed vt fit, poſtquam hunc alienum 66 ab ſeſe videt,
Maligna multo & magis procax 67 facta illico eſt.
Ph. Non aedepol mirum. Pa. Atque ea res multo maxume
Disiunxit 68 illum ab illa, poſtquam & ipſe ſe,
Et illam, & hanc, quae domi erat, cognouit ſatis,
Ad exemplum ambarum mores earum aeſtimans,
Haec, ita vti liberali 69 eſſe ingenio decet,
Pudens, modeſta, incommoda atque iniurias
Viri omneis ferre 70, & tegere contumelias.
Heic animus 71 partim oxoris miſericordia 72
Denictus, partim victus huius 73 iniuriis,
Paulatim elapſus 74 eſt Bacchidi, atque huic 75 tranſtulit
Amorem, poſtquam par 76 ingenium nactus eſt.
Interea in Imbro moritur cognatus ſenex
Horum, ea ad hos redibat lege haereditas 77.

Eo

63 allatum eſſe, de qua nihil vitiorum dici poſſit. 64 fiebat. 65 Pamphilus. 66 alienatum animum habere. 67 *trotzig*. 68 abalienauit. 69 honeſto, probo, 70 ferre ſolebat. 71 Pamphilus. 72 *aus Mitleiden*. 73 Bacchidis. 74 abalienauit ſe a Bacchide. 75 ad vxorem ſuam. 76 ſimile moribus ſuis. 77 illi haereditatem accipiebant iuxta leges.

78 in

Eo 78 amantem inuitum Pamphilum extrudit pater.
Reliquit cum matre heic vxorem: nam ſenex
Rus abdidit 79 ſe; huc raro in vrbem commeat.
Ph. Quid adhuc habent infirmitatis nuptiae 80?
Pa. Nunc audies. primum dies compluſculos
Bene conueniebat 81 ſane inter eas: interim
Miris modis odiſſe coepit Soſtratam,
Neque lites vlla inter eas, poſtulatio 82
Nunquam 83. Ph. Quid igitur? Pa. Si quando ad eam acceſſerat
Confabulatum 84, fugere 85 e conſpectu illico,
Videre 86 nolle: denique, vbi non quit 87 pati,
Simulat ſe a matre accerſi ad rem diuinam 88, abit,
Vbi ibi eſt dies complureis, accerſi iubet 89,
Dixere 90 cauſſam tunc neſcio quam: iterum iubet 91:
Nemo remiſit 92 poſtquam accerſunt ſaepius,
Aegram eſſe ſimulant mulierem. noſtra 93 illico
It viſere ad eam: admiſit nemo. hoc vbi ſenex
Reſciuit, heri ea cauſſa 94 rure aduenit huc,

Pa.

78 in Imbrum abire iuſſit pater amantem Pamphilum contra eius voluntatem. 79 occultauit ſe in rure ſuo. 80 ego non video ex hac narratione, nuptias fore infirmas. 81 erant concordes. 82 expoſtulatio, rixa. 83 erat. 84 *zu plaudern*, ad colloquendum cum illa. 85 illa incipiebat. 86 & videre nolebat Pamphilum. 87 poteſt illum diutius pati. 88 ſacrificium. 89 Soſtratam. 90 *ſie wenden eine Urſache vor*. 91 illam ad ſe accerſi. 92 illam. 93 Soſtrata. 94 propterea.

95 adiit

Patrem continuo conuenit 95 Philumenae.
Quid egerint inter ſe, nondum etiam ſcio:
Niſi ſane curae 96 eſt, quorſum euenturum 97 hoc ſiet.
Habes omnem rem; pergam quo coepi hoc iter.
Ph. Et quidem ego 98: nam conſtitui 99 cum quo-
dam hoſpite,
Me eſſe illum conuenturam 100. Pa. Dii vortant bene
Quod agas. Ph. Vale. Pa. Et tu bene vale, Philotium.

95 adiit. 96 hoc autem ego cupio ſcire. 97 quem euentum haec res habitura ſit. 98 id cupio. 99 *ich habe den Verlaſs genommen.* 100 me velle ad ipſum venire.

ACTVS II. SCENA I.

LACHES, SOSTRATA.

L. PRoh deum atque hominum fidem, quod hoc genus 1 eſt, quae haec coniuratio.
Vt omnes mulieres eadem aeque ſtudeant nolintque 2 omnia?
Neque declinatam 3 quidquam ab aliarum ingenio vllam reperias:
Itaque adeo vno animo omnes ſocrus oderunt nurus 4. viris
Eſſe aduorſas, aeque ſtudium 5 eſt, ſimilis eſt pertinatia.
In eodem omnes mihi videntur ludo 6 doctae ad malitiam: &

1 hominum, rei. 2 idem velint & nolint. 3 alienam. 4 ſuas. 5 aeque ſtudent omnes mulieres. 6 ſchola.

Ei ludo, ſi ullus 7 eſt, magiſtram hanc eſſe ſatis certo ſcio 8.

S. Me miſerum, quae nunc? quamobrem accuſer, neſcio. L. Hem

Tu neſcis? S. Non, ita me dii bene ament, mi Laches,

Itaque vna inter nos agere aetatem liceat 9. L. Dii mala prohibeant.

S. Meque abs te immerito eſſe accuſatam, poſtmodo reſciſces. L. Scio.

Te immerito 10? an quidquam pro iſtis factis dignum 11 te dici poteſt,

Quae me, & te, & familiam dedecoras, filio luctum, 12 paras?

Tum autem ex amicis inimici vt ſint nobis affines, facis,

Qui illum decorerunt 13 dignum; ſuos cui liberos committerent.

Tu ſola exorere 14, quae perturbes haec tua 15 impudentia.

S. Egone? L. Tu inquam, mulier, quae me omnino lapidem, haud hominem, putas.

An, quia ruri eſſe crebro ſoleo, neſcire arbitramini,

Quo-

7 ſi modo vlla talis ſchola eſt. 8 hanc Soſtratam eſſe ludi magiſtram. 9 & ita liceat nobis inter nos diu vivere, vt hoc non eſt. 10 tune immerito accuſata ſis? 11 an quidquam contumelioſum dici poteſt, quod te dignum non ſit? 12 & filium coniicis in luctum. 13 putauerunt dignum eſſe. 14 nunc exiſtis. 15 per tuam.

16 quo-

Quo quiſque pacto heic vitam noſtrorum exigat [16]?
Multo melius, heic quae fiunt, quam illic, vbi ſum aſſidue, ſcio:
Ideo quia, vti vos mihi domi eritis, proinde ego ero fama foris [17].
Iampridem equidem audiui cepiſſe odium [18] tui Philumenam:
Minime adeoque mirum: &, ni id feciſſet, magis mirum foret.
Sed non credidi adeo, vt etiam totam hanc odiſſet domum.
Quod ſi ſciſſem, ille heic maneret [19] potius, tu hinc iſſes foras.
At vide, quam immerito aegritudo [20] haec oritur mihi abs te, Soſtrata.
Rus habitatum abii, concedens [21] vobis, & rei [22] ſerviens:
Sumtus voſtros otiumque vt noſtra res [23] poſſet pati,
Meo labori haud parcens, praeter aequum atque aetatem meam.
Non te [24] pro his curaſſe rebus, ne quid aegre eſſet mihi?

S. Non

16 quomodo quisque veſtrorum heic viuat. 17 ideo hoc ſcio, quoniam ita populus de me loquitur, vti vos eſtis domi. 18 quod Philumena te habeat in odio. 19 manſiſſet. 20 moleſtia. 21 *indem ich euch aus den Augen gegangen bin.* 22 familiari. 23 familiaris, *Vermögen.* 24 decuiſſet.

S. Non mea[25] opera neque pol culpa euenit[26]. L. Immo maxume.
Sola heic fuisti: in te omnis haeret culpa sola, Sostrata.
Quae heic erant, curares[27]; cum ego vos solui[28] curis caeteris.
Cum puella anum suscepisse[29] inimicitias non pudet?
Illius dices culpa factum[30]. S. Haud equidem dico, mi Laches,
L. Gaudeo, ita me dii ament, gnati caussa[31]: nam de te quidem
Satis scio, peccando detrimenti nil fieri[32] potest.
S. Quei scis, an ea caussa[33], mi vir, me odisse assimulauerit,
Vt cum matre vna plus[34] esset? L. Quid ais? non signi hoc sat est,
Quod heri nemo voluit visentem te ad eam intromittere?
S. Enim lassam oppido[35] tum aiebant: eo[36] ad eam non admissa sum.
L. Tuos esse illi mores morbum magis[37], quam vllam aliam rem arbitror:

Et

25 nec per meam operam nec culpam. 26 hoc factum est. 27 curare debuisses. 28 liberaui. 29 incepisse. 30 per illius culpam dices, hoc factum esse. 31 propter filium. 32 non potes deterior fieri peccando. 33 propterea. 34 vt illa apud matrem diutius esse posset. 35 valde. 36 ideo. 37 arbitror, tuos molestos & acerbos mores illi esse potius morbum.

38 pla-

Et merito adeo: nam voſtrarum nulla eſt, quin gnatum velit
Ducere vxorem, & quae vobis placita[38] conditio eſt, datur.
Vbi duxere[39] impulſu voſtro, voſtro impulſu eas-dem exigunt.

38 placuit. 39 poſtquam filli duxerunt vxores.

ACTVS II. SCENA II.

PHIDIPPVS, LACHES, SOSTRATA.

P. ETſi ſcio, Philumena, meum ius eſſe, vt te cogam,
Quae ego imperem, facere: ego tamen patrio animo victus faciam
Vt tibi concedam[1], neque tuae libidini[2] aduorſabor.
L. Atque eccum Phidippum optume video: ex hoc iam ſcibo, quid ſit.
Phidippe, eſſe ego meis omnibus ſcio me apprime[3] obſequentem:
Sed non adeo, vt facilitas mea illorum corrumpat animos.
Quod tu idem ſi faceres, magis in rem 4 & noſtram, & voſtram id eſſet.
Nunc video in illarum poteſtate eſſe te. P. Eia vero!
L. Adii te heri de[5] filia: vt[6] veni, itidem incertum amiſiſti[7].

1 *Nachgeben.* 2 voluntati. 3 valde. 4 ad vtilitatem. 5 propter. 6 poſtquam autem. 7 dimiſiſti.

8 id

Haud ita decet, si perpetuam vis esse affinitatem hanc,
Celare te iras. si quid est peccatum a nobis, profer [8]:
Aut ea refellendo, aut purgando [9] vobis, corrigemus,
Te iudice [10] ipso. sin ea est caussa retinendi apud vos [11],
Quia aegra est; te mi iniuriam facere arbitror, Phidippe,
Si metuis, satis vt meæ domi curetur diligenter [12].
At, ita me dii ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es,
Vt tu illam saluam magis velis, quam ego; id adeo [13] gnati caussa,
Quem ego intellexi illam haud minus, quam se ipsum, magnificare.
Neque adeo me clam [14] est, quam esse eum grauiter laturum credam [15],
Hoc si rescierit. eo domum, studeo hoc prius [16], quam ille huc redeat.
P. Laches, & diligentiam vestram, & benignitatem
Noui;

8 id debet iam indicare. 9 dum nos excusabimus factum erga vos. 10 tu ipse autem iudex esto. 11 quod si vero haec caussa est, cur retineatis vxorem. 12 si putas, quod illa non satis diligenter curari possit in mea domo. 13 volo. 14 & ego probe scio. 15 quam grauiter ille hoc laturus sit. 16 curare.

17 per-

Noui; & quae dicis, omnia esse, vt dicis, animum [17] induco:
Et te hoc mihi cupio credere: illam ad vos redire studeo,
Si facere possim vllo modo. L. Quae res te facere id prohibet?
Eho, nunquidnam [18] accusat virum? P. Minime, nam postquam attendi
Magis, & vi coepi cogere vt rediret, sancte [19] adiurat,
Non posse apud vos Pamphilo se absente perdurare [20].
Aliud fortasse aliis vitii [21] est: leni ego animo sum natus:
Non possum aduorsari meis. L. Hem Sostrata! S. Heu me miseram!
L. Certumne est istuc? P. Nunc quidem [22], vt videtur. sed nunquid vis?
Nam [23] est, quod me transire ad forum iam oportet. L. Eo tecum vna [24].

17 persuadeor. 18 num illa ob aliquam causam. 19 *so schwur sie hoch und theuer.* 20 se non posse apud vos manere Pamphilo absente. 21 *andere haben vielleicht andere Gebrechen.* 22 certum id est. 23 habeo aliquod negotium. 24 tecum simul ibo.

ACTVS II. SCENA III.

SOSTRATA.

S. AEdepolnae nos aeque sumus omnes invisae viris,

Propter paucas; quae omnes faciunt, dignae vt videamur malo [1].
Nam, ita me ament Di, quod [2] me accusat nunc vir, sum extra noxiam [3].
Sed non facile est expurgatu [4]: ita animum induxerunt [5], socrus
Omneis esse iniquas. haud pol me [6] quidem: nam nunquam secus [7]
Habui illam, ac si ex me esset nata: nec, quei hoc mi eueniat, scio.
Nisi pol filium multimodis [8] iam exspecto ut redeat domum.

1 Omni malo. 2 propter quod. 3 omnem culpam. 4 non facile me possum excusare. 5 persuasi sunt. 6 certe vero ego iniqua non sum. 7 aliter tractaui. 8 Vehementer.

ACTVS III. SCENA I.

PAMPHILVS, PARMENO, MYRRHINA.

Pam. NEmini ego plura acerba esse ex amore homini vnquam oblata [1] credo,
Quam mihi. heu me infelicem, hanccine ego vitam parsi [2] perdere?
Haccine ego caussa? eram tantopere cupidus redeundi domum?
Cui quanto fuerat praestabilius [4], vbiuis gentium [5] aetatem [6] agere.

Quam

1 Accidisse. 2 cur ego vero peperci. 3 an ego propterea. 4 quanto melius mihi fuisset. 5 in quocunque loco. 6 viuere.

7 quibus

Quam huc redire? atque haec ita esse, miserum me resciscere?
Nam nos omnes, quibus alicunde [7] aliquis obiectus est labos,
Omne, quod est interea tempus, priusquam id rescitum est [8], lucro est.
Par. At sic, citius quei te expedias [9] his aerumnis, reperies:
Si non rediisses, hae iae factae essent multo ampliores [10];
Sed nunc aduentum tuum ambas, Pamphile, scio reuerituras [11].
Rem cognosces: iram expedies [12]: restitues [13] rursum in gratiam.
Leuia sunt, quae tu pergrauia esse in animum induxti [14] tuum.
Pam. Quid consolare me? an quisquam vsquam gentium est aeque miser?
Priusquam hanc vxorem duxi, habebam alibi animum amori deditum:
Iam in hac re vt taceam, cuiuis facile scitu [15] est, quam fuerim miser?
Tamen nunquam ausus sum recusare eam, quam mihi obtrudit pater.

7 quibus accidit aliqua calamitas. 8 resciscimus. 9 liberes ex. 10 maiores. 11 sed nunc scio, quod illae ambae timeant tuum aduentum. 12 compones, sedabis. 13 *du wirſt ſie wieder vergleichen.* 14 persuaderis. 15 quilibet facile scire potest.

16 tum

Vix me illinc abſtraxi, atque impeditum in ea
expediui animum meum,
Vixque huc contuleram; hem noua res orta eſt,
porro ab hac quae me abſtrahat.
Tum matrem ex ea re me aut vxorem in culpa
inventurum arbitror [16];
Quae cum ita eſſe inuenero, quid reſtat, niſi
porro vt fiam miſer?
Nam matris ferre iniurias me, Parmeno, pietas
[17] iubet:
Tam vxori obnoxius [18] ſum: ita olim ſuo me in-
genio pertulit,
Tot meas iniurias quae nunquam in vllo patefe-
cit loco. (Parmeno,
Sed magnum neſcio quid neceſſe eſt eueniſſe [19],
Vnde [20] ira inter eas interceſſit [21], quae tam per-
manſit diu.
Par. Hoc quidem hercle paruum eſt: ſi vis vero
veram rationem exſequi [22],
Non maxumas, quae maxumae ſunt interdum
irae, iniurias
Faciunt [23]: nam ſaepe [24] eſt, quibus in rebus alius
ne iratus quidem eſt,
Cum de eadem [25] cauſſa eſt iracundus factus ini-
miciſſimus. Pueri

16 tum ego arbitror, me inuenturum eſſe aut matrem aut vxorem in culpa eius rei. 17 *der ſchuldige Reſpect gegen die Mutter.* 18 obligat. 19 accidiſſe. 20 quapropter. 21 orta eſt. 22 ponderare, aeſtimare. 23 irae, quae interdum maximae ſunt, non maximas iniurias faciunt. 24 accidit. 25 propter eandem cauſam.

26 pro-

Pueri inter ſeſe quam pro [26] leuibus noxiis iras gerunt!

Quapropter? quia enim qui eos gubernat animus, infirmum gerunt [27].

Itidem [28] mulieres ſunt ferme, vt pueri, leui ſententia [29]:

Fortaſſe vnum aliquod verbum hanc inter eas iram conciuerit [30].

Pam. Abi, Parmeno, intro, ac me veniſſe nuncia.

Par. Hem, quid hoc? Pam. Tace.

Par. Trepidari [31] ſentio, curſari rurſum prorſum [32]: agedum, ad fores

Accede propius. hem, ſenſiſtine? Pam. Noli fabularier [33].

Pro Iupiter! audio clamorem. Par. Tute loqueris, me vetas [34]?

M. Tace, obſecro, mea gnata. Pam. Matris vox viſa eſt Philumenae.

Nullus [35] ſum. Par. Quei dum? Pam. Perii.

Par. Quamobrem? Pam. Neſcio quod magnum malum

Profecto, Parmeno, me celant [36]. Par. Vxorem Philumenam

26 Propter leues culpas. 27 quia pueri infirmum animum habent, qui eos regit. 28 perinde, pariter. 29 *leichtſinnig, unbedächtſam, hitzig.* 30 excitauerit. 31 ſentio; quod aliqua trepidatio ſit. 32 quod homines curſitent ſurſum deorſum. 33 loqui. 34 & vetas me loqui? 35 perii. 36 clam me habent, mihi occultant.

37 ti-

Pauitare 37 nescio quid, dixerunt, id si forte est, ne scio.

Pam. Interii: cur mihi id non dixti? Par. Quia non poteram vna 38 omnia.

Pam. Quid morbi 39 est? Par. Nescio. Pam. Quid? nemone medicum adduxit? Par. Nescio.

Pam. Cesso 40 hinc ire intro, vt hoc quam primum, quidquid est, certum sciam?

Quonam modo, Philumena mea, nunc te offendam 41 affectam?

Nam si periculum vllum in te est, periisse me vna haud dubium est.

Par. Non vsus facto est mihi nunc 42, hunc intro sequi:

Nam inuisos 43 omneis nos esse illis sentio:

Heri nemo voluit Sostratam intro admittere,

Si forte morbus amplior 44 factus siet,

Quod sane nolim, maxume heri caussa mei 45;

Seruum illico introiisse dicent Sostratae:

Aliquid tuliisse commiscentur 46 mali,

(Capiti atque aetati illorum 47,) morbus quei auctus sit:

Hera in crimen veniet 48, ego 49 in magnum malum.

ACTVS

37 timere. 38 simul dicere, *auf einmahl.* 39 quo morbo laboret illa? 40 cur cesso. 41 inueniam, in quo statu. 42 non vtile aut necesse mihi nunc est. 43 exosos. 44 maior. 45 propter herum meum. 46 excogitabunt. 47 vtinam illud malum in ipsorum capita recidat! 48 accusabitur. 49 vero incidam.

I Ve-

ACTVS III. SCENA II.

SOSTRATA, PARMENO, PAMPHILVS.

S. NEscio quid iam dudum heic audio tumultuari misera:
Male [1] metuo, ne Philumena magis morbus aggraueſcat [2]:
Quod te, Aeſculapi, & te ſalus, ne quid ſit huius [3], oro.
Nunc ad eam viſam [4]. Par. Heus Soſtrata. S. Ehem.
Par. Iterum iſtinc excludere [5].
S. Ehem, Parmeno, tu ne heic eras? Perii, quid faciam misera?
Non viſam vxorem Pamphili, cum in proxumo heic ſit aegra?
Par. Non viſas, nec mittas quidem viſendi cauſſa quemquam.
Nam qui amat, cui odio ipſus eſt, bis facere ſtulte duco [6]:
Laborem inanem ipſus capit, & illi [7] moleſtiam affert.
Tum autem filius tuus introiit videre, vt [8] venit, quid agat.
S. Quid ais? an venit Pamphilus? Par. Venit. S. Diis gratiam habeo.

1 Vehementer. 2 grauior fiat. 3 ne hoc fiat. 4 nunc videbo illam. 5 nunc iterum excluderis ab aditu, nolunt te intromitti. 6 nam puto, eum bis facere ſtulte, qui hunc amat, apud quem in odio eſt. 7 alteri. 8 poſtquam.

9 tuus

Hem, iſtoc verbo animus mihi [9] rediit, & cura ex corde exceſſit.

Par. Iam ea te [10] cauſſa maxume huc nunc introire nolo:

Nam ſi remittent quippiam Philumenae dolores,

Omnem rem narrabit, ſcio, continuo ſola [11] ſoli [12].

Quae inter vos interuenit, vnde ortum eſt initium irae.

Atque eccum video ipſum egredi. quam triſtis eſt! S. O. mi gnate.

Par. Mea mater, ſalue. S. Gaudeo veniſſe ſaluum. ſaluane

Philumena eſt? Pam. Meliuſcula [13]. S. Vtinam iſtuc dii faxint!

Quid tu igitur lacrumas? aut quid [14] es tam triſtis? Pam. Recte mater [15].

S. Quid fuit tumulti [16]? dic mihi: an dolor repente inuaſit [17]?

Pam. Ita factum eſt. S. Quid morbi eſt? Pam. Febris. S. Quotidiana? Pam. Ita aiunt.

I ſodes intro, conſequar iam tam te, mea mater. S. Fiat.

Pam. Tu pueris curre, Parmeno, obuiam, atque his onera adiuta [18].

Par.

---

9 tuus ſermo recreauit mihi animum meum. 10 propterea. 11 Philumena. 12 Pamphilo. 13 *ſie befindet ſich etwas beſſer.* 14 cur. 15 bene me habeo. 16 cur vero tantus tumultus erat in domo. 17 illam, *überfallen*, 18 & iuua illos in portandis oneribus, bagage.

Par. Quid? non ſciunt ipſi viam, domum qua re-
deant? Pam. Ceſſas?

ACTVS III. SCENA III.

PAMPHILVS.

P. NEqueo mearum rerum initium vllum inuenire idoneum,
Vnde exordiar, narrare, quae nec opinanti accidunt,
Partim quae perſpexi his oculis, partim quae accepi auribus:
Qua me propter exanimatum citius eduxi foras[1]
Nam modo me intro vt corripui[2] timidus, alio ſuſpicans
Morbo me viſurum affectam[3], ac[4] ſenſi eſſe, vxorem: hei mihi,
Poſtquam me adſpexere ancillae aduenisſe, illico omnes ſimul
Laetae exclamant, venit[5], id[6] quod me repente adſpexerant.
Sed continuo vultum earum[7] ſenſi immutari omnium,
Quia tam incommode[8] illis fors[9] obtulerat aduentum meum.
Vna illarum interea propere praecurrit, nuncians

1 Prodii, exii. 2 nam poſtquam timidus celeriter introiui. 3 ſuſpicabar, meam vxorem alio morbo laborare. 4 quam quidem ego ſenſi. 5 Pamphilus. 6 propterea. 7 ancillarum. 8 inopportuno tempore. 9 fortuna, caſus fortuitus. 10 Phi-

Me veniſſe, ego eius [10] videndi cupidus recta [11]
conſequor.
Poſteaquam intro adueni, extemplo [12] eius mor-
bum cognoui miſer.
Nam neque, vt celari poſſet [13], tempus ſpatium
vllum dabat:
Neque voce alia, ac res monebat, ipſa [14] poterat
conqueri.
Poſtquam adſpexi, o facinus indignum! inquam,
& corripui [15] illico
Me inde lacrumans, incredibili re, atque atroci
pereitus [16].
Mater [17] conſequitur. iam vt limen exirem, ad ge-
nua adcidit,
Lacrumans miſera: miſeritum [18] eſt. Profecto
hoc ſic eſt, vt puto,
Omnibus nobis vt res dant [19] ſeſe, ita magni at-
que humiles ſumus.
Hanc habere orationem mecum principio inſti-
tit [20]:
O mi Pamphile, abs te quamobrem haec abierit,
cauſſam vides.
Nam vitium eſt oblatum [21] virgini olim ab neſcio
quo improbo:
Nunc huc confugit, te atque alios partum vt ce-
laret [22] ſuum. Sed

10 Philumenae. 11 *gerades VVeges.* 12 ſtatim. 13 occultari poſſet morbus. 14 Philumena. 15 ſtatim celeriter abii. 16 territus. 17 Philumenae ſequitur me. 18 *ich hatte Mitleiden mit ihr.* 19 pro ſtatu rerum noſtrarum. 20 incipit mater Philumenae. 21 virgo vitiata eſt. 22 occultaret. 23 dum

Sed cum orata eius reminiſcor[23], nequeo quin la-
crumem miſer.
Quaequae fors fortuna eſt, inquit[24], nobis quae
te hodie obtulit[25],
Per eam te obſecramus ambae, ſi ius, ſi fas eſt, vti.
Aduerſa[26] eius per te tecta tacitaq; apud omnes
ſient.
Si vnquam erga te animo eſſe amico ſenſiſti eam,
mi Pamphile,
Sine labore[27] hanc gratiam, te, vti ſibi des pro
illa, nunc rogat.
Caeterum de reducenda[28] id fac, quod in rem[29]
ſit tuam.
Parturire eam, neque grauidam eſſe ex te, ſolus
conſcius.
Nam aiunt tecum poſt duobus concubuiſſe eam
menſibus:
Tum, poſtquam ad te venit, menſis agitur hic iam
ſeptimus:
Quod te ſcire, ipſa indicat res. nunc ſi potis[31] eſt,
Pamphile,
Maxume volo, doque operam, vt clam partus e-
ueniat patrem[32],
Atque adeo omneis[33]. ſed ſi fieri id non poteſt,
quin ſentiant, Di-

23 dum in memoriam reuoco eius preces. 24 mater 25 attulit. 26 calamitas Philumenae. 27 facile. 28 quod ad reductionem Philumenae attinet. 29 quod tibi videbitur. 30 tu ſolus ſcis. 31 ſi fieri poteſt. 32 vt pater nihil reſciſcat de hoc partu. 33 atque adeo vt omnes homi-

Dicam abortum esse. scio, nemini aliter suspectum 34 fore,
Quin, quod verisimile est, ex te recte 35 eum natum putent.
Continuo exponetur 36. heic tibi nihil est quidquam 37 incommodi: &
Illi miserae indigne factam iniuriam contexeris 38.
Pollicitus sum, & seruare in eo certum 39 est, quod dixi fidem.
Nam de reducenda 40, id vero neutiquam honestum esse arbitror:
Nec faciam, etsi amor me grauiter, consuetudoque tenet 41.
Lacrumo: quae posthac futura est vita, cum in mentem venit.
Solitudoque. O fortuna, vt nunquam perpetuo es bona!
Sed iam prior amor me ad hanc rem exercitatum reddidit,
Quem ego consilio 42 missum feci 43, idem nunc operam 44 huic dabo.

Adest

homines id nesciant. 34 neminem habiturum esse aliam suspicionem. 35 legitime. 36 partus. 37 ex hoc consilio tu nullam accipies molestiam, 38 & ita conteges iniuriam, quae facta est illi miserae. 39 decreui. 40 quod reductionem eius in domum meam attinet. 41 etsi eam vehementer amo & eius conuersatione delector. 42 *mit Fleiß und gutem Bedacht.* 43 hactenus intermisi. 44 ipse ego nunc hanc amabo.

Adeſt Parmeno cum pueris. hunc minime eſt opus
In hac re adeſſe: nam olim ſoli [45] credidi,
Ea [46] me abſtinuiſſe in principio, cum data [47] eſt.
Vereor ſi clamorem eius [48] hic crebro audiat,
Ne parturire intelligat, aliquo [49] mihi eſt
Hinc ablegandus, dum parit Philumena.

45 Parmenoni dixi. 46 ab ea ſponſa. 47 cum illa mihi data fuit vxor. 48 Philumenae. 49 ad aliquem locum neceſſe eſt vt illum ablegem.

ACTVS III. SCENA IV.

PARMENO, SOSIA, PAMPHILVS.

Par. AIn' tu tibi hoc incommodum eueniſſe iter?
S. Non hercle verbis, Parmeno, dici poteſt
Tantum, quam re ipſa nauigare incommodum [1] eſt.
Par. Itane eſt? S. O fortunate, neſcis quid mali
Praeterieris, qui nunquam es ingreſſus mare.
Nam alias vt omittam miſerias, vnam hanc vide:
Dies triginta, aut plus eo, in naui fui,
Cum interea ſemper mortem exſpectabam mi-
Ita vſque [2] aduorſa tempeſtate vſi ſumus. (ſer:
Par. Odioſum [3]. S. Haud clam me eſt? denique hercle aufugerim
Potius, quam redeam, ſi eo [4] mihi redeundum ſciam.

Par.

1 Moleſtum. 2 vſque adeo. 3 moleſtum hoc eſt, *das hör ich gar nicht gerne.* 4 ad mare.

5 apud

Par. Olim quidem te cauſſae impellebant leues,
Quod nunc minitare facere, vt faceres, Soſia.
Sed Pamphilum ipſum video ſtare ante oſtium.
Ite intro: ego hunc adibo, ſi quid me [5] velit.
Here, etiam tu heic ſtas? Pam. Equidem te exſpecto. Par. Quid eſt?
Pam. In arcem tranſcurſo opus [6] eſt. Par. Cui homini [7]? Pam. Tibi.
Par. In arcem? quid eo [8]? Pam. Callidemidem hoſpitem
Myconium, qui mecum vna aduectus [9] eſt, conueni [10].
Par. Perii. vouiſſe hunc dicam [11], ſi ſaluus domum
Rediiſſet vnquam, vt me ambulando rumperet [12].
Pam. Quid ceſſas? Par. Quid vis dicam [13]? an conueniam modo?
Pam. Imo [14], quod conſtitui me hodie conuenturum eum,
Non poſſe, ne me fruſtra illic exſpectet: vola [15].
Par. At non noui hominis faciem. Pam. At faciam, vt noueris:
Magnus, rubicundus, criſpus [16], craſſus, caeſius [17],
Cadaueroſa [18] facie. Par. Dii illum perduint.
Quid,

5 apud me. 6 oportet vt tu celeriter curras in arcem, opus eſt tranſcurſo. 7 quis debet currere? 8 ibi faciam. 9 in naui. 10 debes adire. 11 credo, hunc votum dixiſſe aut nuncupaſſe, *er habe eine Gelübde gethan.* 12 corrumperet, enecaret. 13 vt dicam huic hoſpiti ſeu peregrino. 14 dices. 15 celeriter curre. 16 *krauſſharig.* 17 *er hat Katzen-Augen.* 18 *ſchouſſlich, er ſieht aus*

Quid, ſi non veniet? maneamne vſque ad veſperum?

Pam. Maneto: curre. Par. Non queo: ita defeſſus ſum.

Pam. Ille [19] abiit. quid agam infelix? prorſus neſcio,

Quo pacto hoc celem, quod me orauit Myrrhina,
Suae gnatae partum; nam me miſeret mulieris.
Quod potero, faciam tamen, vt pietatem [20] colam:
Nam me parenti potius, quam amori, obſequi
Oportet. at at at! eccum Phidippum & patrem.
Video: horſum [21] pergunt. quid dicam hiſce, incertus ſum.

aus wie der Tod oder eine Leiche. 19 Parmeno. 20 amorem & venerationem erga parentes retineam & conſeruem. 21 *hieher gegen uns.*

ACTVS III. SCENA V.

LACHES, PHIDIPPVS, PAMPHILVS.

L. DIxtine dudum dixiſſe illam, ſe exſpectare filium?

Ph. Factum [1] L. Veniſſe aiunt: redeat. Pa. Quem cauſſam dicam patri,

Quamobrem non reducam [2], neſcio. L. Quem ego heic audiui loqui?

Pa. Certum obſtirmare eſt viam me, quam decreui perſequi.

L. Ipſus

1 Omnino ego hoc dixi. 2 Philumenam. 3 decreui eam

L. Ipſus eſt, de quo hoc agebam tecum. Pa. Salue, mi pater.

L. Gnate mi, ſalue. Ph. Bene factum [4] te aduenisſe, Pamphile,

Et adeo [5], quod maxumum eſt, ſaluum atque validum [6]. Pa. Creditur.

L. Aduenis modo? Pa. Admodum [7]. L. Cedo [8], quid reliquit Phania

Conſobrinus noſter? Pa. Sane hercle homo voluptati obſequens [9]

Fuit, dum vixit: & qui ſic ſunt, haud multum haeredem adiuuant.

Sibi vero hanc laudem relinquunt [10]: vixit dum vixit, bene.

L. Tum tu igitur nihil attuliſti huc plus vna [11] ſententia?

Pa. Quidquid eſt id, quod reliquit, profuit [12],

L. Imo obfuit:

Nam illum viuum & ſaluum vellem. Ph. Impune [13] optare iſtuc licet.

Ille reuiuiſcet iam nunquam: & tamen, vtrum [14] malis, ſcio.

L. He-

---

eam viam retinere ſeu ſententiam, quam ſemel ſuſcepi. 4 gaudeo. 5 & gaudeo, quod adeo ſaluus redieris. 6 ſanum & incolumem. 7 iam modo. 8 dic mihi quæſo. 9 deditus. 10 quod dicant homines; vixit &c. 11 quam vnam hanc ſententiam. 12 vtile fuit. 13 licet tibi hoc optare ſine periculo. 14 *welches von beyden.* quodnam ex duobus magis cupias, num vitam eius, an vero hæreditatem.

15 *floße*

L. Heri Philumenam ad ſe accerſi hic iuſſit: dic iuſſiſſe te.
Ph. Noli fodere [15]: iuſſi. L. Sed eam iam remittet. Ph. Scilicet.
Pa. Omnem rem ſcio, vt ſit geſta; aduenienſ audiui omnia. L. At
Iſtos inuidos dii perdant, qui haec libenter [16] nunciant.
Pa. Ego me ſcio cauiſſe, ne vlla merito [17] contu- 20
melia
Fieri a vobis poſſet. idque ſi nunc memorare heic velim,
Quam fideli animo & benigno in illam & clementi fui,
Vere poſſim, ni te ex ipſa id magis velim reſciſcere:
Namque eo pacto [18] maxime apud te meo erit ingenio [19] fides,
Cum [20] illa, quae nunc in me iniqua eſt, aequa [21] 25
de me dixerit.
Neque mea culpa hoc diſcidium [22] euenisſe, id teſtor deos.
Sed quando ſeſe eſſe indignam deputat [23] matri meae.

Cui

15 *ſtoße mich nur nicht.* 16 *die ſo gar gerne ſich mit neuen Zeitungen tragen.* 17 iure, propter meritum meum. 18 modo. 19 fidem habebis meo ingenio. 20 quando. 21 id quod aequum eſt. 22 hanc diſcordiam. 23 ſed quoniam illa putat, ſibi non decere, vt concedat matri meae.

24 per

Cui concedat, cuius mores toleret ſua [24] modeſtia;
Neq; alio pacto poteſt componi inter eas gratia,
Segreganda [25] aut mater a me eſt, Phidippe, aut Philumena.
Nunc me pietas [26] matris potius commodum [27] ſuadet ſequi.
L. Pamphile, haud inuito [28] ad aures ſermo mihi acceſſit tuus,
Cum te poſt putaſſe [29] omnes res prae parente intelligo.
Verum vide, ne impulſus ira praue [30] inſiſtas, Pamphile.
Pa. Quibus iris nunc in illam impulſus [31] iniquus ſim?
Quae nunquam quidquam erga me commerita eſt, pater,
Quod nollem: & ſaepe, quod vellem, meritam [32] ſcio.
Amoque, & laudo, & vehementer deſidero:
Nam fuiſſe erga me miro [33] ingenio, expertus ſum;
Illique exopto, vt reliquam vitam exigat

Cum

24 per ſuam. 25 abigenda, ſeparanda. 26 amor, veneratio parentibus debita. 27 vtilitatem. 28 ego ſermonem tuum libenter audiui. 29 cum intelligo, te neglexiſſe omnes res prae matre tua, & quod matrem tuam magis ames, quam omnia alia. 30 ne iniuſte pergas agere, dum ira impellit. 31 quaenam ira me nunc impulerit, vt iniquus ſim erga illam? 32 ſcio, illam feciſſe. 33 amico, blando.

34 qui

Cum eo viro, me qui sit fortunatior [34],
Quandoquidem illam a me distrahit necessitas.
Ph. Tibi in manu [35] est, ne fiat. L. Si sanus [36] fies,
Iube illam redire. Pa. Non est consilium [37], pater:
Matris seruibo commodis. L. Quo abis? mane.
Mane inquam: quo vadis? Ph. Quae haec pertinacia est?
L. Dixine, Phidippe, hanc rem aegre laturum esse eum [38]?
Quamobrem te orabam, vt filiam remitteres.
Ph. Non credidi aedepol adeo inhumanum fore:
Ita nunc is sibi me supplicaturum [39] putat?
Si est [40], vt velit reducere vxorem, licet:
Sin alio est animo, renumeret [41] dotem huc, eat [42].
L. Ecce autem, tu quoq; proterue [43] iracundus es.
Ph. Percontumax redisti huc nobis, Pamphile,
L. Decedet iam ira haec: etsi merito iratus est.
Ph. Quia paullulum vobis accessit pecuniae [44],
Sublati [45] animi sunt. L. Etiam mecum litigas?
Ph. Deliberet, renuncietque [46] hodie mihi,
Velitne [47], an non vt alii, si huic non sit, fiet [48].
L. Phi-

34 qui felicior sit, quam ego sum. 35 in tua potestate est, *das stehet bey dir*. 36 sapiens. 37 hoc consilium ego non sequar. 38 Pamphilum. 39 ita nunc putat ille, me supplicaturum sibi. 40 si vult ille reducere. 41 reddat modo. 42 *und da mag er seiner VVege gehen*. 43 procaciter, *so trotzig*. 44 quia paululum pecuniae accepistis. 45 elati, superbi sunt vestri animi facti. 46 *er mag mir es wieder sagen*. 47 num velit illam reducere. 48 vt alius illam accipiat, si hic non vult.

49 hoc

L. Phidippe, ades, audi paucis. abiit: quid mea 49?
Postremo inter se transigant ipsi, vt lubet:
Quando nec gnatus, neque hic mihi quidquam obtemperant:
Quae dico, parui pendunt. porto hoc iurgium 50 ad
Vxorem, cuius fiunt consilio omnia haec,
Atque in eam hoc omne, quod mihi aegre est, euomam 51.

49 hoc attinet. 50 rixabor cum mea vxore. 51 omnem meam iram in illam effundam.

ACTVS IV. SCENA I.

MYRRHINA, PHIDIPPVS.

M. PErii, quid agam? quo me vortam: quid meo respondebo viro
Misera? nam audisse vocem pueri visus 1 est vagientis:
Ita corripuit 2 derepente tacitus sese ad filiam:
Quod si resciuerit peperisse 3, id qua 4 causa clam habuisse me
Dicam, non aedepol scio.
Sed ostium concrepuit, credo ipsum ad me exire: nulla 5 sum.
P. Vxor vbi 6 me ad filiam ire sensit, se duxit 7 foras.

Atque

1 Puto, eum audiisse vocem pueri lacrymantis. 2 statim ac celeriter abiit. 3 filiam. 4 non scio, quid dicam, quamobrem illud clam habuerim & occultauerim. 5 perii. 6 postquam. 7 prodiit.

8 tunc

Atque eccam video. quid agis, Myrrhina? heus tibi dico. M. Mihi ne,
Mi vir? P. Vir ego tuus ſum? virum me, aut hominem adeo eſſe deputas [8]?
Nam ſi vtrumuis horum [9], mulier [10], vnquam tibi viſus forem
Non ſic ludibrio tuis [11] factis habitus eſſem. M. Quibus [12]? P. At rogas [13]?
Peperit filia. hem! taces? ex quo [14]? M. iſtuc rogare [15] aequum eſt patrem?
Perii: ex quo cenſes [16], niſi ex illo, cui data eſt nuptum, obſecro?
P. Credo: neque adeo arbitrari patris eſt aliter. ſed demiror,
Quid ſit, quamobrem tantopere hunc omnes nos celare [17] volueris
Partum; praeſertim cum & recte, & ſuo peperit tempore.
Adeone peruicaci [18] eſſe animo, vt puerum praeoptares [19] perire,
Ex quo [20] inter nos ſcires poſthac amicitiam fore firmiorem,
Potius, quam eſſet cum illo [21] nupta aduorſus animi lubidinem Tui?

6 tune vero nunc putas me eſſe hominem aut virum? 9 *eines von dieſen beyden.* 10 o mea mulier! 11 per [illegible] facta. 12 factis meis. 13 interrogas? 14 quis pater [illegible] pueri, ex quo illa peperit? 15 interrogare decet. 16 ex quonam alio putas tu filiam peperiſſe? 17 nobis occultare. 18 *trotzig, unbeſonnen.* 19 optares, malles. 20 puero. 21 vt illa Pamphilo nuberet.

Tui? Ego etiam illorum esse hanc culpam credidi, quae [22] te est penes.

M. Misera sum! P. Vtinam sciam ita esse istuc: sed nunc mihi in mentem venit.

De hac re quod locuta es olim, cum illum generum cepimus:

Nam nuptam filiam negabas posse te [23] pati tuam
Cum eo, qui meretrices amaret, qui pernoctaret foris [24].

M. Quamuis [25] caussam hanc suspicari, quam ipsam veram, mauolo.

P. Multo prius sciui, quam tu, illum amicam habere, Myrrhina.

Verum id vitium ego nunquam [26] decreui esse adolescentiae:

Nam id omnibus innatum [27] est. at pol iam aderit [28], se quoque etiam cum oderit.

Sed vt [29] olim te ostendisti eandem esse, nihil cessasti [30] vsque adhuc,

Vt filiam ab eo abduceres, neu [31], quod ego egissem, esset [32] ratum.

Id nunc res indicium haec facit, quo pacto factum [33] volueris.

M. A-

22 quae in te haeret. 23 nam dicebas, te non posse [illegible]i, tuam filiam nuptam esse cum eo. 24 extra domum. [illegible] malo, vt quamcunque aliam caussam suspiceris. 26 nunquam putaui, id esse vitium in adolescente, si amaret. 27 *angebohren*. 28 tempus. 29 quemadmodum. 30 amisisti. 31 & vt non illud. 32 confirmaretur. 33 vt res fieret.

34 cum

M. Adeone me esse pervicacem censes, cui mater 34 siem,
Vt eo essem animo, si ex 35 vsu esset nostro hoc matrimonium?
P. Tune prospicere 36, aut iudicare, nostram in 37 rem quod sit, potes? (ret
Audisti ex aliquo fortasse, qui vidisse eum dice- 38
Exeuntem aut introeuntem ad amicam. quid tum 39 postea,
Si modeste ac raro hoc fecit? nonne ea dissimulare nos
Magis humanum 39 est, quam dare operam id scire, quei 40 nos oderit?
Nam si is posset ab ea 41 sese derepente auellere,
Quei cum tot consuesset 42 annos, non eum hominem ducerem 43,
Nec virum satis firmum 44 gnatae. M. Mitte 45 a- 46
dolescentem, obsecro,
Et 46 quae me peccasse ais. abi, solum solus conueni 47:
Roga 48, velitne an non vxorem; si est 49, vt dicat, velle se, Bb 2 Red-

34 cum ego ipsius mater sim. 35 vt ile esset nobis. 36 *bedencken, ersehen.* 37 quod vtile nobis. 38 *was ists denn nun mehr?* 39 decet. 40 vt ille ideo nos prosequatur. 41 amica. 42 cum qua tamen consuetudinem habuit per tot annos. 43 non putarem eum esse hominem probum. 44 constantem. 45 omitte, noli quidquam amplius dicere de hoc adolescente. 46 haec etiam omitte. 47 tu solus adire debes eum solum. 48 interroga. 49 si res ita est.

50 re-

Redde: sin est autem, vt nolit, recte consului[50] meae.

P. Siquidem ille ipse non volt, & tu sensisti esse in eo[51], Myrrhina,

Peccatum; aderam[52] cuius consilio ea par[53] fuerat prospici.

Quamobrem incendor ira, te esse ausam haec facere iniussu[54] meo.

Interdico[55], ne extuliſſe[56] extra aedes puerum vsquam velis.

Sed ego stultior[57], meis dictis parere[58] hanc qui postulem:

Olbo intro, atque edicam[59] seruis, ne quoquam efferri sinant[60]:

M. Nullam pol credo mulierem me miseriorem vivere.

Nam[61] vt hic laturus[62] hoc sit, si ipsam rem, vt siat, resciuerit.

Non aedepol clam[63] me est; cum hoc, quod lenius est, tam animo iracundo tulit:

Nec, qua via[64] sententia[65] eius mutari possit, scio. Hoc

50 rectum consilium dedi meae filiae. 51 in ea re esse peccatum. 52 *so war ich doch da.* 53 decuisset, meum erat officium, haec prospicere per meum consilium. 54 dum ego id non iussi. 55 & iam nunc prohibeo. 56 efferre. 57 sum. 58 qui postulo, vt haec mulier sermoni meo obediat. 59 dicam, iubebo. 60 puerum. 61 quomodo. 62 Phidippus. 63 ego sentio ac probe scio. 64 quo modo aut consilio. 65 eius propositum.

66 cum

Hoc mi vnum ex plurimis miſeriis reliquum fu- 55
erat malum,
Si, puerum vt tollam, cogit, cuius qui ſit neſci-
mus [66] pater.
Nam cum compreſſa [67] eſt gnata, forma [68] in te-
nebris neſci non quita [69] eſt:
Neque detractum ei tum quidquam eſt, quei
poſt [70] poſſit noſci, qui ſiet:
Ipſe eripuit vi, in digito quem habuit, virgini a-
biens [71] annulum;
Simul vereor, Pamphilus ne orata [72] noſtra ne- 60
queat diutius
Celare, cum ſciet alienum puerum tolli [73] pro
ſuo 74.

66 cum tamen neſciamus, quis pater ſit huius pueri. 67 ſtuprata. 68 facies ſtupratoris. 69 potuit. 70 ex quo poſtea. 71 ipſe abiens eripuit vi annulum virgini, quem ipſa habuit in digito. 72 preces. 73 educari. 74 filio.

ACTVS IV. SCENA II.

SOSTRATA, PAMPHILVS.

NOn clam [1] me eſt, mi gnate, tibi me eſſe ſu- 5
ſpectam, vxorem tuam
Propter meos mores hinc abiiſſe, etſi ea diſſimu-
las ſedulo.
Verum ita me dii ament, itaque obtingant [2] ex te,
quae exopto mihi, vt
Nunquam ſciens commerui [3], merito vt caperet
odium illam mei [4]:

1 Ego bene ſcio. 2 & ita mihi accidant ex te. 3 feci aliquid, commiſi. 4 vt illa me odiſſet merito meo aut culpa

Teque antequam me amare rebar [5], ei rei firmasti fidem:
Nam mihi intus tuus pater narrauit modo [6], quo pacto me habueris
Praepositam amori [7] tuo, nunc tibi me certum [8] est contra gratiam
Referre, vt apud me praemium esse positum pietati [9] scias.
Mi Pamphile, hoc & vobis, & meae commodum [10] famae arbitror:
Ego rus abituram hinc cum tuo [11] me esse certo decreui patre,
Ne mea praesentia obsset, neu [12] caussa vlla restet reliqua,
Quin tua Philumena ad te redeat. P. Quaeso quid istuc consilii est?
Illius stultitia victa [13], ex vrbe tu rus habitatum migres?
Haud [14] facies: neque sinam: vt qui nobis, mater, maledictum velit,
Mea pertinacia esse dicat factum [15], haud tua modestia.

Tum

culpa mea. 5 & antequam adhuc putabam, quod to me amares, in ea persuasione me confirmasti. 6 iam modo. 7 me praeposueris tuo amori. 8 nunc decreui tibi gratiam referre. 9 amori tuo erga me. 10 vtile esse. 11 ego certo decreui, me hinc abiturum esse rus cum tuo patre. 12 neque ut. 13 an tu victa per stultitiam vxoris abeas ex vrbe ad habitandum in praedio? 14 sane id non facies. 15 hoc esse factum per meam per-

Tum, tuas amicas te, & cognatas deſerere, & feſtos dies,
Mea cauſſa nolo [16]. S. Nihil pol iam iſtaec res mihi voluptatis ferunt [17].
Dum aetatis tempus tulit, perfuncta ſatis [18] ſum:
ſatias [19] iam tenet
Studiorum iſtorum: haec mihi nunc cura eſt maxuma, vt ne cui meae
Longinquitas aetatis obſtet [20], mortemue exoptet meam.
Heic video me eſſe inuiſam immerito: tempus eſt concedere [21].
Sic optume, vt ego opinor, omnes cauſſas præcidam [22] omnibus,
Et me hac ſuſpicione exſoluam [23], & illis morem geſſero [24],
Sine me obſecro effugere [25], volgus quod male audit mulierum.
P. Quam fortunatus ceteris ſum rebus absque vna [26] hac forer,

pertinaciam. 16 praeterea nolo, vt tu deſeras tuas amicas & feſtos dies propter me. 17 hae res non amplius me delectant. 18 has res ſatis vſurpaui, quamdiu licuit per aetatem iuuenilem. 19 nunc vero ſatura ſum harum rerum. 20 ne diuturna mea vita obſtet cuiquam. 21 *es iſt nun Zeit, daß ich ausweiche.* 22 adimam, *abſchneiden.* 23 liberem. 24 obſequar. 25 vt effugiam, euitare poſſim id, propter quod communiter mulieres malam famam acceperunt. 26 ſi haec vna res non eſſet.

27 dum

Hanc matrem habens [27] talem, illam autem vxorem! S. Obsecro, mi Pamphile,
Non tute incommodam rem, vt quaeque est, in animum inducas [28] pati.
Si caetera sunt ita, vt tu vis, itaque [29] vt esse ego illam existumo,
Mi gnate, da veniam [30] hanc mihi, reduc illam P. Vae misero mihi!
S. Et [31] mihi quidem: nam haec res non minus me male habet, quam te, gnate mi.

27 dum habeo. 28 noli persuaderi, hanc rem, quam tu pateris, nimium incommodum, grauem aut molestam esse, pro eo ac iam viuere solent mulieres. 29 atque ita. 30 *thue mir die Liebe oder den Gefallen.* 31 & Vae etiam mihi.

ACTVS IV. SCENA III.

LACHES, SOSTRATA, PAMPHILVS.

L. QVem cum istoc sermonem habueris, procul stans accepi, vxor [1]:
Istuc est sapere qui [2], vbicunque opus sit, animum possis flectere,
Quod faciundum sit post fortasse, hoc [3] nunc si feceris.
S. Fors pol fuat 4. L. Abi rus ergo hinc: ibi ego te, & tu me feres [5]. S. Spe-

1 Vxor mea, ego stans procul hinc audiui sermonem, quem habuisti cum istoc. 2 vt, si. 3 si nunc & statim facias, quod postea fortassis faciendum sit necessario. 4 hoc fortuna faciat, & faueat mihi, nec simile quidquam mihi eueniat. εὐφημισμὸς. 5 *da wollen wir uns ver-*

tra-

S. Spero mecaſtor. L. I ergo intro & compone [6], quae tecum ſimul
Ferantur. dixi. S. Ita, vt iubes, faciam. P. Pater.
L. Quid vis, Pamphile? P. Abire hinc matrem [7]? minime [8]. L. Quid ita iſtuc [9]? P. Quia
De vxore incertus ſum etiam, quid facturus ſiem. L. Quid eſt?
Quid vis niſi reducere [10]? P. Equidem cupio [11], & vix [12] contineo: ſed
Non minuam [13] meum conſilium; ex [14] vſu quod eſt, id perſequar. (gis fore.
Credo, ſi non reducam, ea gratia concordes [15] ma-
L. Neſcias. verum tua refert [16] nihil, vtrum [17] illae fecerint,
Quando haec abierit: odioſa [18] haec aetas eſt adoleſcentulis:
E medio aequum excedere [19] eſt. poſtremo nos iam fabulae
Sumus, Pamphile, ſenex, atque anus [20]:
Sed video Phidippum per tempus [21] egredi, accedamus [22]. Bb 5 ACTVS

tragen. 6 *packe zuſammen.* 7 an mater hinc abeat? 8 hoc ego ſane non patiar. 9 cur vero non abeat illa? 10 ego puto te nihil aliud velle, quam illam reducere. 11 illam reducere. 12 vix me. 13 *es wird nun wohl dabey bleiben.* 14 & quod mihi videbitur vtile, illud faciam. 15 propterea illas fore magis concordes. 16 hoc ad te nihil attinet. 17 num amicae inuicem ſint an inimicae. 18 adoleſcentes odiſſe ſolent ſenes ſuos parentes. 19 neceſſe eſt, vt ſenes parentes moriantur. 20 ſenex pater atque anus fabula ſit & ludibrium liberis. 21 opportune 22 ad illum.

1 Quam-

ACTVS IV. SCENA IV.

PHIDIPPVS, LACHES, PAMPHILVS.

Ph. TIbi quoque aedepol ſum iratus, Philumena,
Grauiter quidem: nam hercle abs te factum eſt turpiter:
Etſi tibi cauſſa eſt de hac [1] re, mater te impulit [2]:
Huic vero nulla [3] eſt. L. Opportune te mihi,
Phidippe, in ipſo tempore oſtendis [4]. Ph. Quid eſt?
Pa. Quid reſpondebo his? aut quo pacto hoc aperiam?
L. Dic filiae, rus conceſſuram [5] hinc Soſtratam:
Ne reuereatur, minus iam quo redeat domum [6].
Ph. Ah,
Nullam de his rebus culpam commeruit tua [7]:
Myrrhina haec ſunt mea vxore exorta omnia [8].
Pa. Mutatio [9] fit. Ph. Ea [10] nos perturbat, Lache.
